This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

B 1,086,632

PROPERTY OF
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

MÉMOIRES

ET DOCUMENTS

PUBLIÉS

PAR LA SOCIÉTÉ D'HISTOIRE

DE LA SUISSE ROMANDE

TOME XXX

LAUSANNE. — IMPRIMERIE GEORGES BRIDEL

DOCUMENTS

RELATIFS A

L'HISTOIRE DU VALLAIS

RECUEILLIS ET PUBLIÉS PAR

L'ABBÉ J. GREMAUD

professeur et bibliothécaire cantonal à Fribourg.

TOME II

(1255-1300)

LAUSANNE

GEORGES BRIDEL ÉDITEUR

1876

DQ
1
572
v.30

92
3534
8886
2 IV

DOCUMENTS

RELATIFS A

L'HISTOIRE DU VALLAIS

623

Sentence de Mélior, archiprêtre de Domo d'Ossola, prononçant en qualité de juge délégué par le pape au sujet du vidomnat de Sion, en faveur de Jocelin de Castello contre la veuve du vidomne Thomas.

Domo d'Ossola, 1255, 13 janvier.

Archives de la ville de Sion, copie vidimée, du 13 novembre 1265.
(Voy. plus bas, N° 718.)

In nomine Dni. Anno dominice incarnationis M°.CC°.L°. quinto, indictione XIII[a], die mercurii XIII intrante januario, in burgo Domi, coram dno Meliore archipresbitero Domus, delegato dni pape, erat Hugo de Rugeta filius quondam Guidonis de Rugeta, ciuis Nouariensis, procurator dni Jocelmi de Castello[1] uicedni Sedun., et conquerebatur nomine predicti dni

[1] Les nobles de Castello, du Novarais, possédaient plusieurs seigneuries dans la vallée d'Ossola. Pierre, frère de Jocelin, était major de Viége. Cf. tom I, N° 585.

Jocelmi de dna Hugoneta, uxore quondam dni Thome uicedni Sedun. et nunc quali quali dni Amedei de Rarognia, in hunc modum, et in hunc modum perrexerat dictus dnus Jocelmus petitionem suam dicto dno archipresbitero contra dnam Hugonetam et fecerat et eam faciebat dictus Hugo predicto nomine, que petitio talis erat et sic incipit : In nomine Dni. Dnus Jocelmus de Castello uicednus Sedun. requirit, siue predictus Hugo predicto nomine, a uobis dno archipresbitero de Domo vallis Oxole et delegato dni pape, quatinus pronuntietis ipsum dnum Jocelmum siue dictum Hugonem eius nomine et per ipsum Hugonem dictum dnum Jocelmum non debere molestari siue iniuriari per dictam dnam Hugonetam, quondam uxorem Thome uicedni Sedun. et modo uxorem qualem qualem dicti Amedei de Rarognia, de toto uicedominatu Sedun., qui fuit quondam dicti Thome, siue de hereditate quondam dicti Thome, siue cuiusdam filii sui relicti ab ipso Thoma, siue post mortem ipsius Thome nati de ipsa dna Hugoneta, nec de rebus hereditatis ipsius Thome siue predicti filii sui nec alicuius eorum in toto uel in parte aliqua, nec per ipsum Amedeum similiter, nec in tenuta et quasi et possessione et quasi et usu et quasi uicedominatus Sedun. predicti, nec in hereditate seu hereditatibus vel rebus predictis, nec in ipso uicedominatu, nec in rebus omnibus uel aliquibus de predictis, et perpetuum silentium esse dicte dne Hugonete et dicto dno Amedeo et cuilibet eorum in quolibet predictorum imponendum et imponatis, et per sententiam declaretis omnem tenutam et quasi et possessionem uel quasi et usum et quasi ipsius uicedominatus et ipsum uicedominatum totum et hereditatem et hereditates predictas et res omnes predictas pertinere ipsi dno Jocelmo de Castello et eius esse siue ipsius Hugonis eius nomine et per eum ipsius dni Jocelmi, et ipsi dno Jocelmo esse et pertinere; et ipsum dnum Jocelmum siue ipsum Hugonem nomine ipsius dni Jocelmi et per ipsum

Hugonem ipsum dnum Jocelmum esse defendendum et tuendum, presertim pro exceptione, receptione in predictis omnibus et in quolibet predictorum, uel si reperiretur dictam Hugonetam et ipsum Amedeum habere aliquod ius in aliquo predictorum, requirit dictus Hugo nomine predicto ut pronuntietis et per sententiam declaretis parabolam esse dandam dicto dno Jocelmo siue eidem Hugoni nomine dicti dni Jocelmi et per eumdem Hugonem dicto dno Jocelmo, predicta et quelibet eorum uendendi uel sibi in solutum accipiendi et iure dominii possidendi et ipsum Jocelmum siue ipsum Hugonem nomine predicti Jocelmi et per ipsum Hugonem dictum Jocelmum habere potestatem predicta faciendi et ipsum ipsa facere posse, et ut ex nunc id iuris quod reperiretur habere dotis in solutum ipsi Jocelmo siue eidem Hugoni eius nomine et per eum eidem Jocelmo, ut ex toto de cetero et in integrum predicta omnia et singula dicto Jocelmo pertineant et spectent siue eidem Hugoni eius nomine et per eundem Hugonem dicto dno Jocelmo, et hec ideo quod quondam Thomas predictus, ad quem predicta omnia dicebantur pertinere et ex cuius persona dicta Hugoneta et Amedeus contendunt se ius habere, seu ex persona filii predicti relicti per illum quondam Thomam, et ex eo quod dicunt se successisse illi filio illius quondam Thome seu iure legati, quod dicunt relictum illi Hugonete ab illo quondam Thoma, uel iure quolibet quod dicunt se habere super bonis relictis ab ipso quondam Thoma uel filio eius, erat proximior coniunctione sanguinis dicto Jocelmo quam alicui alii persone, excepto dicto filio quem reliquit dictus quondam Thomas, et quod dictus Thomas decessit relicto tantum unico filio minore annis quatuordecim, et quia filius ille decessit ante XIIII annum et nulla sibi data auctoritate ab aliquo iusto tutore qui fecisset inuentarium et cauisset, prout de iure constitutum est, et alia sollempnia peregisset, que necesse est agi per tutores antequam auctoritatem suam possint

minoribus concedere ad adeundam hereditatem paternam uel aliorum, et quod puer ille decessit ante aditam hereditatem dicti quondam Thome, et quia hereditas dicti quondam Thome ab intestato spectat dicto dno Jocelmo, et quod de predictis se compromiserunt in dnum episcopum Sedun., et quod per eos precepta non sunt attendita que fuerunt promissa debere attendi pena etiam adiecta, et quod dictus Jocelmus multa debita soluit que uidebantur ad dictum quondam Thomam seu ad filium eius pertinere, que dicta Hugoneta et Amedeus exsoluere recusauerunt, et quia ea occasione data fuit possessio dicto Jocelmo per episcopum Sedun. in ipso uicedominatu contra dictam Hugonetam et Amedeum in eo quod ex uicedominatu posset uideri aliquid ad eos uel aliquem eorum pertinere, et quod dictus Jocelmus longo tempore stetit in dicta possessione uel tenuta, nec dicta Hugoneta et Amedeus curauerunt possessionem recuperare et expensas soluere et alia facere que de iure debebant, et ex certa sciencia contumaciter steterunt quod predicta facere noluerunt et quod predicta de iure fieri debebant. Item predictus Hugo petebat nomine predicto ut excommunicetis ex nunc per sententiam et excommunicatos denuncietis dictam dnam Hugonetam, si contra uestram sententiam et declarationem uenerit uel uenire attentauerit seu presumpserit, siue contra predicta uel aliquid de predictis ullo modo uel aliqua de causa uel aliquo tempore, item et omnes personas generaliter que ei uel heredibus eius uel alicui habenti causam ab eo uel ad eis auxilium aliquod uel consilium uel adiutorium in patrocinio uel consilio, in causis uel in iudiciis siue extra prestiterint uel fauorem ullo modo uel aliqua de causa qui uel que dici uel excogitari posset ad ueniendum uel uenire uolendum contra predicta uel aliquid predictorum, item omnes iudices et potestates tam seculares siue ciuiles quam ecclesiasticos uel ius gestorum habentes qui ei uel heredibus eius uel habenti cau-

sem ab ea uel ab eis audientiam prebuerint, uel passi fuerint eam audiri in causis uel in iudiciis uel extra ubicumque, siue ipsi cognouerint siue dari ab eis siue ex eorum delegatione, et hoc ullo modo siue aliqua de causa qui uel que dici uel excogitari posset, et hoc quocumque tempore et omni tempore ad ueniendum contra predicta uel uenire uolendum uel aliquid predictorum dicendo uel allegando, dictus Hugo nomine predicti dni Jocelmi dictum dnum archipresbiterum predicta omnia debere facere in scriptis rationibus et allegationibus non solum sententiis, primo quia dicta terra, uicedominatus et possessiones et res predicte sunt feodum ipsius episcopi Sedun., cui episcopo per mulierem non potest seruiri nec illa seruicia conferri per mulierem que per illud feodum uicednus Sedun. tenetur facere episcopo Sedun., sicut est ferre arma et dnum episcopum defendere cum armis, episcopatum suum et terram suam, item exercere officium uicarie quod est animaduersio in facinorosos homines et cognitio in criminalibus causis et ciuilibus seu pecuniariis et alia multa facere que uicedno Sedun. sunt commissa occasione uicedominatus seu feodi. Item quod dicta dna Hugoneta non esset relicta a suprascripto Thoma quondam, fecit datum et donationem in dictum dnum Jocelmum de toto eo quod habebat pro successione filii siue pro relicto siue pro legato a dicto Thoma in ultima uoluntate ipsius Thome ad eandem Hugonetam siue eidem Hugonete pertinere per mortem ipsius Thome siue filii ipsius Thome et ipsius Hugonete ullo modo uel aliqua de causa uel iure, qui uel que uel quod dici uel excogitari posset, in predictis rebus et possessionibus uicedominatus et in hereditate dicti Thome siue predicti filii sui, si contingeret quod ipsa dna Hugoneta se nuberet sine consensu et uoluntate dicti dni Jocelmi, et specialiter si nuberet se de facto uel de iure predicto Amedeo, et hec dicebat predictus dnus Jocelmus siue dictus Hugo eius nomine legitime probasse per testes. Item

dicebat et allegabat predictus dnus Jocelmus siue dictus Hugo eius nomine quod, mortuo dicto Thoma et dicto filio suo et filio ipsius dne Hugonete, dnus episcopus Boso Sedun. fecit uocari siue citari dictam Hugonetam et omnes personas que uolebant esse heredes ipsius Thome siue ipsius filii sui, ut uenirent coram dicto dno episcopo assecurare et satisdare creditoribus ipsius Thome postulantibus et petentibus cum instancia sibi satisfieri a dicto dno episcopo uel per eum in bonis et de bonis dicti Thome uel ab aliquo herede ipsius Thome, nec ipsa dna Hugoneta uenit nec aliquis alius, nisi ipse dnus Jocelmus qui uenit et assecurauit et satisfecit ipsis creditoribus, qui multi erant et de maxima quantitate, vnde dictus dnus episcopus Boso dedit, assignauit possessiones et res predictas omnes predicto dno Jocelmo et eum posuit in possessionem et quasi de predicta hereditate et rerum omnium siue hereditatibus predicti Thome et predicti filii sui, et hec omnia constabant per publica instrumenta et acta. Item dicebat et allegabat predictus dnus Jocelmus siue dictus Hugo eius nomine quod dictus Jocelmus se compromiserat in dnum Henricum nunc episcopum Sedun. una cum dna Hugoneta ex una parte et dictum Jocelmum ex alia de omnibus discordiis que inter ipsos uerterentur uel uerti possent de possessionibus et rebus predictis. Et ipse dnus episcopus Sedun. pronuntiauit et arbitratus fuit quod de predictis possessionibus et omnibus rebus medietas pertineret eidem dno Jocelmo; de alia uero medietate due partes, de tercia uero parte que remanebat tercia pars esset dicti dni Jocelmi, due uero partes illius tercie partis predicte sint illius dne Hugonete, et hoc secundum rationem et consuetudinem terre de Valesio. Et si predicta dna Hugoneta nollet attendere predicta, pronuntiauit dictus dnus episcopus dictum dnum Jocelmum esse ponendum in possessionnem de omnibus possessionibus et rebus, et posuit et dedit possessionnem eidem dno Jocelmo dictus dnus

episcopus de predictis omnibus possessionibus, quia dicta dna Hugoneta non dixit quod uellet stare pronuntiationi predicte predicti dni episcopi. Hec et alia proponebantur et allegabantur per predictum dnum Jocelmum siue per predictum Hugonem eius nomine. Vnde dictus archipresbiter, uisis et auditis allegationibus, rationibus et juribus intellectis ipsius dni Jocelmi, citata et requisita ipsa dno Hugoneta perhentorie et post perhentorie ut ueniret ad iusticiam respondere et predictis omnibus uel aliquibus contradicere uel respondere uel se opponere uel per se uel per aliquem responsalem, ipsa die et diutius expectata, eius absentia Dei presentia repleta, pronuntiauit in omnibus et per omnia secundum quod inferius continetur per sentenciam et in scriptis et declarauit, uidelicet ipsum dnum Jocelmum siue dictum Hugonem eius nomine et per eundem Hugonem dictum dnum Jocelmum non debere molestari siue iniurari ullo modo uel aliqua de causa qui uel que dici uel excogitari posset, per dictam dnam Hugonetam in predictis omnibus possessionibus et rebus et quibuslibet earum et quasi et perpetuum silentium imponendum esse et imposuit dicte dne Hugonete in predictis omnibus et quolibet predictorum. Item et per sentenciam et in scriptis pronuntiauit et declarauit omnem tenutam predictam et quasi et possessionem et quasi et usum et quasi ipsius uicedominatus et ipsum totum uicedominatum et res omnes predictas pertinere ipsi dno Jocelmo et eius esse siue eidem Hugoni eius nomine et per eundem Hugonem ipsi dno Jocelmo et eidem dno Jocelmo, et ipsum dnum Jocelmum siue dictum Hugonem eius nomine et per eundem dictum dnum Jocelmum esse defendendum et tuendum, presertim pro exceptione et receptione in quolibet predictorum. Et si reperiretur dictam Hugonetam aliquod ius habere in predictis uel in aliquo predictorum, pronuntiauit dictus dnus archipresbiter per sentenciam et in scriptis et declarauit parabolam esse dandam et dedit para-

bolam dicto dno Jocelmo siue eidem Hugoni eius nomine et per eundem Hugonem dicto dno Jocelmo predicta et quelibet eorum uendendi uel sibi in solutum accipiendi et iure dominii possidendi, et ipsum Jocelmum siue dictum Hugonem eius nomine et per eundem Hugonem dictum dnum Jocelmum habere potestatem predicta faciendi et ipsa facere posse, et ut ex nunc id iuris quod reperiretur habere dicta dna Hugoneta dedit ipsi Hugoni nomine dicti Jocelmi in solutum et per eundem Hugonem dicto dno Jocelmo siue eidem dno Jocelmo, ut ex toto et in integrum de cetero predicta omnia dicto dno Jocelmo siue eidem Hugoni eius nomine et per eundem dicto dno Jocelmo pertineant et spectent. Item pronuntiauit et in scriptis per sententiam dictam dnam Hugonetam esse excommunicandam et eam ex nunc excommunicauit et excommunicatam denuntiauit, si contra pronuntiata uel aliquid predictorum pronuntiatorum uel declarata uel adiudicata uel in solutum data uel dicta uel facta uel aliquid eorum uel uenire attentauerit siue presumpserit per se uel submissa persona uel passa fuerit uenire ullo modo uel aliqua de causa et aliquo tempore, item et omnes personas que ei auxilium uel heredibus eius uel alicui habenti causam ab ea uel ab eis auxilium uel consilium uel adiutorium uel fauorem prestiterint in patrocinio uel consilio in causis uel in iudiciis uel extra ullo modo uel ulla de causa qui uel que dici uel excogitari posset ad ueniendum uel uenire uolendum contra predicta uel aliquid predictorum, item omnes iudices et potestates tam seculares siue ecclesiasticos quam ciuiles siue ius gestorum habentes qui audientiam ei uel eius heredibus uel habenti causam ab ea uel ab eis prebuerint, uel passi fuerint eam uel eos audiri in causis uel in iudiciis uel extra ubicumque, et hoc siue ipsi cognouerint ex eorum iuriditione siue ex delegatione, et hoc ullo modo uel ulla de causa qui uel que dici uel excogitari posset, et hoc quocumque scilicet ad ueniendum

contra uel uenire uolendum uel presumendum contra predicta uel aliquid predictorum. Et hoc saluo quod si predicta dna Hugoneta uenerit in annum et diem et steterit mandatis et stare iurauerit predicti dni Melioris archipresbiteri de parendo iuri coram dicto dno Meliore archipresbitero et aliis que placuerint ipsi dno archipresbitero et satisfecerit de expensis ipsi dno Jocelmo et alia fecerit iuri conuenientia, possit audiri sicut poterat ante hanc sententiam, alioquin ultra non audiatur aliquid. Interfuerunt testes dnus Albertus de Beora presbiter et Zuguella Lepora de Domo filius quondam Johannis Lepore et Morandus Ramucinus de Domo et Giroldus filius quondam Delaydy Pelleseri canonicus ecclesie sanctorum Geruasii et Prothasii de Domo et aliis pluribus. Unde plures carte uno tenore facte sunt. Ego Homo Deus filius quondam Guidonis de Domo Oxole notarius sacri palatii tenorem huius carte scripsi et subscripsi et tradidi iussu predicti dni Melioris archipresbiteri.

624

Guillaume de Fruence vend à Pierre de Savoie ses droits sur la Tour de Vevey et ses dépendances, qu'il tenait en fief de l'évêque de Sion et du comte de Genevois.

1255, mai.

Wurstemberger, Peter der Zweite, IV, 199. (Extrait.)

Cessio Willelmi de Fruentia Petro de Sabaudia facta omnis sui juris in turre de Viveis et omnium pertinentiarum ipsius turris, quas possidebat ex feudo episcopi Sedun. et comitis Gebennensis. Quam cessionem fecit dictus Willelmus de Fruentia, dnus Castelli, pretio triginta lb. Lausan. Actum mense maio, anno MCCLV.

625

Echange de fiefs entre Pierre Albi, donzel de Granges, et Perrette, veuve de Léon Albi.

Granges, 1255, 8 juin.

Archives de M. Léon de Riedmatten.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus Albus domicellus de Granges, laudatione Aymonete uxoris mee, dedi et concessi Perrete relicte Leonis Albi et heredibus suis totum feudum quod Anna de Labarra a me habebat, quod feodum ego et heredes mei tenemur sibi et heredibus suis contra quemlibet in alodium garentire. Si uero cessarem in garentatione, ego teneor eis dare terram de propria hereditate mea eidem feudo equiuallentem, uel quid de eodem feodo amiserint, teneor eis de propria hereditate mea similiter restaurare. Viceuersa dicta Perreta et filii eius dederunt michi et heredibus meis in concambium totum feodum quod li Gorronessa habebat ab eisdem, quod feodum est eorum alodium. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Giroldus de Moniouet miles, Johannes Leynins, Willermus de Loy, Petrus de Platea de Uesbia et Willelmus capellanus de Grouna, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Willelmus notarius eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Granges, anno Dni M°.CC°.LV°, V° idus junii, Willelmo regnante, Henrico episcopante.

626

Aymon, frère de Girold de La Tour, vend une vigne à Albert Charpentier.

Sion, 1256, 15 janvier.

Archives de Valère.

* Ego Aymo frater dni Giroldi de Turre uendidi, pro XXIII

sol. nomine intragii et pro XII den. seruicii et pro II sol. placiti, Arberto Carpentario de Salein uineam meam IIII^or^ fossorum, que fuit Aremberti, que iacet apud Lentina. Testes: Johannes Huboldi, Johannes dol Mayen et Jacobus Dotans, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LVI°, XVIII kl. februarii, Willermo regnante, Henrico episcopante.

627

Déclaration des droits du sénéchal de Sion.

Sion, 1256, 12 février.

Archives de la famille de Torrenté; Liber instrumentorum de Seduno, etc., fol. 25.

Nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi quod nos Henricus Dei gratia Sedun. episcopus senescallo nostro in curia nostra jura sua recognoscimus infrascripta: imprimis victum ipsius cum vno scutifero siue garcone, librationem duorum equorum, fœnum tamen et ferraturam extra ciuitatem Sedun. solummodo quando nobiscum equitat pro negocio nostro, et duo paria robarum in anno ipsi senescallo, senescalcum decuma et decimam suam, hoc est decimam partem a XX^ti^ solidis superius in quibuscumque obuentionibus que uocantur frauerie et encheites, in quibus vicedominatus accipit portionem, a quo vicedominatu senescalcia tenetur in feodum et pro ea placitum sibi debetur, hominem tamen ligium pro ipsa fit in manibus nostris ab ipso senescalco, et vicedominum tenetur iurare contra omnes homines, nobis excepto; item viginti solidos Maur. pro coriis curie in festo Natiuitatis et in Pascha; in aliis nihil habet. Ne presentium pretextu aliquod eidem preiudicium generetur, si de iure suo per ipsum senescallum post hec possumus plenius. Senescaldus autem

tenetur in tercentis solidis Maur. Datum Seduni, anno Dni M°CC° quinquagesimo sexto, II^de^ idus februarii.

628

Accord entre Henri, évêque de Sion, et Walter et Pierre de Viége.

1256, 13 février.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Discordia (que) vertebatur inter episcopum Henricum, ex una, et DD. Walterum et Petrum de Vespia, ex altera, super eo quod episcopus petebat jurisdictionem et regaliam super eorum hominibus qui habent et possident aliquid de manso, taliter est sopita: predicti milites recognoverunt episcopum habere super hominibus ipsorum talem regaliam et jurisdictionem qualem tenet in aliis qui tenent aliquid de manso. 1256, idus februarii.

629

Jacobée, veuve de Martin Corbo du Puits, vend un pré à Aymon de Venthône, doyen de Sion.

Sion, 1256, 19 mars.

Archives de Valère; Original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. XVII.

Notum, etc. quod ego Jacobeta, uxor quondam Martini dicti Corbo dol Pue de Ves, et Cristina filia mea uendidimus et finauimus imperpetuum pro XXX sol. dno Aymoni de Uentona decano Sedun. ecclesie et cuicumque dare uel uendere uoluerit quoddam pratum quod iacet in introitu Longi prati, cum

omnibus appendiciis eius adiacentibus, quod habebamus in feodum a Guia maiorissa de Vernamiesi, facturo usagia feodi erga dnum feodi. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Willermus incuratus de Ves, Walandus dol Uilar, Vldricus minister eiusdem Aymonis decani, Benedictus dol Poy, et Jacobus Dotans clericus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun, uice cuius ego Henricus notarius hanc cartam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°CC°LVI°, XIIII kl. aprilis, Willermo regnante, Henrico episcopante.

630

Nicolas de Solario vend une redevance à Aymon de Venthône, doyen de Sion.

Sion, 1256, 15 juin.

Archives de Valère; Original et Cartul. du XIII° siècle, fol. XVII.

Notum, etc., quod ego Nicolaus, de Solario uendidi et finaui imperpetuum pro IX den. dno Aymoni de Uentona decano Sedun. ecclesie et cuicumque dare uendere uel legare uoluerit eum den. seruicii et III placiti quos michi debebat de dimidio iugere terre, quod iacet apud Comeram super uia, iuxta campum Vldrici dicti Griua. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Girardus clericus eiusdem dni decani, Vldricus minister eius, Nicolaus de Randogni et Jacobus Dotans clericus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Henricus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°LVI°, XVII° kl. julii, imperio uacante, Henrico episcopante.

631

Louis Huboldi donne un chesal en fief à Aymon Quinçon.

Sion, 1256, 26 juin.

Archives de Valère.

* Ludouicus Huboldi concedit in planum feudum pro VI den. seruicii et XII placiti Aymoni dicto Quinçon unum casale cum appendiciis a Saxo ciso inferius, quod iacet in ciuitate, iuxta uiam qua itur Valeriam, quod habebat in feodum ab Aymone de Turre milite pro III den. seruicii et VI placiti. Actum Seduni, anno Dni M. CC. LVI, VI kl. julii, imperio vacante, Henrico episcopante.

632

Waland de Grimisuat vend un pré et une grange à Aymon de Venthône, doyen de Sion.

Sion, 1256, 24 juillet.

Archives de Valère.

* Walandus de Grimisuel, laudatione Auete uxoris sue, vendit pro LXX sol. dno Aymoni de Uentona decano Sedun. pratum cum grangia, in pratis de Molignun. Idem dnus Aymo in feodum concedit pro LXX sol. acquisitionis, IV den. seruicii et XII placiti Vldrico de Grangia predictum pratum cum grangia. Actum Seduni, anno Dni M.CC.LVI, IX kl. augusti, imperio vacante, Henrico episcopante.

633

Erection et dotation d'une église soit chapelle à Visperterminen, dans la paroisse de Viège.

Viège, 1256, 19 septembre.

Archives de Valère ; Liber litterarum de Vespia, pag. 57, N° LII.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod homines seu habitatores de Terminum de Nancz cum appendenciis suis et faber de Niderhusern cum filiis suis, diuina inspiracione premoniti, de voluntate, consensu et licencia reuerendi patris Henrici Dei gracia episcopi Sedun., Johannis decani de Valeria et Rychardi fratris eius rectoris ecclesie de Vespia, construxerunt capellam seu ecclesiam apud Terminum et dotauerunt eandem, eo quod non poterant sine periculo et difficultate maxima deferre corpora mortuorum ad matricem ecclesiam de Vespia, nec ad plenum ecclesiastica percipere sacramenta. Ecclesia vero constructa et eciam consecrata, necnon et cimiterio benedicto assignauerunt predicti homines pro se et pro successoribus suis et promiserunt fide prestita pro dote ipsius capelle seu ecclesie de Terminum duodecim modios siliginis receptibilis ad mensuram de Vespia, annuatim reddendos in villa de Terminum predicta, rectori matricis ecclesie de Vespia.... in festo beati Michaelis. Ita quod si dicta dos non fuerit soluta usque ad Epiphaniam Dni, ex tunc duplicari poterit et ecclesiastica sacramenta predictis hominibus seu habitatoribus inhibere, preter baptisma parunlorum et confessiones infirmorum, et excommunicari poterunt et ecclesia interdici. Super hac autem solucione dotis premisse... tenetur pro omnibus fide prestita Heinricus filius Werameti Claudi principaliter et omnes alii subsequenter. Et quando contingе-

rit dictum Heinricum decedere, tenentur alium substituere loco sui, si dictus Heinricus non haberet heredem etatis legitime, quousque dictus heres ad etatem legitimam perueniret. Campanas vero et libros et cetera ornamenta capelle seu ecclesie necessaria procurare debent aut emere sumptibus propriis et eciam luminare. Preterea debent construere domum ad opus sacerdotis ibidem pro tempore seruientis. Rector autem matricis ecclesie de Vespia per se uel per vicarium debet celebrare in premissa capella seu ecclesia de Terminum per totum annum in qualibet die dominica, in Natiuitate Dni, in festo sancti Theodoli, in dedicacione ipsius ecclesie, in festo sancti Johannis Baptiste et in aliis festiuitatibus in quibus celebrare tenetur in ecclesia de Morgi, per se uel per vicarium. Et dum ibi fuerit presens, debet baptizare paruulos, sepelire mortuos et eos desponsare qui ad hoc fuerint preparati, et diuinum officium mulieribus de puerperio surgentibus secundum bonam consuetudinem celebrare, et insuper in qualibet die lune in quadragesima audire confessiones eorum qui voluerint confiteri. Verumtamen in Ramis palmarum, in Epiphania Dni, in omnibus festis beatissime virginis Marie, in dedicacione matricis ecclesie de Vespia et in festo Omnium Sanctorum venire debent ad matricem ecclesiam de Vespia, eciam si predictas festiuitates die dominica contingeret evenire. In aliis vero diebus, si necesse fuerit, tenetur predictus rector matricis ecclesie per se uel per vicarium sepelire mortuos in predicto cymiterio, si super hoc fuerit requisitus. Inde rogauerunt partes cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Normandus cantor, Vldricus, Heinricus, Marcho nepotes dni episcopi prefati, canonici Sedun., Michael, Reymondus, Petrus capellani de Vespia et Anshelmus scriptor eiusdem dni episcopi, qui hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Jacobus juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum in ecclesia de Vespia, anno

Dni M°CC°LVI°, XIII kl. octobris, imperio vacante, Heinrico, episcopante.

634

Jarmund, chantre de Sion, et Louis Hubodi, donzel, remettent à Pierre d'Aoste leurs droits sur ses possessions.

Naters, 1256, 13 novembre.

Archives de Valère, copie du XIV° siècle.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod Normandus cantor et Ludouicus Hubodi domicellus, pueri dicti Ludouici existentes impuberes, dimiserunt, finauerunt et concesserunt, prout melius potuerunt, dno Petro de Augusta et heredibus suis quicquid habebant et habere debebant ex parte sua et puerorum dicti Ludouici in vineis et casamentis et turre dicti Petri usque ad Schelbach. Que omnia ipsi et heredes sui tenentur ei et heredibus suis contra quemlibet perpetue garentire. Pro quibus rebus idem dnus P. et heredes sui tenentur ex parte eorum in hominologio et quinque sol. seruicii erga dnum episcopum Sedun., et in tribus sol. seruicii heredibus Anthonii de Briga et in vna lb. piperis parui ponderis capitulo Sedun. Tenentur etiam idem P. et heredes sui omnes elemosinas vini que debentur pro hereditate matris sue. Que omnia laudatione Salomee vxoris sue, pueri sui erant impuberes, promisit fideliter soluere et seruare. Si uero idem P. uel heredes sui facerent aliquas expensas pro dno episcopo occasione dicti hominii, ipsi tenentur et promiserunt ipsos a duabus partibus degrauare. Inde rogauerunt cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus P. maior de Vespia, Vldricus Rodyer et Gothofreydus curatus de Narres, qui iuratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. predicti cancel-

larism tenentis. Actum apud Narres, idus nouembris, anno Dni M.CCLVI. Quam quidem chartram postmodum in registro repertam ego Johannes Matricularius de Narres clericus iuratus cancellarie Sedun. fideliter transcripsi, etc. Actum apud Narres, XVII kl. augusti, anno Dni MCCCXXXIIII, imperio vacante, Aymone de Turre episcopante, prout reperitur in extenta capituli. Predicta bona tenet Jonscelmus de Ornauas domicellus.

J'ai fait cettee copie d'après un registre du XIVe siècle contenant les revenus du chapitre à Naters.

635

Etienne, marguillier de Mase, donne en fief quatre pièces de pré à Pierre de Gles.

Mase, 1256, 2 décembre.

Archives de Valère.

* Stephanus matricularius de Magi, laudatione Remunde uxoris sue et Jacobi filii sui et Alasie filie sue, in feodum concedit, pro XIV lb. et una tunica acquisitionis et pro III den. seruicii et I den. in resset de Faus et XV placiti, Petro de Gles quatuor frusta prati apud Eroins et domum desuper sitam, quorum tria iacent apud Murignun et quartum apud Turrim. Normandus cantor et cancellarius. Actum apud Magi, anno Dni M.CC.LVI, IV nonas decembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

636

Grat de Liddes donne un champ en fief à Nicolas de Liddes.

Liddes, 1256, 13 décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 585, ex arch. Valer.

* Ego Gratus de Leydes, laudatione Petri filii mei et Uldrice

et Martine filiarum mearum et Bonese sororis mee, in feodum concessi, pro XXXII solidis acquisiti et pro VI den. seruicii et pro IIII den. placiti, Nicholao de Leydes campum meum subtus la Chinal. Actum apud Leydes, anno (M.CC.)LVI, idus decembris.

637

Ulric de la Grange vend un cens de neuf fichelins de seigle à Aymon d'Erdes.

Conthey, 1256, 16 décembre.

Ma collection.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Vldricus filius quondam Martini de Grangia, laudatione Jacobete uxoris mee, pueri mei erant impuberes, vendidi et finaui imperpetuum pro IIII lb. et X sol. Aymoni dErdes et heredibus suis IX fischilinos siliginis receptibilis censuales ad mensuram Sedun. in Natiuitate Dni persoluendos, pro quibus assignaui sibi in garentationem uineam meam de Lafortuna, que habetur in feodum a dno Giroldo de Columberio milite pro II den. seruicii et pro II sol. placiti, et porcionem quam habebam in plantata de Argentina, in qua si predicti fischilini termino constituto eidem Aymoni persoluti non fuerint, ex tunc ulterius dictam garentationem penes se habeant, quousque de predicto blado in integrum fuerint persoluti. Si vero dictus Aymo uel heredes sui inceperint colere dictam vineam, in illo anno debent percipere fructus eiusdem vinee, et ego Vldricus et heredes mei non tenemur soluere in eodem anno bladum supradictum ; et si idem Aymo uel heredes eius eandem uineam meliorauerint, ego teneor eis ad arbitrium virorum prudentum recumpensare. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Petrus plebanus de Contez, Willelmus de Ventona, Reimundus de Contez, domicelli, et

Petrus dErdes clericus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Jacobus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Contegii, anno Dni M°.CC°.LVI°, XVII kl. januarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

638

Guillaume de Mœrell vend ses hommes de la vallée du Simplon à Jocelin, vidomne de Sion.

Naters, 1257, 25 février.

Archives de Valère; fragment d'un registre de notaire.
— De Gingins, Documents pour servir à l'histoire des comtes de Biandrate, pag. 40. — Furrer, III, 76.

Notum, etc., quod ego Willermus filius Conradi de Morgi domicelli, laudatione eiusdem Conradi patris mei et Agnetis matris mee et Helike sororis mee et Agnetis matris quondam Ja. domicelli de Morgi patrui mei et Beatricis relicte predicti Ja., uendidi et finaui pro XXV lib. Mauric. iam solutis dno Jocelino uicedomino Sedun. et heredibus suis uel cuicunque dare uel uendere uoluerit, omnes homines quos habebam in valle de Simplun et quicquid iuris, actionis et dominii habebam in eosdem, in predictis omnibus michi nihil iuris penitus retinendo. Que omnia supradicta habebam ratione successionis que uulgariter dicitur val[1], quam successionem habebam hereditate Ja. supradicti. Testes: Pe. maior de Vesbia, Pe. Rodere milites, Bur. de Simplun, Ro. matricularius de Glisa et Normandus cantor qui leuauit. Actum apud Nares, anno (M°.CC°)LVII°, V kl. marcii.

[1] Retour du fief au seigneur direct.

639

Martin des Pérers vend un cens d'une quartane de vin à Werner le Grand.

Sion, 1257, 1er avril.

Archives de Valère.

· Martinus des Perers de Ves, laudatione Perrete uxoris sue, vendit pro III sol. Warnero Magno unam quartanam vini annuatim, quam ipsi debebat Stephanus de Brumois, qui fuit de Ves, super duabus vineis. Normandus cantor et cancellarius. Actum Seduni, anno Dni M.CC.LVII, kl. aprilis, imperio vacante, Henrico episcopante.

640

Walter de Münster vend un champ à Walter am dem Velde.

Münster, 1257, 20 mai.

Collection du recteur Jean Ant. de Riedmatten.

· Notum sit quod ego Walterus filius Agathes de Monasterio, laudatione Guisele vxoris mee, vendidi et in feodum concessi pro 32 sol. acquisitionis et pro 3 den seruicii et 6 den. placiti Waltero (an) dem Velde et liberis quondam Burcardi de Monasterio an dem Velde agrum meum an der Westin. Testes Willelmus in der Furon, Henricus, Walterus in Curia de Monasterio et Willelmus capellanus de Monasterio, qui hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Monasterii, anno Dni 1257, 13 kl. junii, imperio vacante, Heinrico episcopante.

641

Accord entre les seigneurs et les hommes de Granges et d'Ayent au sujet des forêts et des pâturages situés sur les deux côtés de la Rière.

Sion, 1257, 1er juin.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 560, ex. arch. Valer.

Notum sit, etc., quod dissensio sive discordia que vertebatur inter dnos de Granges et homines castellanie ejusdem loci, ex una parte, et dnos de Ayent et homines castellanie ejusdem loci, ex altera, super usibus pascuorum, nemorum, viarum et pontium de quibus predicti dni et homines de Ayent investiti fuerunt diutius, ut dicebant; predicti vero dni de Granges et homines hoc negabant, per dnum Jocelinum vicednum Sedun., inquam, compromiserunt, communiter consilio prudentum virorum taliter est sopita, quod memorati dni et homines de Granges et de Ayent communiter debent uti nemoribus a Balmis superius inter saxa ex utraque parte de Lariez usque ad pascua alpis de Rawins, salva ratione utriusque partis quam prius habebant en Rawins sine contentione; pascuis tamen sepe dicti dni et homines de Ayent non debent uti ultra Lariez versus Granges, nec dni de Granges siue homines debent uti pascuis citra Lariez versus Ayent, sed quilibet debent uti ex parte sua, ita tamen quod bestie que vadunt ad nemora pro lignis deferendis, possint uti pascuis quamdiu preparantur ligna que debent deferri sive duci, et tunc etiam sine dolo et sine fraude similiter viis et pontibus antiquis possit utraque pars uti, ut solebat, transeundo sine mora. Si vero contingeret predicta nemora in banno poni, custos sive custodia sit communis et communiter ponant bannum et custodes. Frauerie tamen et lex citra Lariez versus Ayent sint dnorum de Ayent,

ultra uero Lariez uersus Granges sint dnorum de Granges. Inde rogavit utraque pars cartam fieri, etc. Testes : venerabilis pater Henricus Dei gratia Sedun. episcopus, Normandus cantor, Aymo de Turre, Petrus de Ayent, milites, magister Giroldus Lausan. et Anselmus scriptor, qui hanc cartam levavit. Actum Seduni in curia episcopali, anno Dni M.CC.LVII, kl. junii.

642

Simon de La Tour, donzel, donne un cheval en fief à Pierre, fils d'Emméta.

Sion, 1257, 11 juin.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. 45.

C. de uenditione facta a Sy. de Turre Pe. filio Emmete de quodam casali.

Notum, etc., quod ego Symon de Turre domicellus, laudatione Rodulphi filii mei, dedi et in feodum concessi, pro dimidia chinal castronis intragii et pro II den. seruicii in festo septembris annis singulis persoluendis et IIII^or^ placiti, Petro filio quondam Emmete et cuiconque dare uel uendere uoluerit, casale quod iacet retro domum Geneue sororis sue. Quod casale ego et heredes mei tenemur sibi et cuiconque dare uel uendere uoluerit, contra quemlibet imperpetuum garentire. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Petrus Juglars, Willermus de Sancto Paulo, Aymo filius Stephani de Turre et Petrus Billonis, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LVII°, III° idus junii, imperio uacante, Henrico episcopante.

643

Assignation d'Anselme de Chouson en faveur de Jean, doyen de Valère.

Viége, 1257, 19 juillet.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 556, ex arch. Valer.

Notum, etc., quod ego Anselmus de Chouson, laudatione Berte uxoris mee, assignavi Johanni decano Valerie et successoribus ejus II modios siliginis super Petrum dictum Recilin et unum super Anselmum de Insula cum garentationibus que quondam Waltero cantori a dictis Petro et Anselmo assignate fuerant, ut in cartis exinde confectis, quas sibi reddidi, continetur plenius, pro XVIII fischelinis siliginis seruicii ad mensuram Sedun., quos sibi pro domo que fuit quondam Widonis clerici dictus Waltherus soluere tenebatur. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Johannes sacerdos de Chouson, Willelmus pater ejus, et Mattheus capellanus, qui hanc cartam levavit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego Petrus juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Vesbie, anno Dni M°.CC°.LVII° XIIII° kl. augusti, imperio vacante, Henrico episcopante.

644

Guillaume de Coméra vend l'héritage de son père à Aymon de Venthône, doyen de Sion.

Sion, 1257, 1er novembre.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIII° siècle, fol. XV.

Notum, etc., quod ego Willermus filius quondam Petri de

Comera, laudatione Willerme matris mee et Agnetis sororis mee et Mabilie uxoris mee, uendidi et finaui imperpetuum Aymoni decano dicto de Uentona et cuicumque dare, uendere uel legare uoluerit, pro uno modio frumenti et pro LXII sol. et pro VIII[o] ulnis de panno et pro XL lb. et pro aliis expensis et grauaminibus que dictus Aymo fecit pro dicto Petro patre meo, totam hereditatem eiusdem Petri, ubicumque iaceat in planicie, uel in monte. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Bertoldus sacerdos, Girardus diaconus, Willermus de Sirro, Martinus dictus Deschaux, Bernardus de Sirro et Petrus Billonis, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LVII°, kl. nouembris, imperio uacante, Henrico episcopante.

645

Jean de Vernamiège vend une vigne au doyen Aymon de Venthône.

Sion, 1257, 4 novembre.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. XVI.

Notum, etc., quod ego Johannes filius quondam Açonis de Vernamiesi ciuis Sedun. et Willerma soror mea, laudatione Asthonie matris nostre, uendidimus et finauimus pro LX[a] sol. et uno seracio iam nobis solutis Aymoni decano de Uentona uineam nostram duarum fossoratarum que iacet apud Muligoa, sub clauso de Sueg et iuxta vineam que fuit Johannis Marchis, ita ut de predicta uinea suam possit plenariam facere uoluntatem. Quam uineam dictus Aço acquisierat ab Anselmo Juliani auunculo nostro. Nos autem et heredes nostri tenemur ei et cuicumque dare, uendere uel legare uoluerit, dictam vi-

neam, salua dimidia cartana uini que debetur ecclesie Sedun., contra quemlibet imperpetuum garentire. Inde roganimus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Girardus diaconus, Willermus de Sirro, Petrus dictus Pastor et Petrus Billonis, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°CC°LVII°, II nonas nouembris, imperio uacante, Henrico episcopante.

646

Martin du Curtinal vend un cens d'un fichelin de seigle au doyen Aymon de Venthône.

Sion, 1257, 24 novembre.

Archives de Valère ; Cartul. du XIII° siècle, fol. 49.

Notum, etc., quod ego Martinus dou Curtinal de Ves, laudatione Mariete vxoris mee, vendidi et finaui imperpetuum pro X sol. acquisitionis iam michi solutis Aymoni decano dicto de Ventona et cuiconque dare, uendere uel legare uoluerit, vnum fischilinum siliginis censualem, reddendum annuatim in festo Omnium Sanctorum. Et si tunc non redderetur, duplum in antea soluere teneor ; pro quo fischilino assignaui sibi in garentationem duo sectoria prati que iacent ou Beyz de la Comba, iuxta pratum Petri carnificis, et duas pecias campi, quarum vna iacet iuxta lo Lussel et alia iuxta pascuam inter duas vias, et valent dimidium iuger. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Petrus maior de Ves, Petrus janitor quondam de Valeria, Johannes Montaners de Grimisolio et Petrus Billonis qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego Pe. iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Seduni, anno Dni M°.CC°.L°VII°, VIII° kl. decembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

647

Droits de Guillaume d'Alinges à Liddes.

1257.

Ann. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 287, ex arch. Agaun., Majus minut, fol. XXIX.

Notum sit, etc., quod Willelmus de Alingio domicellus confessus est se nullum jus habere in petendo adjutorio super homines de Leides; et si forte aliquid juris haberet in eis super hoc, remisit eis pro se et pro heredibus suis. Item de recepto quod debebant ei homines de Lides, venit ad pacem et finem cum eis et heredibus eorum pro XV sol. annuatim in festo sancti Martini sibi solvendis, et ita nihil amplius potest petere ab eis nomine recepti. Et unum summarium racionabilem debent ei homines predicti, quando comes Sabaudie mandat chalvagatam in Lumbardia vel Viannes. Quem si non haberent, ipse Willelmus potest eum emere super eos rationabiliter. Et juravit Willelmus se nunquam contraire et garentire pro tali usagio de istis. Actum est hoc anno Dni M°CC°LVII°. Testes dnus Johannes de Turre miles, Ruffus de Lydes, Willelmus Visins clericus, Amedeus Dardel.

648

Convention entre Henri, évêque de Sion, et Hartmann, comte de Kibourg.

1257.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Conventio inter Henricum episcopum Sedun. et H. comitem de Fribourch [1].

[1] Lege Kibourg.

Comes consentit relaxato damno civibus suis de Fribourch illato in firmam pacem, hoc addito quod comes advocatiam in Trenchetton [1] cedat episcopo.

Episcopus cedit castrum de Diemtingen [2] in eodem statu quo per D. Rudolphum de Sterlingen [3] nobis fuit redditum in recompensam damni a nobis episcopo et nostris illati.

Renuntiat episcopus juri quod habet in castro et in oppido de Thun, uti et ea quam habet episcopus ex captivitate et lesione Warneri de Raron fratuelis nostri et Vlrici felicis memorie de Sternisberg [4] ecclesie Sedun. vassalli et consanguinei nostri. 1257.

649

Martin d'Ayent donne une maison en fief à Jean de la Cour.

1258, 18 janvier.

Archives de Valère.

* Ego Martinus de Ayent, dictus Scolaris, laudatione Perrete uxoris mee, in feodum concessi pro XIII lb. acquisitionis et pro XII den. seruicii et III sol. placiti magistro Johanni de Curia domum meam de Glauiney. Normandus cantor et cancellarius Sedun. Actum anno Dni M.CC.LVIII, idus januarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

650

Aymon de Blonay remet en gage un pré à Boson (de Sierre), sacristain de Sion.

Sion, 1258, 28 janvier.

Arch. de Valère, Manuale sacristæ.

* Ego Aymo de Blonay titulo pignoris obligaui dno Bosoni

[1] Därstetten, canton de Berne. — [2] Diemtigen. — [3] Stretlingen. — [4] Sternenberg.

sacriste Sedun. pro X lb. pratum meum de Sancta Christina, quod iacet supra pratum capituli de Bayar, quod teneo in feudum ab eodem dno sacrista pro VIII den. seruicii et V sol. placiti. Testes : Ay. de Turre miles, Petrus de Granges presbiter, Ay. mistralis, etc. Seduni V kl. februarii, anno Dni M°.CCC°.LVIII°. (Legendum M°CC°LVIII°.)

651

Jacques, sautier de Saint-Maurice, ayant employé à son usage la dot de Catherine d'Arbignon, épouse de son fils Jacques, donne une compensation à ce dernier et à son épouse.

1257 (1258), 7 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 445, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. LXI.

Noverint universi, etc. quod cum inter dnum Rodulphum de Albignon militem, ex una parte, et Jacobum Psalterium Sancti Mauricii, ex altera, contraherentur sponsalia nomine Jacobi dicti Flamens filii dicti Jacobi Psalterii et Katherine filie dicti dni Rodulphi de Albignon, dictus dnus Rodulphus predicte Katherine filie sue in dotem XXX lb. Maur. assignauit. Cumque predictus Jacobus Psalterus magnis esset debitis oneratus et ultra modum propter hoc gravaretur, dictus dnus Rodulphus dotem quam filie sue assignaverat, eidem Jacobo in integrum solvit. Quam pecuniam dictus Jacobus Psalterus propter necessitatem propriam suam et familie sue se confessus est expendisse et de omnibus pactis ante factis dictum dnum Rodulphum quittum clamasse. Predictus autem Jacobus Psalterus, consensu et voluntate Clemencie uxoris sue, dedit et concessit dicto Jacobo Flamen filio suo, Katherine uxori eius, filie dicti dni Rodulphi, et eorum heredibus in avantagium aliorum puerorum suorum post decessum suum et Cle-

mencie uxoris sue psalteriam Sancti Mauricii cum appendiciis suis et domum suam quam habet in burgo Sancti Mauricii, tali conditione apposita quod alii pueri in dicta psalteria cum appendiciis et domo nihil possint requirere, nec dictus Jacobus sive Katherina uxor ejus vel eorum heredes ab aliis pueris premissam pecuniam in posterum debent repetere, nec eosdem super hoc in aliquo perturbare. Si vero contingeret quod supradictus Jacobus Psalterus Jacobum antedictum filium et Katherinam uxorem ejus non ita teneret sicut deberet, ipse assignavit eisdem vineam suam de Criez pro necessariis suis faciendis, quousque eosdem sicut bonus patèr teneret. Inde rogavit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus N. abbas Agaun., dnus Jacobus Bochi, canonicus Agaun., P. de Mustignie, W. li Bauz, G. domicellus de Columberio, W. Pitetvilans et plures alii, et ego dnus P. cantor Agaun., qui hanc cartam levavi et scripsi nomine ecclesie Agaun. Cui si quis, etc. Actum est hoc anno Dni M.CC.LVII, VII idus februarii. In cujus rei testimonium appositum est huic carte sigillum capituli Agaun.

652

Simon de La Tour vend à maître Gérold de Lausanne un cens de neuf muids de seigle à percevoir sur la dîme de Nendaz.

Sion, 1258, 17 mars.

Archives de Valère; Cartul. du XIIIe siècle, fol. V.

Pro decima Nende.

Notum, etc., quod ego Symon filius quondam dni Rodulphi de Turre militis, laudatione Johannete uxoris mee et Rodulphi filii mei et Jacobete filie mee, vendidi et concessi et im-

perpetuum finaui pro C lib. Maur. nomine acquisitionis michi datis et solutis in pecunia numerata magistro Giroldo Lausan. et cuique dare, uendere, legare aut alio modo alienare uoluerit, IX modios pulcre siliginis et bene receptibilis censuales, ad mensuram Sedun., annuatim percipiendos in territorio de Neynda, super decimis eiusdem territorii, et quicquid iuris, possessionis, dominii utilis et directi habebam et habere poteram in predictis IX modiis siue decimis cum iuribus et pertinenciis eorumdem, cedens eidem magistro Giroldo et ipsius mandato pleniori iure quo possum, omne ius et omnem actionem michi competens et competentem circa quascunque personas occasione bladi et decime premissorum, volens quod ipse magister Giroldus uel alius pro ipso plenarie teneat et possideat omnia supradicta ; et de omnibus predictis me denestiens, ipsum corporaliter inuestiui. Supponens et obligans eidem magistro et eius mandato totam hereditatem meam cum omnibus bonis meis presentibus et futuris in garentationem omnium premissorum. Abrenuncians, etc. Ad petitionem mei Symonis et mandatum Rodulphus Montelliers ciuis Sedun. habens in feudum siue possidens receptionem siue collecturam predicte decime siue bladi promisit reddere annuatim magistro Giroldo et ipsius mandato, fide prestita in manu ipsius magistri, predictos IX modios ubicumque uoluerit in ciuitate Sedun. Inde roganimus ego Symon et dictus Rodulphus Montelliers cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Henricus Dei gratia episcopus Sedun., Willencus curatus de Chamoson, Johannes Vboldi miles, Borcardus de Salice, Jacobus de Orseres, Willermus de Bich et Normandus cantor et cancellarius Sedun., qui hanc cartam leuauit, vice cujus ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum et datum in curia Sedun., anno Dni M°CC°.LVIII°, XVI° kl. aprilis, impero vacante, Henrico episcopante.

653

Le prieur de Saint-Pierre de Clages reconnaît devoir 12 sols (de cens) au chapitre de Sion.

1258, 3 avril.

Arch. de l'abbaye de Saint-Maurice, Livre de la Val d'Illiés, pag. 142.

In presentia Henrici episcopi Sedun. Jofridus prior de Clarges confessus est se debere capitulo Sedun. XII sol. liberando capitulum Agaun. Anno Dni M.CC.LVIII, III nonas aprilis.

654

Rodolphe Monteilliers promet de payer annuellement à maître Gérold de Lausanne les neuf muids de seigle qu'il devait antérieurement à Simon de La Tour sur la dîme de Nendaz.

Sion, 1258, 12 septembre.

Archives de Valère, Cartul. du XIIIe siècle, fol. XXIII et XXIIII.

C. de Radulpho Montellier de facto magri Gi. Lausan.

Notum, etc., quod ego Rodulphus Monteilliers ciuis Sedun., laudatione Perrete uxoris mee, pueri mei erant impuberes, promisi reddere annuatim usque ad festum Omnium Sanctorum, fide prestita in manu Henrici Dei gratia episcopi Sedun., magistro Giroldo Lausan. uel ipsius mandato, ubicumque uoluerit in ciuitate Sedun., nouem modios siliginis bene receptibilis censuales ad mensuram Sedun., quos prius debebam Symoni filio quondam dni Rodulphi de Turre militis super decimis territorii de Neynda, ad quorum solutionem singulis

annis faciendam memorato magistro uel ipsius mandato in ciuitate Sedun., ut premissum est, ego Rodulphus et heredes siue successores mei tenemur imperpetuum pro VIII° sol. michi uel meis heredibus pro uectura siue portitura persoluendis. Si uero contigerit predictos IX modios siliginis uel aliquid ex ipsis amitti ante dedicationem Sedun. ecclesie *generali guerra comitis Sabbaudie et dni episcopi supradicti*, recompensatio debet fieri predicto magistro uel ipsius mandato secundum arbitrium et considerationem dni episcopi et curie Sedun. Post dedicationem vero predictam tota amissio siue dampnum predicte siliginis siue bladi reputabitur michi Rodulpho et heredibus meis. Inde rogaui ego Rodulphus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Henricus Dei gratia Sedun episcopus, magister Johannes de Curia, Vldricus capellanus dni episcopi, Petrus de Olon, Johannes Vboldi, milites, et Petrus Billonis qui hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego P. iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.L°VIII°, II idus septembris, imperio uacante, Henrico episcopante.

655

Statuts de la paroisse de Viége.

1259, 8 mars.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Statutum parochie de Vespia, exceptis illis de villa Vespie, quod nemo redditus constitutos super possessionibus in dicta parochia constitutis de Alto saxo interius (inferius) et in territorio de Termignon emere possit, et quod ille terre non possint coli, exceptis redditibus dni episcopi et ven. capituli Sedun., sed medietas ad episcopum et altera medietas ad communitatem devolvatur. 1259, 8 idus martii.

656

Maître Gérold de Lausanne donne au chapitre de Sion, pour en jouir après sa mort, les neuf muids de seigle qu'il a achetés de Simon de La Tour sur la dîme de Nendaz.

Valère, 1259, 1er mai.

Archives de Valère; Cartul. du XIIIe siècle, fol. IIII.

Notum, etc., quod ego magister Giroldus Lausann. dedi inter viuos et concessi iure quo potui pleniori capitulo Sedun. totum illud bladum, scilicet IX modios siliginis ad mensuram Sedun., quod et quos emeram a Symone de Turre filio quondam dni Rodulphi de Turre militis super decimis suis quas habebat uel que habebantur ab eo apud Neynda, sicut in carta mea super hoc confecta plenius continetur. Ita tamen quod dicti IX modii michi in uita mea remaneant, post obitum autem meum annuatim in anniuersario meo canonicis qui meis interfuerint exequiis communiter diuidantur. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : dnus Henricus Sedun. episcopus, Johannes et Aymo, decani, Henricus sacrista, Jacobus de Sallon, canonici Sedun., et Normandus cantor et cancellarius Sedun. qui hanc cartam leuauit, uice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Valeriam, anno Dni M°CC°LVIIII°, kl. maii, Henrico episcopante.

657

Jean métral de Sembrancher vend un cens de huit sols à Pierre de Savoie.

1259, mai.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 260.

Noverint universi quod Johannes mistralis de Sancto Bran-

cherio vendidit dno Hugoni de Grant Mont tunc castellano Chillonis, ad opus illustris viri dni P(etri) de Sabaudia et heredum suorum et assignatorum, octo solidos Mauric. censuales pro quatuor lb. Maur. sibi solutis et numeratis, quos octo sol. assetavit vel assignavit ipse Johannes percipiendos annuatim et habendos super mistraliam de Sancto Brancherio, obligando se et heredes suos, si forte dicti denarii non possent in dicta mistralia recuperari vel haberi, supplere defectum et contra omnes defendere et garentire. Actum est hoc anno Dni millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense maii. Testes sunt magister Arnaldus, Uldricus mistralis Villenove, Guicardus clericus et ego Petrus cantor Agaunensis, qui hanc cartam scripsi. Cui si quis contraire presumpserit, penam decem lb. Mauric. se noverit incursurum soluendam regie maiestati. Et ad maiorem firmitatem appositum est ei sigillum capituli Agaunensis.

658

Jacques de Liddes vend un cens de quatre livres à Pierre de Savoie.

1259, mai.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 260.

Noverint universi quod Jacobus de Ligdes vendidit dno Hugoni de Grandimonte tunc castellano Chillonis, ad opus dni Petri de Sabaudia et heredum seu assignatorum suorum, quatuor lb. Maur. annuales sub hac forma quod dictus Jacobus medietatem illarum quatuor lb., hoc est quadraginta sol., assetavit seu assignavit eidem habendos et percipiendos annuatim super duo prata Criste et super duo prata de Aerrous et super terram suam de Ripa alta cum domo ibi sita; pro viginti autem et uno sol. Maur. alterius medietatis illarum quatuor

lb. annuatim habendis assetavit vel assignavit dictus Jacobus eidem viginti et unum sestaria siliginis percipienda et habenda annuatim super molendina sua de Ligdes; et pro decem et novem aliis residuis sol. assetavit et assignavit eidem septem sestaria síliginis in decima de Vescheria et sex sestaria en Jarnot et quinque sestaria super albergum Petri Salayro et unum sestarium super albergum Michaelis Vylicos annuatim percipienda et habenda. Vendidit, inquam, pro quadraginta lb. Maur. sibi solutis et numeratis obligando se et heredes suos, si dicta denaria et predictum bladum recuperari non possent in rebus predictis, supplere defectum et contra omnes defendere et garentire. Actum est hoc anno Dni millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense maii. Testes sunt magister Arnaldus, Uldricus mistralis, Guicardus clericus et ego Petrus cantor Agaunensis, qui cartam scripsi. Cui si quis, etc. Et ad maiorem firmitatem appositum est ei sigillum capituli Agaunensis.

659

Ruf de Liddes vend un cens de 40 setiers de seigle à Pierre de Savoie.

1259, mai.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 260.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod Ruffus de Ligdes sciens et prudens, non coactus nec dolo inductus, sed spontanea voluntate vendidit dno Hugoni de Grandimonte tunc castellano Chillonis, ad opus illustris viri dni Petri de Sabaudia et heredum vel assignatorum eius, quadraginta sestaria siliginis in perpetuum annuatim habenda et percipienda in molendinis suis de Ligdes et viginti sol. Maur. censuales super condamina sua de Ligdes annuatim percipiendos, que con-

damina sita est supra stratam a parte ville inferioris, pro triginta lb. Maur. eidem solutis et numeratis. Promisit etiam predictus Rodulphus et se pariter et omnia bona sua per solempnem stipulacionem firmiter obligauit in manu dicti castellani, recipientis nomine predicti dni Petri et heredum et assignatorum suorum, quod si forte aliquo casu predictum bladum et dicti denarii super dictis molendinis et super dicta condamina non possent annuatim recuperari vel haberi, ipse Ruffus vel heredes eius tenerentur super omnibus bonis suis supplere defectum et contra omnes defendere et garentire. Actum est hoc anno Dni millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense maio. Testes sunt magister Arnaldus, Uldricus mistralis Villenove, Guicardus clericus et plures alii, et ego Petrus cantor Agaunensis, qui cartam scripsi. Cui si quis, etc. Et ad maiorem firmitatem appositum est eidem carte sigillum capituli Agaunensis.

660

Contrat de mariage entre Agnès fille de Pierre Lenzet et Waland de Classenchi

Sion, 1259, 5 juin.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod Aruuy relicta Petri Lençet, nomine Agnetis filie sue, ex una parte, et Walandus de Classenchi carnifex, ex altera, inter se, proborum uirorum consilio, taliter conuenerunt. Dicta Aruuy tradidit predicto Walando dictam Agnetem secundum bonam terre consuetudinem in uxorem, hoc adiecto quod si dicta Agnes decesserit sine herede suscepto ab eodem Walando, dos dicte Agnetis et medietas acquisitorum a dictis Walando et Agnete communiter factorum ad sepefatam Aluuy et heredes suos libere sine impedimento aliquo deuoluantur; et si idem Walandus sine

herede a memorata Agnete suscepto decesserit, acquisitorum alia medietas ad suos proximos et heredes eorumdem similiter deuoluatur. Inde rogauit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Johannes Passeris canonicus Sedun., Brunetus de Pascua, Petrus minister, Johannes de Mulignon et Petrus Billonis, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°LVIIII°, nonis junii, imperio vacante, Henrico episcopante.

661

Béatrice de Dyogni et son fils donnent des cheseaux en fief à Jean et à Pierre de Diogny.

Chermignon-dessus, 1259, 20 juin.

Archives de la ville de Sion, Copia litter. de Lens., fol. XLIII.

* Notum sit quod ego Beatrix de Dyogny et Jacobus filius meus vendidimus et in feudum concessimus, pro IIII lb. et decem sol. acquisitionis et duobus den. seruicii et sex den. placiti, Vullelmo, Johanni et Petro filiis Borcardi de Diogny talem partem casalium qualem habebamus cum eis in villa de Diogny et campum quem habebamus in territorio quod dicitur Chillon. Actum apud Chermignon superius, anno Dni M°CC°LIX°, XII kl. julii, imperio vacante, Henrico episcopante.

662

Vente faite par Jacques, sautier de Saint-Maurice, à Pierre Quartéry.

1259, juillet.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 409, ex arch. Agaun., Majus minut., fol. XV.

* Notum sit quod Jacobus psalterus de Sancto Mauricio,

consensu Alys uxoris sue et filiorum suorum Jacobi dicti Flamen, Rodulfi et Johannis et filie sue Margarete et Katherine uxoris dicti Flamen, vendidit et concessit Petro Karterii casamentum Avelan de Bez et casamentum Petri filii donne Marie cum X cupis frumenti annualibus pro IX lb. Maur. solutis eidem Jacobo. Actum est hoc anno Dni M°.CC°.LIX°, mense julii. Testes: Jo. Karterii, P. sacrista, canonici, et Ay. de Turre, et ego P. cantor Agaun., etc.

663

Jean, fils de Bonafillin, reconnaît devoir payer annuellement huit fichelins de seigle à Pierre Rodulphi pour le moulin du Rocher.

Sion, 1259, 2 août.

Archives de Valère, Cartul., du XIII° siècle, fol. XLI.

Notum, etc., quod nos Johannes filius quondam Bonafillin, Sarreta uxor mea, Jacobus filius meus et Johanneta filia mea, alia filia mea impuber erat, et heredes nostri uel quicumque tenuerit molendinum de Saxo qui fuit Domenjo, tenemur soluere Petro Rodulphi et suis heredibus VIII fischilinos siliginis receptibilis, omni alia exactione remota, pro molentino iam dicto in media quadragesima annuatim. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Petrus de Mieio minister capituli, Johannes de Palatio, Petrus de Cor clericus et Petrus Billonis qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°LVIIII°, IIII° non. augusti, imperio uacante, Henrico episcopante.

664

Molestations et injustices faites à l'évêque de Sion par Pierre de Savoie.

(Vers 1260.)

M. D. R. XVIII, Chartes Sédun., 438.

Il est probable que les faits énumérés dans cette pièce se rapportent à la guerre qui eut lieu entre l'évêque de Sion et Pierre de Savoie, en 1260. Dans tous les cas, ils ne peuvent pas être postérieurs à cette date, puisque dans cette pièce l'évêque se plaint de dommages qui lui ont été causés dans ses propriétés situées au-dessous de la Morge, propriétés qu'il céda à Pierre de Savoie par le traité d'échange du 5 septembre 1260.

665

Extraits du compte d'Aymon, sautier de Branson et receveur de Saillon.

1260, 2 février — 1261, 2 février.

Wurstemberger, Peter der Zweite, IV, 293.

M. Wurstemberger a publié plusieurs extraits des comptes des receveurs ou châtelains de la maison de Savoie dans le Bas-Vallais, je n'ai pas cru devoir les reproduire et je me borne à les indiquer, chacun à sa date.

666

Henri, évêque de Sion, hypothèque à Pierre de Savoie les châteaux de Martigny, de Crest et de Chamoson.

Près de la Morge, 1260, 2 juillet.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 276. (Extrait.)

Nos Henricus, Dei gratia episcopus Sedun., notum facimus

presentes litteras inspecturis quod cum illustris vir dnus Petrus de Sabaudia, propter querelas et petitiones quas pro se et suis contra nos et nostros faciebat, castrum nostrum Martigniaci obsedisset et tandem post multos labores et expensas sui et suorum predicto castro sibi reddito, castrum nostrum de Cresto similiter obsedisset propter causas supra expressas, nos habita super hoc plenaria deliberatione, de consilio et consensu expresso hominum et fidelium ecclesie nostre, predicto dno Petro titulo pignoris obligamus predicta duo castra una cum castro nostro de Chamoson, quicquid in eis habere debemus cum omnibus investituris et pertinentiis suis, rebus corporalibus et incorporalibus ad ea pertinentibus in dictis castris et castellaniis eorum quoquo nomine censeantur, obligamus, inquam, pro custis, expensis et missionibus factis et faciendis occasione huius totalis negocii ab eodem dno Petro et valitoribus et coadiutoribus suis, probandis ab eodem dno Petro per scripta et rotulos suos per dispensatores suos super hiis confectos, expensis etiam coadiutorum et valitorum suorum rationabiliter estimatis. Ita tamen quod probatis et estimatis expensis venerabilis pater R(odulphus) Dei gratia Tarentasiensis archiepiscopus potestatem habeat moderandi, si idem dnus Petrus vel sui petant sibi restitui expensas que superfluitatem contineant vel excessum. Volumus etiam et concedimus eidem dno Petro pro se, heredibus vel assignatis suis quod predicta tria castra cum omnibus pertinentiis suis, sicut superius est expressum, habeat, teneat et possideat ex causa pignoris libere et absolute, donec sibi, heredibus vel assignatis suis facta fuerit plenaria refusio expensarum: Promittimus etiam sub proprii jurisjurandi religione quod nec per nos vel nostros vel quoscumque alios quos prohibere possimus, verbo vel facto faciemus vel procurabimus quominus eidem dno Petro, heredibus sive assignatis suis res predictas habere, tenere et possidere liceat, sicut superius plenius est expressum. Immo si

quis eum vel suos, durante obligatione predicta, super predictis impeteret, essemus sibi et suis garentizatores et pro posse nostro legittimi defensores. Renunciamus etiam in hac parte sub virtute prestiti juramenti omni generi restitutionis que vel jure actionis competit vel officio judicis imploratur, et omni alii auxilio juris canonici et civilis que possent nobis patrocinari ad veniendum contra predictam obligationem. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datas apud Morgiam, die veneris post festum apostolorum Petri et Pauli, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo.

667

Compromis arbitral entre Henri, évêque de Sion, et Pierre de Savoie.

Près de la Morge, 1260, 21 juillet.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 277. (Extrait.)

Nos Henricus, Dei gratia episcopus Sedun., et nos Petrus de Sabaudia notum facimus universis quod nos scientes, prudentes et spontanei, non vi seu dolo vel metu inducti, set consilio et deliberatione prehabita, super omnibus querelis et controversiis quas habemus ad invicem tam pro nobis quam pro hominibus et valitoribus nostris alte et basse compromisimus et compromittimus in arbitros viros providos et discretos, scilicet dnum Marquardum de Morgia et dnum P. de Ventona, milites, quos nos dictus episcopus elegimus ex parte nostra, et dnum P. senescallum et Ludouicum maiorem, milites Lausannenses, a nobis dicto Petro de Sabaudia pro parte nostra electos, et in ven. patrem R(odulphum) Dei gratia archiepiscopum ecclesie Tharentasiensis, quem nos ambo communiter duximus eligendum; et promittimus ad invicem bona fide

quod quicquid predicti arbitri vel maior pars illorum arbitrio, dicto, iure vel concordia dixerint vel ordinauerint super dictis controversiis et querelis, de omnibus simul vel singulis per se, partibus presentibus uel absentibus, perpetuo observabimus et a nostris faciemus inuiolabiliter obseruari. Et si forte aliquem predictorum arbitrorum aliquo casu abesse contingerit, alius loco eius a parte sua subrogetur. Et pro hiis omnibus et singulis supradictis attendendis et inviolabiliter obseruandis promittimus nos daturos cautionem et securitatem ad arbitrium vel dictum predictorum arbitrorum vel maioris partis eorum. Predicti vero arbitri querelas et controversias nostras propositas et proponendas terminent et decidant infra proximum festum Assumptionis beate Virginis; quas terminaciones et decisiones dicti arbitri iuraverunt super sancta Dei Ewangelia fideliter facere et bona fide, excepto dno archiepiscopo, nec ultra possint dictum terminum prorogare, nisi de parcium processerit voluntate. In cuius rei testimonium sigillis nostris una cum sigillo supradicti dni archiepiscopi presens compromissum fecimus roborari. Actum apud aquam que dicitur Morgia, in pratis subtus Contey, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo, die mercurii ante festum beate Marie Magdalene.

668

Echanges entre Henri, évêque de Sion, et Pierre de Savoie.

Près de la Morge, 1260, 5 septembre.

Archiv für die Schweizer. Geschichte, II, 201. — Zeerleder, Urkunden, I, 533. — Furrer, III, 77. — Wurstemberger, Peter der Zweite, IV, 278. — Volume de copies d'actes à la bibliothèque cantonale de Sion.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Heinricus Dei gratia

episcopus Sedun. et Petrus de Sabaudia rei geste notitiam cum salute. Noverit vniuersitas uestra quod suscitata inter nos materia questionis super eo quod nos dictus Petrus dicimus et proponimus contra episcopum memoratum quod idem episcopus tenet in manu sua feudum in Herementia et in ualle de Herens quod dnus Amedeus de Raronia frater dicti episcopi debet tenere de nobis, de quo debitum vsagium non habuimus et ideo cecidit in commissum ; et propterea dictus dnus Amedeus soluit et quittauit nobis feudum predictum. Dicimus eciam quod cum bone memorie dnus Willelmus de Turre esset homo ligius quondam comitis Sabaudie patris nostri et de eo plura teneat in Valesio, de quibus tenebant ab eo aliqua dnus Henricus dictus Albus, dnus P. de Buys, milites, Boso Chaliers, Jacobus dAneuis, Humbertus de Narres, Huldricus de Castello de Sirro domicellus, qui omnes predicti fuerunt homines ligii predicti dni Willelmi de predictis feudis ; vnde cum idem episcopus sine laude et consensu nostro predictorum fidelitates sibi appropriauit, ea petimus nobis reddi. Petimus eciam nobis restitui comitatum de Morgia ad nos iure hereditario spectantem, quem idem episcopus detinet sine causa. Item petimus et vendicamus medietatem castri de Seya, cum idem castrum in pascuis nobis et predicto episcopo pro indiuiso communi per episcopum Landricum predecessorem suum extructum fuerit et firmatum. Item petimus dirrui turrem de Monte hordeo, pro eo quod cum alias per pacem factam inter dictum episcopum Landricum et felicis recordationis Aymonem de Sabaudia partim diruta fuisset, idem episcopus contra dictam pacem ueniens eandem firmauit ; dicens eciam quod in proprio solo dni Giroldi de Turre et Aymonis filii sui, hominum nostrorum, contra uoluntatem expressam eorum turris eadem est constructa. Dicimus eciam quod tam idem episcopus quam homines eius terras, prata, pascua, jura, aquas et earum vsimenta quibusdam hominibus nostris auferunt et sibi inde-

bite uendicarunt. Rursum proponimus contra dictum episcopum quod nonnullos de hominibus nostris homines eius ceperunt, uulnerauerunt et atrociter tractauerunt, eodem episcopo predicta rata habente, et potissimi homines et familiares eiusdem episcopi insequuti fuerunt cum armis Aymonem filium dicti dni Giroldi de Turre, hominem nostrum ligium. Quas contumelias siue iniurias nobis illatas in personis hominum nostrorum nollemus sustinuisse pro tribus millibus marcharum argenti. Rursum mouemus contra eum multiplices querelas et controuersias atque rancores et peticiones dudum coram uenerabili patre dno R. archiepiscopo Tarantasiensi metropolitano suo a nobis et eis electo medio in quodam compromisso inter nos edicto, ac inde coram nobilibus uiris dno Amedeo de Raronia, dno Jacobo[1] uicedomino Sedun. a predicto dno episcopo, Iblone dno de Montibus, Godofredo de Grandimonte, Aymone dno de Sarrata a nobis Petro electis arbitris seu amicabilibus compositoribus et religiosis uiris dno Giroldo Sancti Mauricii Agaun. et P. Alpium abbatibus a nobis communiter electis, in medium recitatas et in scriptis redactas et eorum sigillis sigillatas. Tandem communibus amicis interponentibus partes suas vt nos prefatum Petrum et nos episcopum ad mutua dilectionis et pacis federa reuocarent, eedem questiones fuerunt amicabili compositione solute sub forma inferius annotanda. Imprimis quia certis et indubitatis experimentis didicimus, quippe id tota die oculata fide uidimus, quod communium possessionum nostrarum nobis et nostris hominibus pro indiuiso communi inter nos et nostros discordias excitat, nouas lites procreat et procreatas nititur confirmare, uolentes huic morbo congruam adhibere medelam, nobisque et successoribus nostris super futuris periculis precauere, nos predictus episcopus, prudentes, scientes et

[1] Il faut lire *Jocelmo* au lieu de *Jacobo*.

spontanei, habito super hoc procerum nostrorum et fidelium ecclesie nostre consilio et assensu expresso, permutamus ac permutacionis titulo tradimus et assignamus eidem dno Petro accipienti pro se et heredibus suis, commoditate tocius reipublice nostre hanc permutationem fieri plurimum suadente, castra nostra de Cresto, de Chamosono, de Martiguiaco et quicquid habemus in uilla et parrochia nostra de Mustrus prope Chillon, sit corporale uel incorporale, cum inuestituris et pertinenciis eorumdem, uidelicet pratis, uineis, pascuis, juribus, aquis, aquarum decursibus, piscariis, feudis, allodiis, uiis, inuiis, nemoribus, montanis, et quibuscumque rebus aliis corporalibus et incorporalibus, quo nomine censeantur, et generaliter quecumque habemus uel habere debemus ab aqua que dicitur Morgia uersus ciuitates Lausannen. et Gebennen. ubicumque; retentis nobis feudis et fidelitatibus factis illustrium uirorum comitis Sabaudie et comitis Gebenn. Vltra Rhodanum uero permutamus et permutationis titulo tradimus et assignamus eidem quicquid habemus et quicquid habere debemus a uertice montis qui dicitur Tyons imminens Seduno vsque ad Corbacerias, que sunt nostre et nobis remanent, provt distinguuntur territoria nostra de Miseris et de Barro que est dicti dni Petri, vbicumque retentis nobis ecclesiis nostris cum jurisdictione spirituali infra nostram diocesin, in quibus ad nos spectat auctoritate ordinaria institutio personarum. Nosque predictorum possessione vel quasi possessione ex certa sciencia abdicantes a nobis, eumdem dnum Petrum inducimus in eamdem. Nos si quidem predictus Petrus contractu permutacionis ex parte dicti episcopi iam inuestitus per traditionem rerum nobis factam permutamus et permutacionis titulo tradimus et assignamus eidem episcopo imperpetuum pro nobis et heredibus seu assignatis nostris uillas nostras quas habemus in monte de Sauiesia, uidelicet quicquid habemus apud Dronam, apud Montilles, apud Sanctum Germanum,

Halternam, apud Clausua, apud Grammo, apud Rhomann et apud Ensious ; item feuda nostra de Ayento, de Rarognia ; vltra Rhodanum uero ualles nostras de Hermentia et de Herens cum uillis nostris ibidem contentis ; item feudum de Grangiis, et generaliter quicquid habemus et habere debemus de predicta aqua de Morgia et a uertice montis de Tyons superius vbicumque in tota dyocesi Sedun., uidelicet in terris, pratis, pascuis, juribus, aquis, aquarum decursibus, feudis et allodiis nostris et quibuscumque aliis rebus corporalibus et incorporalibus, qualitercumque uocentur ; retentis nobis fidelitatibus ligiis dni Giroldi de Turre et dni Petri de Ayento et heredum suorum, tamen pro feudis que de nobis tenent a Morgia inferius uersus Chillon et a uertice montis de Tyons inferius uersus montem Jouis ; ita quod dictus episcopus concedat dicto dno Giroldo feudum de Ayento, quod sibi permutauimus, in augmentum alterius feudi quod idem dnus Giroldus tenet de eodem dno episcopo ; ita quod propter augmentum huius feudi ipse uel heredes sui nouum homagium facere minime teneantur. Permittatur etiam sibi apud Ayentum construere domum suam de fortia. Damus etiam predicto episcopo in permutationem predictum comitatum de Morgia, et quicquid in eodem comitatu habemus uel antecessores nostri habuerunt, et quicquid iuris habemus in castro de Seya, feudum nobilis uiri Willelmi de Turre, quod feudum ipse et dnus Henricus dictus Albus, dnus P. Buys, milites, Boso Schaliere, Jacobus d'Aneuier, Humbertus de Sierres et Huldricus de Castello de Sirro, uel alii quicumque tenent a nobis uel tenere debent a Morgia superius uersus Sedunum. Remittimus sibi ac suis omnes querelas, peticiones et rancores et controuersias nobis nostro nomine competentes preterquam peticionem quam facimus de dirutione de Montehordeo de qua fiet alibi mentio specialis. Nos predictus episcopus eidem dno Petro et suis omnes querelas et peticiones nobis competentes vsque ad

diem confectionis presentium litterarum remittimus similiter et quittamus. Cedimus nobis nos predicti Petrus et episcopus et in nos uicissim ex certa scientia transferimus omnes actiones reales, personales, mixtas que pro predictis rebus hinc inde permutatis nobis competunt et competere possunt contra quascumque personas. Super rebus autem permutatis hinc inde, si aliqui in iudicio uel extra nos impeterent, nobis ad inuicem promittimus bona fide et sub religione prestiti iuramenti esse guerentisatores et legitimi defensores. Et si aliquid de predictis per iudicium euinceretur, id alter alteri resarciet. His tamen dispositis nos dictus Petrus pro nobis et hominibus et vallitoribus nostris, specialiter nobilibus uiris dno Hartmanno juniore comite de Quiburgo, dno Rudolpho comite Gruerie, dno Petro filio suo, dno Simone de Lucarno, dno Manfredo, Aymone dno Montagniaci, Henrico et Rodolpho dnis de Stretelinga, ciuibus Bernensibus et adherentibus omnibus supradictis et aliis adiutoribus nostris, dno Giroldo de Turre, dno Petro de Ayento et aliis hominibus nostris ; item nos predictus episcopus pro nobis, hominibus nostris, vallitoribus atque adherentibus eis in ueram et perpetuam pacem vnanimiter consentimus, peticionibus omnium et querelis super quibus facta sunt specialia compromissa inter nos dictum episcopum et homines et vallitores dicti dni Petri nihilominus in suo robore duraturis, nec ex presenti generali compositione suis uiribus vacuandum illud ex certa sciencia ex vtraque parte duximus inferendum, vt hominibus nostris, nostro capitulo Sedun., possessiones quas habent in presenti uel processu temporis ex iustis causis eis obuenient in terris et districtibus nostris vbicumque, eis et heredibus ac successoribus eorum pleno iure remaneant sicut ante, soluendo census et redditus qui pro eisdem possessionibus debebantur ; ita quod si pro possessionibus sitis infra territoria que ceduntur nobis episcopo in permutationem, census et redditus dicto dno Petro

debentur, nobis et successoribus nostris soluantur. Uiceuersa si nobis pro possessionibus sitis infra territoria que ceduntur in permutationem dicto dno Petro datam, census et redditus debeantur, eidem dno Petro, heredibus siue assignatis suis soluantur. Adiecto quod si pro predictis possessionibus fidelitas aliqua debeatur, illi domino remaneat a quo dicta fidelitas originaliter noscitur descendisse. Pronunciacionem siquidem predictam nos predictus episcopus et nos capitulum Sedun. laudantes, approbantes et ex certa sciencia litterarum nostrarum patrocinio confirmantes pro nobis et successoribus nostris, nosque Petrus pro nobis et heredibus siue assignatis nostris nobis ad inuicem promittimus bona fide, id nichilominus ad sancta Dei Euangelia iurantes nos predicti episcopus et Petrus personaliter et nos capitulum per nostrum cantorem et canonicum, nostrum œconomum seu procuratorem nostrum ad hoc solemniter ordinatum, eam cum omnibus et singulis supra contentis nos irrefragabiliter seruaturos et contra predicta uel aliquid de predictis per nos uel interpositas personas vllo vnquam tempore uenturos. Quinimo vt nobis omnis malignandi tollatur occasio et excogitandis maliciis omnis aditus precludatur, nos predicti episcopus et capitulum ex certa sciencia et sub religione prestiti iuramenti renunciamus omni generi restitucionis que sub iure competit actionis uel possessionis a nobis officio iudicis implorari, item quod in hoc contractu permutationum vltra dimidium iusti ualoris fuerimus circumuenti, tam pro rebus a nobis episcopo permutatis tam in possessionibus quam in pecuniis recognoscamus scientes et spontanei a dicto dno Petro nos recompensationem congruam recepisse, inhibentes in lesionem nostram uel ecclesie nostre in predictis nichil omnino actum fuisse. Item renunciamus omnibus priuilegiis et indulgentiis nobis et ecclesie nostre tam a sede apostolica quam a quibuscumque principibus hactenus indulsis vel imposterum indulgendis, que nobis aliquo modo excogitari

possent patrocinari ad ueniendum contra predicta. Rursus vt predicta maiori firmitate vlantur, uolumus, consentimus et per patentes litteras rogando mandamus ven. patri archiepiscopo Tharantasiensi, metropolitano nostro, vt si aliquo in modo ueniremus contra predicta uel aliquid de predictis (nisi infra XV dies post primam eius admonitionem id curaremus salubriter emendare et omnino dessistere) in personas nostras excommunicationis et in ecclesiam et terras nostras interdicti sententias proferat; de quibus nec ad sedem apostolicam sit licitum appellare, nec super huius excommunicationis sententiam alibi deferre querelam. Has autem renunciationes nostras proprii iurisiurandi religione firmamus. Actum apud Morgiam, datum autem apud Sedunum, in capitulo nostro, anno dni millesimo ducentesimo sexagesimo, die quinto mensis septembris. Ad perennem igitur memoriam rei geste et omnium precedentium firmitatem nos predictus episcopus et capitulum, item nos dictus Petrus duas chartas confici iussimus, quarum alteram sigillatam sigillis nostris episcopi et capituli, vna cum sigillis religiosorum uirorum dni G. Agaunensis et dni P. Alpensis abbatum tradimus dicto dno Petro, alteram uero sigillatam sigillo nostro Petri et sigillis predictorum dnorum abbatum tradidimus episcopo et capitulo memoratis.

669

L'évêque et le chapitre de Sion s'engagent à procurer de la part du siége apostolique et de l'archevêque de Tarentaise des lettres de confirmation de l'échange conclu entre le dit évêque et Pierre de Savoie.

La Morge et Sion, 1260, septembre.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 287. (Extrait.)

Nos Henricus, Dei gratia (episcopus Sedun.), totumque ca-

pitulum Sedun. promittimus bona fide et ad sancta Dei Ewangelia iuramus tam nos episcopus personaliter quam nos capitulum per Normannum cantorem nostrum, yconomum seu procuratorem nostrum ad hoc solempniter ordinatum, nos facturos et curaturos quod permutatio facta inter nos episcopum, ex una parte, et illustrem virum dnum Petrum de Sabaudia, ex altera, cuius quidem permutationis tenor et series in instrumentis inde confectis plenius continentur, infra annum et dimidium computandum a die confectionis presentium litterarum, per sedem apostolicam et per ven. patrem dnum archiepiscopum Tarentasiensem metropolitanum nostrum, ex certa sciencia, facta sibi relatione ipsius permutationis prout est scripta et sigillis nostris et eiusdem dni Petri et venerabilium virorum G. Sancti Mauricii Agaunensis et P. Alpensis abbatum sigillata, tenore ipsius permutationis in ipsa confirmatione de verbo ad verbum inserto, non in forma communi confirmetur, et quod eandem confirmationem reddemus infra dictum terminum predicto dno Petro vel eius certo mandato. Quod si non faceremus et compleremus, prout superius est expressum, promittimus nos daturos et soluturos nomine pene, prima obligatione in suo robore duratura, eidem dno Petro solempniter stipulanti pro se et heredibus sive assignatis suis mille marchas boni, puri et examinati argenti ad pondus marche trecentum, in eo valore in quo tunc temporis erit argentum in diocesi Lausannensi, solvendas eidem dno Petro vel eius heredibus sive assignatis, videlicet quingentas marchas infra dimidium annum et alias quingentas in fine eiusdem anni. Pro quibus attendendis et complendis speciali conventione obligamus eidem dno Petro nos et omnia bona nostra. Damus etiam fideiussores, redditores et obsides iuratos dilectos nostros Normannum cantorem, Henricum sacristam, Nicolaum de Laechia, Willelmum de Morgia et dnum Nicolaum de Gremeisvel presbiterum, canonicos Sedun., item nobiles viros

dnum Amedeum, dnum Uldricum de Raroignia, fratres, dnum Jacelmum vicedominum Sedun., dnum Giroudum de Turre, dnum Aymonem de Turre, dnum Nantelmum de Ayento, dnum Henricum dictum Album, dnum Jacobum de Viege, dnum Marcoardum de Morgia, dnum Petrum de Wyz, dnum Petrum de Ventona, dnum Petrum de Augusta, milites, Petrum de Raroignia, Jacobum dAneuis, Amedeum de Ayento, domicellos, et Jacobum mistralem Sedun. Qui omnes per juramenta sua promiserunt se tenere obstagia ad requisitionem dicti dni Petri vel eius certi nuncii sibi vel in suis domiciliis publicatam apud Sanctum Mauricium in Chablasio expensis nostris, et inde nullo modo, nulla ex causa discedere, donec predicte confirmationes sub predicto modo ostente eidem dno Petro reddite fuerint, sicut superius est expressum, nisi hoc facerent de ipsius dni Petri vel alicuius de suis, qui super hoc haberet speciale mandatum litteris suis insertum, licentia vel mandato. Que proximo dicta nos predicti Normannus cantor, Henricus sacrista, Nicolaus, Willelmus et Nicolaus, canonici, item nos Amedeus, Uldricus, Jacelmus, Giroudus, Aymo, Nantelmus, Henricus, Jacobus, Marcoardus, Petrus de Wiz, Petrus de Ventona et Petrus de Augusta, milites, et nos Petrus, Jacobus, Amedeus, domicelli et Jacobus mistralis constituimus et promittimus per iuramenta nostra nos facturos et completuros propriis expensis nostris, si predicti episcopus et capitulum nobis eas non ministrarent, ad hec heredes et successores nostros et omnia bona nostra specialiter obligantes, adicientes ut si heredes nostri sicut obsides non tenerentur, teneantur ut fideiussores. Rursum quia cordi nobis est promissionem nostram iuramento firmatam irrefragabiliter obseruare, nos predicti episcopus et capitulum, prehabita deliberatione plenaria, fidelium nostrorum et ecclesie nostre assensu petito et optento, turrim nostram de Monte ordeo cum edificiis circa contentis tradimus nobili viro predicto dno Giroudo de Turre

tenendam et custodiendam ab eo expensis nostris, usque ad predictum annum et dimidium plene completum, infra quem si predicte confirmationes optente fuerint et eidem dno Petro reddite, sicut superius est notatum, tunc predictus dnus Giroudus predictam turrim cum edificiis adiacentibus funditus diruat et evellat expensis nostris, non expectato alio mandato nostro, hoc etenim sibi per presentes litteras imperamus. Adiecto quod eadem turris vel alia in toto dicto monte in perpetuum non reedificetur a nobis vel nostris hominibus vel successoribus nec a predicto dno Petro vel suis; et qui contra faceret, esset hoc ipso pacis inter nos inite temerarius violator. Ceterum si, quod absit, infra predictum terminum predicte confirmationes non essent, ut dictum est, predicto dno Petro tradite, volumus et mandamus eidem dno Giroudo vel ei qui dictam turrim pro eo tenebit, ut tunc, mandato nostro minime expectato, predictam turrim cum adiacentibus edificiis tradat et deliberet sine relatione cuiuslibet questionis eidem dno Petro vel eius certo mandato, tenendam ab eo ad expensas nostras, de quibus infra fiet mentio specialis, donec predicte confirmationes optente et reddite fuerint iuxta formam superius annotatam. Quibus optentis a sede apostolica et a dicto dno archiepiscopo et eidem dno Petro redditis, idem dnus Petrus debet eandem turrim funditus diruere, sicut superius est expressum. Circa expensas vero faciendas pro custodia dicte turris taliter est provisum, quod triginta quinque libras Maur. promittimus et constituimus sub obligatione omnium bonorum nostrorum nos soluturos et reddituros singulis annis apud Contesium dicto dno Giroudo vel eidem dno Petro vel eius mandato, medietatem videlicet in festo beati Michaelis et aliam medietatem in festo beati Johannis sequenti, quamdiu dicta turris remanebit in manibus eorumdem. Preterea nos predicti episcopus et capitulum promittimus eidem dno Petro stipulanti pro se et heredibus sive assignatis suis quod si pe-

nalis stipulatio mille marcharum, de qua supra facta est mentio, contra nos commissa fuerit, si idem dnus Petrus in exigenda et recuperanda eadem pena custus, expensas vel missiones aliquas fecerit, illas sibi plene resarciemus et super hoc obligamus eidem omnia bona nostra. Damus etiam fideiussores, redditores et obsides supradictos, qui pro predictis custis, expensis et missionibus predicto dno Petro soluendis se obligauerunt sub eisdem modo et forma sub quibus se obligauerunt pro predictis confirmationibus optinendis et eidem dno Petro reddendis. Actum apud Morgiam, datum apud Sedunum, in capitulo nostro, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo, mense septembris. In quorum omnium perpetuum testimonium et munimen nos predicti episcopus et capitulum, item nos supradicti fideiussores in recognitionem consensus nostri adhibiti in obligationibus nostris supra contentis sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda.

L'acte dont Wurstemberger donne un extrait sous le N° 554 (l. c.) est le même que celui-ci ; c'est par erreur qu'il en fait deux.

670

L'évêque de Sion absout tous ceux qu'il avait excommuniés pendant la guerre contre Pierre de Savoie.

Sion, 1260, septembre.

Wurstemberger, IV, 288.

Henricus Dei gratia Sedun. ecclesie episcopus, etc. Nos, pro bono pacis et iustis de causis moti, omnes quos prius excommunicaveramus ob guerram motam inter Petrum de Sabaudia comitem et nos absoluimus et in ecclesie gremium restituimus, etc. A°. Dni MCCLX°. Mense septembris.

L'original de cet acte ne se retrouve pas; il n'en reste que l'extrait ci-dessus, reproduit d'après la chronique de Pingon.

671

Henri, Rodolphe et Jean de Straetlingen, sur l'ordre de Jean de Kien, promettent de secourir Pierre de Savoie, au sujet d'une terre située dans la vallée de Straetlingen et provenant de l'évêque de Sion.

Saint-Maurice d'Agaune, 1260, 17 septembre.

Wurtemberger, IV, 283. — Zoerleder, Urkunden, I, 387.

Nos Henricus et Rodolphus fratres dni de Stratelingen et Johannes filius dicti dni Henrici notum facimus vniuersis quod nos promittimus bona fide et ad sancta Dei evangelia iuramus illustri uiro dno Petro de Sabaudia, recipienti pro se et heredibus suis et assignatis suis, de speciali mandato Henrici de Quina domicelli, quod cum idem dnus Petrus terram quam memoratus Henricus habet in valle de Stratelingen et quam recuperaverat de manibus episcopi Sedun., nobis tradiderit pro exsolvendis quibusdam debitis in quibus idem Henricus tenetur tam nobis quam episcopo memorato, nos eundem dnum Petrum, heredes vel assignatos suos ad requisicionem eorum vel nunciorum suorum iuvabimus in omnibus guerris et in aliis de predicta terra, castris et hominibus ibidem contentis contra quascumque personas ecclesiasticas seu eciam seculares, preter duntaxat dnum regem Alemannie et preter Aymonem de Montagniaco, quantum probare posset esse de feodo suo in dicta terra die confectionis presentium litterarum, et hoc promittimus quamdiu predictam terram in manu nostra tenebimus. Ceterum quando de exitibus dicte terre satisfactum fuerit nobis et episcopo memorato, promittimus sub virtute prestiti iuramenti predicto dno Petro vel heredibus siue assignatis suis quod nos sibi predictam terram et castra reddemus et deliberabimus sine omni difficultate eidem vel baillivo siue qui pro tempore erit in Vaudo tenenda ab eo vel eius heredibus, do-

nec memoratus Henricus vel heredes sui satisdederint in manu sua de tenendis et observandis conuentionibus initis inter predictum dnum Petrum et eundem Henricum, prout heedem conuentiones in litteris inde confectis sigillo eiusdem Henrici sigillatis plenius continentur. Rursum promittimus et sub uirtute prestiti iuramenti eidem dno Petro solempniter stipulanti quadringentas marchas argenti nomine pene, si predicta non compleremus, sicut superius sunt expressa. Promittentes quod si in recuperandis vel exigendis predictis quadringentis marcharum argenti idem dnus Petrus vel sui custus vel missiones aliquas faceret, easdem sibi resarciemus et super eis stabimus simplici verbo suo. Rursus promittimus per iuramentum dicto dno Petro et suis quod si dicta terra deveniret ad manus dicti Henrici de Quina, dictum dnum Petrum et heredes siue assignatos suos iuvabimus in guerris faciendis et aliis contra dictum Henricum et heredes suos, si a conuentionibus initis inter ipsos et predictum dnum Petrum in aliquo resilirent; adiicientes quod tociens pena quadringentarum marcharum committatur, quociens contra predictas conuenciones in aliquo ueniremus, et nichilominus prima obligatione de iuuando in suo robore duratura. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum Agauni, die veneris ante festum beati Mathei apostoli, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo.

672

Henri, évêque de Sion, invite le prévôt et le chapitre de Lausanne d'acquitter à l'avenir à Pierre de Savoie les redevances payées jusqu'alors à lui-même.

1260, octobre.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 288. (Extrait.)

Henricus, Dei gratia episcopus Sedun., viris discretis preposito et capitulo Lausannensi salutem et dilectionem since-

ram. Cum nos permutaverimus illustri viro dno Petro de Sabaudia que habebamus a Morgia inferius pro hiis que idem habebat a Morgia superius, sicut in instrumento inde confecto plenius continetur, vobis mandamus et per nostras patentes litteras precipimus quatenus eidem dno Petro et eius heredibus seu assignatis suis imperpetuum sitis intendentes de hiis juribus et usagiis de quibus nobis et antecessoribus nostris hactenus respondistis. Datas mense octobris, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo. Vos enim litteris predictis absoluimus et quittamus. Datas ut supra.

673

Le pape Alexandre IV confirme l'échange fait entre l'évêque de Sion et Pierre de Savoie.

Anagni, 1260, 1er novembre.

Wurstemberger, IV, 292.

Alexandri, Pontificis maximi, bulla confirmatoria et approbatoria pacis et permutationis dominiorum inter Henricum episcopum Sedun. et Petrum de Sabaudia. Datum Ananie, kl. novembris, anno pontificatus Alexándri Pape VII°.

L'original de cette bulle est perdu ; il n'en reste plus que l'extrait ci-dessus conservé dans la Chronique de Pingon.

C'est par erreur que Wurstemberger a placé cette bulle sous l'année 1261 ; les notes chronologiques correspondent au 1er novembre 1260. Le pape Alexandre IV est mort le 25 mai 1261.

674

Pierre de La Tour, donzel de Granges, vend un héritage à Bérengier Décimator.

Granges, 1260, 18 décembre.

Archives de la ville de Sion, Copia litterarum de Lens, fol. IIIIxx.

Ego Petrus de Turre domicellus de Granges, laudatione

Vullielmete vxoris mee et Petri filii mei et Johannis filii Berengerii Decimatoris de inferiori Chermignon et Auete vxoris sue, vendidi pro LXX sol. Berengier Decimatori de inferiori Chermignon talem hereditatem qualem Agnes filia quondam Geneuani de Granges dedit nobis, quam hereditatem habebat ex parte Johannis Sapientis patris sui, excepta domo de Granges. Actum apud Granges, anno Dni M.CC.LX, II idus decembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

675

Donation faite par Bérenger Décimator à ses fils Pierre et Ulric.

Granges, 1260, 12 décembre.

Archives de la ville de Sion, Copia litterarum de Lens, fol. XXXV.

Notum, etc., quod ego Berengerius Decimator de inferiori Chirmignon, laudacione Johannis filii mei et Auete vxoris sue, filie quondam Geneue de Granges, dedi et concessi Petro et Vldrico filiis meis et heredibus eorum clausum deis Auans, iacentem apud Cristas, et vnum frustum prati in clauso nouo, facturis dicto Johanni filio meo et heredibus suis VI den. seruicii et XII placiti et talliam ad filiam dni maritandam uel ad nouam miliciam uel etiam prisionem. Inde rogaui cartam fieri, etc. Actum apud Granges, anno Dni M°CC°LX°, II idus decembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

676

Vente faite par Pierre Montaner à Aymon de Venthône, doyen de Sion.

Valère, 1261, 17 janvier.

Archives de Valère, Cartulaire du XIII° siècle, fol. VI et VII.

Notum, etc., quod ego Petrus filius quondam Montaner de

Uentona, laudatione Willermete uxoris mee et Bertoldi, Willermi et Johannis fratrum meorum, uendidi et finaui pro XIII lb. iam michi solutis Aymoni de Uentona decano Sedun., auunculo meo, XX sol. censuales annuatim in festo sancti Nicolai persoluendos, quos michi debebat Willermus filius Johannis de Randoigni dicti iunioris de terra quam a me habebat in feodum, quam idem Willermus recognouit talem esse, videlicet en Coueiton unum sectorium prati supra canalem, quod habet consortes tales: ab occidente Manegoldum, a septemtrione Johannem de Champez, a meridie infantes Petri Dalba et ipsum Willermum, ab oriente uiam publicam; in Chammaroit unum iuger campi, quod habet consortes tales: a meridie Willermum de Alba, ab occidente Vidricum lo Mabilon, ab oriente lo Brunersent, a septemtrione dnum Petrum de Uentona, militem; in prato de Loez vnum sectorium quod habet consortes tales: a meridie et septemtrione Bosonem dol Cartinal, ab oriente infantes Petri Dalba, ab occidente ipsum decanum de Uentona; et medietatem prati Dalamanz cum usagiis, quod colit Johannes de Champez, et habet consortes tales: ab oriente Johannem dol Fossal, a meridie et septemtrione les Alamanz, ab occidente uiam publicam; et medietatem prati cum usagiis quod colit Petrus Anselmi et habet consortes tales: ab oriente uiam prati Dalamanz, a septemtrione ipsum Petrum Anselmi, a meridie Bosonem de Vercorens, ab occidente Johannem dol Marech; et medietatem vnius sectorii prati es Cheneueres, quod colit li Montaners dol Marech et habet consortes tales: ab occidente Willermum de Curia, ab oriente Aymonem Nanczon, a meridie Anthonium dou Curtinal, a septemtrione uiam publicam des Cheneueres; et medietatem duarum fossaratarum uinee, de quibus colit unam presbiter de Grimisolio et aliam Willencus de Aniuesio, et iacent en Uaioil et habent consortes tales: ab oriente et occidente Vidricum Martini et Johannem Uualant, a septemtrione Ay-

monem de Furno, a meridie Johannem de Randoigny, qui colit IIII^{or} fossoratas vinee de quibus medietas est de eodem feodo; et medietatem duarum fossoratarum uinee in clauso de la Mura, quarum colit unam Aymo de Furno, aliam Agnes et Nicoleta filie Andree Fraschart et habent consortes tales: ab oriente Johannem Walant, a meridie sacerdotem de Grimisolio, a septemtrione uiam de Ayent, ab occidente unum iuger campi quod est totum de eodem feodo; et duo iugera campi que colit idem Willermus de Randogni iuxta grangiam Vldrici lo Mabillon, et IIII^{or} den. seruicii supra quamdam uineam sitam sub castro de Ayent, quam colit Willermus li Uuarda de Boteres. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Rodulphus de Nares sacerdos, Rodulphus de Leuca, Conradus, canonici Sedun., Willermus de Sirro ciuis Sedun., Willermus de Leuca et Normandus cantor et cancellarius qui hanc cartam leuauit, uice cuius ego Jacobus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Valerie, in porticu dicti decani, anno Dni M°CC°LXI°, XVI° kl. februarii, imperio uacante, Henrico episcopante.

677

Guillaume, fils de Jean major de Vernamiège, vend un champ à Anselme dit Clerc de Mage.

Sion, 1261, 21 janvier.

Archives de Valère.

* Ego Willermus filius quondam Johannis maioris de Uernamiesi, laudatione Willerme uxoris mee, uendidi pro XII lb. Anselmo de Magi dicto Clerico campum meum cum grangia, situm sub uilla de Uernamiesi, qui vocatur campus des Oches, facturo nomine usagii dicti campi erga heredes quondam dni

Petri de Oulons, a quo dictus campus habetur in feodum, II den. seruicii et pro IIII placiti. Testes Benedictus capellanus de Leuca, etc. Datum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXI°, XII kl. februarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

678

Girold de Torrenté donne une vigne en fief aux frères de Paschua.

Sion, 1261, 2 avril.

Archives de Valère.

' Giroldus de Torrente de Sancto Germano, laudatione Anthonie vxoris sue et Mariete dicte de Syrro matris sue, in feodum concedit pro VI fisc. frumenti annuatim et XIV den. seruicii Johanni de Paschua de Granuech et Benedicto, Bosoni et Martino fratribus dominium vinee subtus torcular dni episcopi, juxta vineam Willermi de Rarognia. Datum Seduni, anno Dni M°.CC°LXI°, IV nonas aprilis, imperio vacante, Henrico episcopante.

679

Echange entre Huéta et Benoît de la Chenaux.

Mage, 1261, 8 juin.

Archives de Valère.

' Hueta de Canale, laudatione Johannis filii sui, in cuncambium concedit, pro V modiis bladi pro ipsa solutis capitulo Sedun. et IV sol. acquisitionis et II sol. census et IV sectoriis prati et domo infra sita et III sezans fimi in alpe de Alpeta, Benedicto de Canale decimam quam habebat in parrochiis de

Uerto, de Contez et de Neynda et feudatarios qui de dicta decima tenebant. Willermus curatus de Magi cartam leuauit uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Datum apud Magi, anno Dni M°.CC°.LXI°, VI id. junii, imperio vacante, Henrico episcopante.

680

Conrad de Mœrel vend à Henri, évêque de Sion, tous ses droits sur ses hommes dans la contrée de Mœrel.

1261, 20 août.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Conradus de Morgi, laudatione Agnetis uxoris mee et Wuillelmi filii mei et eius vxoris, vendidi pro 105 lb. dno meo Henrico et ipsi ecclesie quidquid iuris et jurisdictionis habebam in contracta de Morgia in hominibus ibi nominatis. 1261, 13 kl. septembris.

681

Comme Girold de la Tour, chevalier, avait négligé de prêter hommage à l'évêque de Sion pour la majorie, il proteste que ce fait ne pourra pas nuire aux droits de l'évêque et s'engage à prêter l'hommage.

1262, 4 mars.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II, ex originali in castro. — Arch. de la famille de Torrenté,
Liber instrumentorum de Seduno, Bramosio, etc., fol. 1 et 179.

Noverint uniuersi presentes litteras inspecturi quod ego Giroldus de Turre, miles, sciens, prudens et spontaneus confiteor et recognosco dno Henrico episcopo Sedun. et in per-

sona ipsius ecclesie Sedun. quod de maioria Sedun. et de domo de Turre cum suis appendentiis debetur ecclesie supradicte, tanquam de feodo suo totaliter existentibus, ligium homagium et placitum LXI lb. Maur. scilicet ecclesie L. lb. et casalibus terre XI lb., et insuper seruitium hominis ligii maioris et proprii familiaris. Et cum dictum homagium non fecerim, nec investituram, nec donum aliquod de dicto feodo recepi vel habeo ab eodem dno episcopo vel ecclesia superius nominatis, sed concedo et ad indempnitatem eiusdem ecclesie protestor quod per dicti dni episcopi vel successorum ipsius patientiam, tollerantiam vel suffertam mihi et heredibus meis factam vel faciendam circa res feodi prelibati sepefato dno episcopo vel eius successoribus aut ecclesie Sedun. nullum aliquo tempore preiudicium generetur, renuntio siquidem omni juri consuetudinario sive scripto et quibuslibet aliis adminiculis que mihi vel heredibus meis suffragari possent super hiis quibuscunque, sed libere possit idem dnus episcopus vel eius successores aut ecclesia Sedun., quandocunque sibi placuerit, datos sibi redditores et obsides a me de faciendis usagiis dicti feodi ad observandum et tenendum apud Sedunum obstagium invitare et in obstagium firmiter tenere, quousque plene fuerint homagium et usagia memorata feodi sibi facta. Licet autem donum feodi nondum, ut dictum est, habuerim, tamen si processu temporis placitum eveniret vel accideret, idem ego vel heredes mei nihilominus solvere teneamur. Dedi siquidem redditores et obsides, ut dictum est, de dictis usagiis faciendis dnos Jocolinum vicednum, Henricum Album, Nantelmum de Ayent, Walterum de Vespia, Petrum de Ventona, Petrum de Ayent, Johannem Huboldi, milites, Godofredum de Blandrato comitem, Willelmum de Ventona, Uldricum Rodier, Aymonem de Chatillon, domicellos, Aymonem de Herdes, Martinum Tavernier, Petrum Jaculatorem, Martinum de Valleria, cives Sedun. et etiam me ipsum. In quorum robur et testimo-

nium sigillum meum cum sigillis quorumdam de dictis obsidibus duxi presentibus litteris apponendum. Datum anno Dni M°.CC°LXII°, IV nonas marcii.

682

Le chapitre de Sion cède à l'évêque Henri le tiers de la grande dîme de Chamoson et les deux tiers de celle de Riddes pour 17 muids de blé de cens annuel.

Sion, 1262, 10 mars.

Archives de Valère.

Nos Rodulphus miseracione diuina Tharent. archiepiscopus notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum nos essemus Seduni causa visitandi tam in capite quam in menbris, Henricus Dei gratia episcopus Sedunensis, noster suffraganeus, atque capitulum eiusdem loci in nostra presentia constituti, ad requisicionem dicti episcopi et pro utilitate sua euidenti, dictum capitulum unanimiter titulo permutacionis concessit et concordando tradidit prenominato episcopo terciam partem magne decime de Chamoson et duas partes decime de Rida, pro valore XVII modiorum bladi, de quibus dictus episcopus tenuit se pro pagato, et confessus fuit coram nobis quod dicte decime tantum ualebant annuatim. Ipse vero episcopus assignauit prefato capitulo pro recompensacione predicti bladi XVII modios apud Uarnamiesi et apud Leucham annuatim percipiendos, ita tamen quod bladum quod apud Uarnamiesi comode recuperari non posset a dicto capitulo, apud Leucam persolueretur eidem, dicta permutacione durante ad uitam magistri Rodulphi de Uiuiaco, cui prefatus episcopus dictum bladum decime de Chamoson et de Rida contulit in personali beneficio quoad uixerit possidendum, ipso morte decedente uel cedente iuri suo dicte decime cum suis

apertinenciis et melioramentis libere et absolute redeant ad capitulum supradictum. Bladum uero de Warnamisi et de Leuca ad dnum episcopum supradictum similiter redeat pleno iure. Dnus autem episcopus renuncians, etc., promittens, etc. Nos uero archiepiscopus predictus, dictam permutacionem gratam et ratam habentes, ad instanciam utriusque partis ipsam ex certa sciencia duximus confirmandam. In cuius rei testimonium et ut omnia supradicta et singula rata et firma a partibus habeantur in futurum, presentem litteram unacum sigillo dicti episcopi sigillo nostro duximus sigillandam. Datum Seduni, anno Dni M°.CC°LXII°, VI° idus marcii.

Il ne reste que le sceau de l'évêque de Sion : évêque debout, crossé, mitré, bénissant, S HENRICI DI GR... EPI SEDVNENS.

683

Henri, évêque de Sion, promet d'indemniser le chapitre de Sion de tout dommage qui pourrait résulter pour ce dernier de la donation faite à maître Rodolphe de Vevey.

1262, 12 mars.

Archives de Valère.

Henricus Dei gracia Sedun. episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis eternam in Dno salutem. Noueritis quod nos promisimus et promittimus bona fide, nomine nostro et successorum nostrorum, solempni stipulacione et in uerbo ueritatis capitulo Sedun. ipsum capitulum seruare indempne ab omni obligacione seu donacione ex parte nostra facta magistro Rad. de Uiniaco, prout in suo instrumento plenius continetur, et ipsum capitulum relenare ab omni dampno, interesse et expensis que uel quas faceret uel sustineret pro dicta obligacione. Promittentes nichilominus eidem capitulo, nomine

nostro, ecclesie nostre et successorum nostrorum, sub ypotheca bonorum ecclesie et nostrorum spectantium ad nos uel ad mensam episcopalem, dictum capitulum ex toto in omnibus supradictis seruare indempne. Confitentes nichilominus ex certa sciencia et spontanea uoluntate quod tenemur eidem capitulo ex causa permutacionis in XVII modiis bladi, secundum quod in instrumento super hoc confecto plenius continetur, reddendis eidem capitulo annuatim ad mensuram Sedun. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Dni M°.CC°.LXII°, IIII° idus marcii.

Sceau ovale : évêque debout, crossé, mitré, bénissant, †S HENRICI DI GRA EPI SEDVNENSI.

684

Statuts du chapitre de Sion.

Sion, 1262, 20 mars.

Archives de Valère, G. 18, copie du XVI° siècle.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Radulphus miseratione diuina sancte Tharentesiensis ecclesie archiepiscopus licet indignus salutem mentis et corporis in Dno sempiternam. Inter eximia caritatis opera primum est errantes ab erroris semita reuocare et ad uiam dirigere salutis; hinc est quod cum per clamosam fide dignorum insinuationem nostris insonuerit auribus, fama quoque publica diuulgauerit plures (tam) canonicos quam sacerdotes et clericos ciuitatis et diocesis Sedun. ab honestatis recto tramite declinare, propter quam declinationem duas ecclesias Sedun. que dicuntur esse cathedrales pati contingit tam in spiritualibus quam in temporalibus non modicum detrimentum, nos quibus incombit ex offi-

cio pastorali prana in directa conuertere, eciam ad requisitionem venerabilis fratris nostri Henrici episcopi Sedun., causa visitationis et reformationis ad ecclesiam accessimus prelibatam, statuentes et corrigentes, solum Deum pre oculis habentes, que presenti serie subnotantur : Statuimus igitur in primis firmiter et precipimus vt quelibet dictarum maiorum ecclesiarum habeat pro sacerdote quatuor indumenta sufficientia dyacono et subdyacono, tria missalia, tres calices argenteos, vasa vinaria et aquatiqua quibus sufficienter possit tribus altaribus ministrari, duo quoque turribula et quattuor candelabra cuprea vel argentea, cruces singulas super altaria singula, quatuor capas sericeas pro cantoribus, duo paramenta altarium, mitram vnam in qualibet ecclesia cum baculo pastorali. Item campane fracte que sunt in inferiori ecclesia, omni occasione postposita, et tectum quod est super reliquias restaurentur et heedem reliquie decencius et honorificentius conseruentur. Et hec omnia de communibus bonis capituli fiant infra annum per mistralem dicti capituli Sedun. Item expensis eisdem omnibus fiat liber processionarius in ecclesia inferiori infra biennium per mistralem superius nominatum. Vt autem Sedun. ecclesia ornamentis prelibatis indesinenter in posterum et sufficienter habundet, statuimus et precipimus de prefatorum episcopi et capituli expresso consensu, vt quicunque pro tempore fuerit electus in episcopum et confirmatus in ecclesia Sedun. infra annum a sue confirmationis tempore in qualibet dictarum ecclesiarum cathedralium Sedun. ornamenta vnius decentis capelle de suo facere teneatur; decani de Valeria et de Venthona pro tempore. . . . . sex lb. Maur., cantor centum solidorum, sacrista quatuor lb., canonici qui prebendas habent et canonias LX sol., qui prebendas sine canoniis XL sol., qui canonias sine prebendis XX sol., infra annum, postquam personatus predictos seu prebendas et canonias fuerint assequuti, supradictis ecclesiis tribuere

teneantur. Quod si non fecerint... lapsu anni a perceptione prebende ceterorumque prouentuum, quousque plenarie satisfecerint, sint suspensi. Episcopus vero, persone et omnes canonici qui modo sunt in ecclesia Sedun. tantumdem pro joellis seu.... quantum proximo superius de creandis episcopo, personis vel canonicis est expressum, infra annum ab Ascensione dnica incohandum sub eadem (pena) prelibatis ecclesiis persoluere teneantur, hiis tamen exceptis qui ante mandatum nostrum pretaxati valoris . . . . . retroactis temporibus persoluerunt. Item ne forum fiat in cimiterio sub interminatione anathematis inhibemus. Item statuimus et precipimus quod sere in claustro fiant et firmetur certis horis, ne ibi aliquod inhonestum valeat perpetrari. Item cum episcopi et canonici speculum esse debeant tocius honestatis plebi Dni et exemplum, statuimus et statuendo precipimus vt tam dictus episcopus quam canonici, sacerdotes quoque ac inferioris gradus clerici vniuersi intra et extra ecclesias decenter se habeant et honeste. Item statuimus et ordinamus quod canonici et dictarum ecclesiarum clerici vniuersi ad horas canonicas veniant secundum consuetudinem in bene institutis ecclesiis approbatam, induti superpeliciis et capis, a festo Omnium Sanctorum vsque ad Pascha, a Paschate vero vsque ad predictum festum superpeliciis dum diuinis intersunt officiis celebrandis. Extra vero ecclesiam clausum et honestum habitum deferant, maxime personatus habentes, sacerdotes et ceteri incurati. Item statuimus et precipimus vt tres canonici de hiis qui consueuerunt superiori ecclesie deseruire, ad inferioris ecclesie seruicium per dnum episcopum deputentur. Et quoniam vtriusque ecclesie canonici venire dicantur ad diuinum officium negligenter, volumus et in virtute diuine obediencie sub pena excommunicacionis precipimus vt ebdomadarius ortetur sollicite, moneat et inducat canonicos, vicarios et alios seruitores vt ad matutinum, missam, vesperas, veniant diligenter, alioquin

quotiens in ebdomada ter in matutinis, missa vel vesperis defuerint, seu per totam diem naturalem nulli hore canonice interfuerint, totiens vnius anniuersarii proximo per ordinem subsequentis debita sibi portione priuentur. Quod si distributor contra huiusmodi inhibitionem nostram alicui talium portionem talem tunc vel alias tradiderit, ipso facto tam distributor quam recipiens ab ingressu ecclesie sunt suspensi. Si vero per totam ebdomadam missam magnam, matutinum vel vesperas aliquis de predictis omitteret, nisi pro rationabili causa detentus, tribus subsequentibus anniuersariis portione sibi debita sit priuatus. Portiones enim predicte absentibus sic substracte inter presentes canonicos diuidantur. Eidem pene subiaceat qui sine licencia decani de Valleria seu decani de Venthona[1], cum alius absens fuerit, extra muros Vallerie, in ciuitate vel suburbio pernoctabit. Item sub excommunicationis pena precipimus ne aliquis canonicus aut capellanus vel clericus in domo propria mulierem teneat in ciuitate et dyocesi Sedun., preter illas que conceduntur a jure in Valleria, nec hec nec alie teneantur et in omnibus et per omnia scandallum euitetur. Item virtute obediencie precipimus vt omnes qui in Valleria residentiam tenentur facere, domos proprias si habent uel alias commodatas seu conductas, citra festum Omnium Sanctorum proxime venturum ita preparent ibidem victualia congregando vt et tunc, omni occasione semota, ibi residentiam faciant corporalem, alioquin ex tunc quamdiu absentes fuerint, nisi ex justa causa, prebendis et anniuersariorum distributionibus et omnibus prouentibus sint priuati. Item cum ex statuto nostri prouincialis Tharentasiensis consilii omnes curati et canonici, tam seculares quam regulares, et omnes in sacris ordinibus constituti concubinas vel alienas vxores publice tenentes vel eis de bonis ecclesie expensas publice

[1] Il s'agit ici du doyen dit de Sion qui était alors Aymon de Venthône.

ministrantes, nisi statim a tempore scientie predictas mulieres abiecerint et a predictis cessauerint, ab octauo die in antea sint excommunicationis vinculo inodati, statuimus et districte precipimus vt quicunque talium ultra mensem vnum per diem sic contumaciter excommunicationem sustinuerit, omni ecclesiastico sit priuatus. Item cum quilibet vtilitati proprie intendat diligentius quam communi, jusque proprium conseruet, augeat et deffendat, et quod communiter possidetur fere ab omnibus negligatur, de consensu dicti episcopi maiorisque partis capituli statuimus et ordinamus vt omnes prebende fideliter et equaliter per episcopum vel eius vicarium et tres de discretioribus canonicis Sedun. ante proximas kallendas augusti diuidantur, ita tamen quod de dictis prebendis tam pinguis portio reseruetur indiuisa vt de illa in anniuersariis fiat cotidiana distributio competenter, ita uidelicet quod hi qui anniuersaria contribuunt debitis et consuetis suffragiis non fraudentur. Item cum propter deffectum sacerdotii tam in canonicis simplicibus quam personis ecclesia de Valeria sepe inofficiata remaneat in horis canonicis et in missis, statuimus et precipimus vt cantor, cum ipse in officio sacerdotali alias officiare ecclesiam teneatur, ad ordinem presbiteratus promoueatur. Item statuimus quod tres sint deinceps sacerdotales prebende in ecclesia Vallerie, quarum cuilibet canonia sit agnexa, ita ut quicunque ipsam prebendam cum canonia pro tempore obtinuerit, sit sacerdos ; quarum prebenda est prima dni Nycolai de Grimisorio, due alie prebende cum canoniis que pinguiores existunt per ipsum episcopum assignentur, ita videlicet quod canonie in futuro a supradictis prebendis minime diuidantur, immo dictis prebendis agnexe permaneant imperpetuum pacifice et quiete, et supradicti qui nunc tenent ipsas prebendas vnacum cantore promoueantur in sacerdotium infra annum, alioquin ex tunc suis canoniis ipso facto penitus sint priuati, quas deputamus aliis canonicis con-

ferendas qui immediate velint et valeant in sacerdotes promoueri, uel fuerint jam promoti. Alios nichilominus canonicos aptos ad sacerdotium promoueri per substractionem beneficiorum vel penam quam magis esse viderit metuendam, dictus compellat episcopus Sedun., quod melius viderit expedire, ne dicte ecclesie propter defectum sacerdotum seu dyaconorum aut subdyaconorum nunc et in posterum inofficiate permaneant. Statuimus et precipimus ut quotienscumque in maioribus altaribus missam deesse contigerit, quilibet canonicus personatum habens tunc agens ebdomadam sacerdot(alem) quinque sol. Maur., alii vero canonici non sacerdotes, dyaconi et subdyaconi ebdomadarii quorum deffectu missa remanserit celebranda, quilibet tres sol. Maur. infra octo dies sacriste Sedun. persoluere teneantur in ornamentis dictarum ecclesiarum communiter conuertendos. Quod si forte a die quo deffectus misse contingerit vltra mensem dictam solutionem dutulerit, ex tunc ab ingressu ecclesie ipso facto nouerit se suspensum. Et statuimus et firmiter precipimus vt sacerdotes, canonici et clerici vniuersi a tabernis, ludis abstineant plateurum, cultellos acutos nullatenus deferentes ; quod si moniti a decano Sedunensi qui pro tempore fuerit, noluerint abstinere, canonici pro qualibet vice qua tabernam intrauerint, vel in ciuitate Sedun. luserint in plateis, seu cultellos acutos detulerint, vna portione sibi contingente in proximis distribuendis anniuersariis sint priuati, alii vero ad arbitrium decani Sedun. culpe meritis puniantur. Servitores vero qui de consuetudine vel ratione altarium sibi ab episcopo vel capitulo quibuscumque personis aliis concessorum, tam in ecclesia beate Marie quam in ecclesia sancti Theodoli percipiunt beneficia, seruire continue predicte ecclesie beate Marie teneantur, et ad istud idem teneatur eiusdem ecclesie incuratus ; quod nisi fecerint competenti monitione premissa per decanos et capitulum suis priuentur beneficiis et aliis ydoneis conferantur.

Item statuimus et districte precipimus vt supradicte constitutiones nostre singulis mensibus in capitulo in kalenda cuiuslibet mensis publice legantur, ne per ignoranciam se de predictis valeat aliquis excusare. Omnes autem constitutiones supradictas volumus et precipimus in virtute obediencie ab omnibus inuiolabiliter obseruari, dicto episcopo specialiter in mandatis vt auctoritate nostra et sua transgressores predictarum constitutionum vel alicuius ipsarum per substractionem beneficiorum suorum canonice puniat, prout ipsorum exigerint merita et judicium dictauerit equitatis. Si uero in aliquo predictorum nostrorum transgressor extiterit, seu statutis penas pretermittendo duxerit negligendas, si vltra duos menses in tali perdurauerit contumacia, auctoritate nostra nouerit se suspensum. Datum apud Sedunum, in capitulo, decimo tercio kl. mensis aprilis, anno Dni M°CC°LX° secundo, presentibus Jacobo abbate Stamedei, Jocermo et Guillelmo eiusdem monachis, fratre Stephano Belligardisi, fratre Johanne de Narres de ordine Predicatorum, fratre Petro de Moras, fratre Petro de Anniuisio de ordine fratrum Minorum, Petro de Crista Tharantasiensi canonico, Jacobo curato ecclesie Belleville Tharantasiensis dyocesis, testibus ad hec specialiter conuocatis. Et ad maiorem rei certitudinem nos dictus archiepiscopus sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

685

Donations faites aux églises de Viége et de Visperterminen par Marguerite Bécha, fille d'Arnold, chevalier d'Ernen.

Viége, 1262, 13 mai.

Archives de Valère, Cartul. eccl. de Vespia, pag. 84, N° LXV.

* Margareta dicta Becha, filia Arnoldi militis de Aragnon,

laudatione Johannis maritis sui, dat post decessum suum pro remedio anime sue ecclesie de Vespia tres sol. seruicii et ecclesie de Terminon duodecim den. seruicii ad luminare et capellanis ecclesie de Vespia qui interfuerint suo anniuersario, duodecim den. seruicii. Testes fr. Petrus, Michael et Willermus capellani, Willermus domicellus et Petrus capellanus, qui cartam leuauit, vice Normandi cantoris. Datum Vespie, anno Dni M°.CC°.LXII°, III idus maii, Heinrico episcopante.

686

Rodolphe, comte de Genevois, reconnaît tenir en fief de Boniface de Savoie le péage de Saint-Maurice.

1262, 9 septembre.

Wurstemberger, IV, 297. (Extrait.)

Recognitio Rodulphi comitis Gebennensis erga illustrem virum dnum nostrum reverendissimum Bonifacium Qm (sic) filium felicis recordationis A. comitis Sabaudiæ et marchionis in Ytalia, de pedagio S. Mauricii in Chablasio, etc. In crastino Nativitatis B. Virginis, anno Dni M.CC.LX. secundo.

687

Hugues Vichard, au nom de Pierre de Savoie, appelle d'un monitoire de l'évêque de Sion au siège métropolitain de Tarentaise.

Sion, 1262, 8 octobre.

Archives d'état, à Turin.

Nos Humbertus officialis curie Gebennensis, frater Petrus sacrista, frater Jacobus cantor et frater Mauricius, canonici

ecclesie Sancti Mauricii Agaunensis, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, octavo idus octobris, Hugo Vichardi de Sancto Mauricio clericus, deferens litteras procuratorias illustris viri dni Petri de Sabaudia non viciatas, non abolitas, non cancellatas, sigillatas sigillo curie dicti dni Petri caracteribus et litteris ipsius sigillo patentibus et legibilibus manifeste, quarum litterarum procuratoriarum tenor talis est : Nos Petrus de Sabaudia notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos Hugonem Vichardi de Sancto Mauricio clericum, exibitorem presencium, nostrum constituimus procuratorem ad appellandum a venerabili patre episcopo Sedun. ad sedem Tharentasiensem, metropolitanam dicti episcopi, dantes eidem plenam et liberam potestatem et speciale mandatum pro nobis et pro nostris appellandi a monitionibus, comminationibus et aliis gravaminibus illatis et inferendis nobis et nostris ab episcopo nominato et suis, causas vel causam appellationis exprimendi in scriptis, apostolos petendi et omnia alia faciendi que ad dictam appellationem viderit expedire, ratum et gratum habituri quicquid per dictum Hugonem procuratorem nostrum predictum quo ad appellationem predictam actum fuerit seu etiam procuratum. In cuius rei testimonium et munimen sigillum curie nostre presentibus litteris apponi fecimus. Datum et actum anno ab incarnatione Dni millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense septembris, cumparuit Seduni in ecclesia maiore coram venerabili patre episcopo Sedun. et in eius audiencia appellavit in hec verba: Cum vos, venerabilis pater episcopus Sedun., vocata synodo publice et perhemptorie in ipsa synodo monueritis, sicut fertur, illustrem virum dnum Petrum de Sabaudia, ballivos, castellanos, fautores et coadiutores suos quod Insulam rotundam, nemora de Brignon et quedam pascua in montibus et in planis quibusdam, quedam etiam alia a

Morgia inferius, quorum aliqua ad eundem dnum Petrum pertinent iure hereditario ab antiquo, alia vero sibi obvenerunt ex permutatione dudum inter vos et eum ad invicem celebrata, quequc idem dnus Petrus ab eo tempore citra bona fide et titulo predicto inconcusse possedit, vobis et hominibus vestris in pace dimittant et eisdem vos et vestros uti permittant, et ecclesiarum rectoribus per Sedun. dyocesim constitutis et ceteris universis ad quos monitionis vestre predicte littere pervenerint, quod dictam monitionem sex diebus dominicis vel festivis continuis publice in ecclesiis suis denuntient, dederitis in mandatis, addicientes, ut dicitur, quod nisi idem dnus Petrus monitioni predicte pareret, mandatum vestrum secundum super hoc dirigendum iidem ecclesiarum rectores integraliter exequerentur, et nedum res proprias possidens, immo nec etiam possidens alienas, nisi intentionem suam probanti eas restituere minime sit cogendus, vosque contra canonicas et legitimas santiones in causa propria vobis dicere ius velitis, vos, inquam, quem ex iustissimis causis idem dnus Petrus habet suspectum, adeo quod si ab alio coram vobis conveniretur, cum res periculosa sit et eventus tristissimi plena coram suspecto iudice litigare, vestram posset audienciam merito recusare tanquam illius quem reputat inimicum propter multiplices iniurias et multiplicia dampna a vobis et vestris sibi suisque illata, videlicet in vulneratione et spoliatione Jacobeti de Sacbracario, hominis servientis et familiaris dicti dni Petri, quem vestri familiares et domestici, vobis ratum habentibus, in contumeliam dicti dni Petri, in nundinis Sedunensibus atrociter vulneraverunt ac ense et cultello suo spoliaverunt eundem, item in captione et verberatione Silvestri burgensis Sancti Mauricii, hominis ligii eiusdem dni Petri, quem quidam de vestris familiaribus et domesticis iniuste ceperunt nundinas in eisdem et tanquam furem ligatum corrigia iusta collum per civitatem Sedun. duxerunt ipsum crudeliter verberantes,

item in spolatione nobilium de Martigniaco, hominum ligiorum sepedicti dni Petri, quos bannis ad eos ex garda nundinarum Sedun. spectantibus indebite spoliastis, que garda iure hereditario ad eosdem nobiles dignoscitur pertinere et in cuius garde quia possessione pacifica a tempore a quo non estat memoria hactenus estiterunt, et quia etiam nunc de novo personam dicti dni Petri in Romana curia contra veritatem et iusticiam diffamastis et contra eum tacita veritate et suggesta falsitate litteras apostolicas dicimini impetrasse, ideo ego Hugo Vichardi de Sancto Mauricio clericus, procurator predicti dni Petri, ex causis predictis timens ne contra eundem dnum Petrum et suos aliquid minus iuste, minus legitime attemptetis, ut super futuris periculis sibi et suis plenius sit consultum, ad sedem Tharentasiensem metropolitanam vestram vice et nomine predicti dni Petri in scriptis appello, personam, res et terram eiusdem dni Petri, personas ballivorum, castellanorum, fautorum et coadiutorum suorum cum rebus et terris ipsorum eiusdem sedis protectioni supponens, et cum instancia peto super appellatione predicta apostolos mihi dari, qui si fuerint denegati, iterum ex illa causa in scriptis appello; causas vero supradictas et expressas vel alteram de predictis quam ad appellationem legitimam sufficere videatur, me offero legitime probaturum, vice et nomine quo supra, loco et tempore competenti, et ad hoc etiam invoco testimonium presencium, videlicet magistri Johannis medici, Falconis canonici Sedun. et Gulliermi de Augusta clerici, Humberti officialis curie Gebennensis, fratris Petri sacriste, fratris Jacobi cantoris et fratris Mauricii, canonicorum ecclesie Sancti Mauricii Agaunensis. Datum et actum Seduni, in ecclesia maiore, octavo ydus octobris, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo secundo. Litteras autem procuratorias et appellationem predictas legit et recitavit manifeste Hugo procurator predictus in presencia et audiencia episcopi

supradicti, nobis presentibus officiali et canonicis Agaun. supradictis, secundum quod superius in presenti pagina predicte procuratorie littere et appellationis plenius continetur. In cuius rei testimonium nos officialis predictus sigillum curie episcopi Gebenn. et nos canonici Agaun. predicti sigillum capituli Agaun. ecclesie supradicte, de consensu patris venerabilis abbatis et capituli ipsius ecclesie Agaun., apposuimus huic carte. Datum septimo ydus octobris, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo secundo.

La copie de cet acte conservée aux archives de Turin se trouve immédiatement à la suite d'un autre acte de septembre 1260, par lequel l'évêque et le chapitre de Sion s'engagent à faire ratifier par l'archevêque de Tarentaise le traité d'échange conclu avec Pierre de Savoie. (Voy. plus haut, N° 669.) Wurstemberger a vu cette copie des archives de Turin ; mais il ne paraît pas l'avoir lue en entier, car il n'a pas remarqué qu'il y avait là deux actes différents. Dans le tome IV de son *Peter der Zweite*, pag. 298, N° 580, il donne un extrait inexact du premier acte, auquel il attribue la date du second. Cet extrait doit donc être supprimé. Au reste il résume ce premier acte, sous le N° 555, avec sa véritable date.

688

Aymon de Châtillon, donzel, affranchit de toute dépendance Walner de Raboz, son homme lige.

1262, octobre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 628, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. XVI.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum Ay. de Chastellon domicellus, frater dni G(iroldi) de Turre, haberet Walnerum de Raboz hominem suum ligium, fratrem Johannis dicti Avoiz, quem posset sine dispendio sufficienti habergare, idem Aymo de consensu et voluntate Ysabelle sue uxoris, ad

cujus hereditatem idem Walnerus pertinebat, solum penitus ipsum Walnerum et heredes ejus reliquit sine aliqua retentione et werpuitione, quittans spontaneus et resignans omnem rationem, jurisdictionem, homagium, dominium, exactionem et omnia jura que habebat vel habere debebat in eodem Warnero et heredibus suis, pro XXX sol. Maur. eidem Aymoni integre persolutis. Qui Aymo voluit eidem et concessit sic ut idem Walnerus et heredes ejus quocumque vellent possent pergere libere et quiete, dans eis potestatem plenariam alium quemcumque maluerint dnum et voluntatem propriam deinceps faciendi. Promittens fideliter quod ipsum Walnerum vel heredes eius ubicumque esse voluerint, per se vel per alium nullatenus molestabit. Qui Ay. augmentauit feudum fratrum ipsius Walteri de parte hereditatis sue quam reliquit in recessu suo. Testes A. de Bacio incuratus, W. domicellus, Humbertus filius Audiz, W. dictus Follet et W. de Bex capellanus, qui hanc cartam levavit, vice Jacobi cantoris Agaun. Actum anno Dni M.CC.LX. secundo, mense octobris.

689

Les Frères Prêcheurs du couvent de Zurich jouissent seuls, à l'exclusion de ceux de Lausanne, du privilége de prêcher et d'entendre les confessions en Vallais.

(1254-1263.)

Archives du canton de Berne, Liber reddituum conventus Predicatorum, A° 1438, fol. 165 verso.

Reverendis in Christo patribus fratribus ordinis Predicatorum, judicibus terminorum in capitulo generali apud Mediolanum celebrando a diffinitoribus ejusdem capituli deputandis, frater Cuno de conventu fratrum ejusdem ordinis in

Argentina reverentiam et orationes et caritatem fraternam. Reverentie vestre presentibus innotescat, quod ego profiteor et protestor me fuisse in proximo preterito capitulo generali apud Mediolanum celebrato, et vallem quandam dictam Vallesiam, quam pro terminis usurpaverant sibi fratres Lausanenses contra justiciam et consuetudinem in prejudicium et injuriam conventus Thuricensis, cujus frater ego tunc fui, me obtinuisse rite et juste sine dolo et fraude, quod iidem termini adiudicati fuerunt conventui Thuricensi per magistrum ordinis fratrem Humbertum, licet prior Lausanensis tunc fuerit diffinitor capituli generalis, adversarius fratrum Thuricensium in hac parte. Igitur prefatus magister ordinis litteras suas misit domino episcopo Sedunensi, supplicans ei ut fratres Thuricenses in predicta valle sue diocesis permitteret predicare et fructum facere animarum, quia illi termini ad conventum Thuricensem pertinerent. Qui peticioni sue continuo acquiescens, litteras suas patentes et sigillatas dedit fratribus Thuricensis conventus cum auctoritate predicandi et confessiones ibi audiendi et alia faciendi ad fructum pertinencia animarum. Insuper clericis predicte vallis mandavit, ut cum fratres Thuricenses ad predicandum populo et confessiones audiendum ad ipsos contingeret pervenire, benigne reciperent et caritative in Domino pertractarent. Qua gratia et justicia et ipse et plures alii fratres Thuricenses postea usi sumus in eisdem terminis. Et constat hominibus in eadem valle, quod iidem termini ab antiquo multis annis, ymmo ab inicio ordinis ad conventum Thuricensem pertinebant. Hujus veritatis ego testis sum. Et quia sigillum proprium non habeo, sigillo prioris mei contentus sum in hac parte.

Humbert de Romans fut général (magister generalis) de l'ordre des Dominicains ou Frères-Prêcheurs de 1254 à 1263 ; c'est donc entre ces deux dates que doit être placée la décision mentionnée dans la présente déclaration.

690

Emprunt fait par Henri et Warner de Kien et la commune de Frutigen pour acquitter une somme de 140 mares d'argent dus à l'évêque de Sion.

1262 (1263), commencement de mars.

Archives de Valère.

Nouerint vniuersi presentium inspectores vel auditores quod nos Henricus et Warnerus fratres de Chiena et vniuersitas ac communitas hominum vallis de Frutingen centum et XL[a] marcas argenti quas dnus Rodulfus de Stretlingen nomine nostro debuit episcopo Sedunensi, mutuo accepimus a Josep Alieberman, a Michele et Aiolino[1] Judeis in Berno per me dictum Henricum et per dnum Petrum et per filium dni Nicolai Nicolaum et per Buoler et per Petrum scribam ad unum nummum pro ducentis marcis duodecim minus ; de quibus in nativitate sancti Johannis Baptiste proxima centum marcas duabus minus, et in nativita Dni proxima nonaginta dictis Judeis et eorum heredibus solvere teneremur. Super quibus presentibus profitemur et obligamus nos dno Rodolfo de Stretlingen, dno Henrico fratri suo, Johanni, Rodolfo et Henrico filiis dicti dni Henrici, dno Vlrico de Wippingen, qui pro dicta pecunia sunt debitores et fideiussores et obsides, dno Valthero quoque de Wediswile, dno Cononi fratri suo, dno Nicolao de Munsingen, dno Gerardo de Rumilingen, dno Henrico de Eindlisperc, Borcardo de Belperc, Rodolfo de Rumilingen, Henrico de Loffinberc, Petro Lircun, Borcardo de Tentinberc, Rodolfo Wendischaz, Wernero Schelin, Henrico Bochsilman et Borcardo notario Bernensi ; qui tantum iusti sunt obsides in hoc facto pro nobis cum supra dictis obligati, quod nos ipsos pro

[1] Il faut probablement lire : a Josep, a Lieberman, a Michele et a Jolino.

dicta pecunia ad dictos terminos et pro damnis, si que elapsis dictis terminis accreverint, in omnibus et per omnia indempnes reddere debemus, prout sunt obligati pro nobis super eodem eis debitores et fidejussores legitimi indifferenter et communiter existentes. In horum omnium robur et sufficiens testimonium nostris sigillis dictis obsidibus et dictis Judeis presentem dedimus litteram sigillatam et roboratam sine dolo et fraude nunc excogitatis vel etiam excogitandis. Actum et datum anno Dni MCC°LX° secundo, intrante martio, indictione sexta.

Sceaux de Henri de Chiens et de la communauté de Frutigen.

Comme l'acte a été évidemment passé à Berne où l'on suivait le style de l'incarnation, il doit être réduit d'après ce style.

691

Pierre, vidomne d'Orsières, vend un fief à Lionette de Monthey.

1263, avril.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 710, ex arch. Agaun., Majus minut., fol. LVIII.

* Noverint universi quod P. vicedonnus de Orseriis, de consensu et voluntate Margarete conjugis sue, Marqueti, Jacobi et Hudrici filiorum suorum, vendidit Lionete quondam uxori Jo. majoris de Montez omne feudum quod idem Petrus tenebat ab eisdem, apud Ollonum. Testes: G. abbas Agaun., P. sacrista, etc. Actum anno Dni M.CC.LXIII, mense aprilis.

692

Rodolphe, comte de Genevois, reconnaît tenir le péage de Saint-Maurice en fief de Pierre, comte de Savoie.

Saint-Rambert, 1263, 19 août.

Mémoires et docum. de la société d'histoire de Genève, VII, 315.
— Wurstemberger, IV, 310.
(Extrait.)

D. Rodulphus comes Gebennensis facit fidelitatem et homagium ill. viro D. Petro comiti Sabaudie et recognoscit se tenere ab ipso dno comite pedagium S. Mauricii. Actum apud Sanctum Rambertum, die dominica XIIII° kl. mensis septembris, anno Dni M.CC.LX. tercio.

693

Echanges entre l'abbaye de Saint-Maurice et le prieuré de Lutry.

1263, août.

Archives de l'abbaye de Saint-Maurice, Livre de la Val d'Illiés, pag. 96.

Nos abbas et conuentus Sancti Mauricii Agaunensis et nos prior et conuentus Lustriacensis ecclesie notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod, cum res propinquiores videantur esse utiliores quam remotiores, nos attendentes magnam utilitatem ecclesiarum nostrarum, diligentiam quam potuimus adhibentes permutationem facimus quarumdam ecclesiarum nostrarum et quorumdam temporalium ad inuicem, ita quod spirituale pro spirituali et temporalia pro temporalibus contractus omnino separentur, ad inuicem donamus et concessimus, de consensu venerabilium patrum et ordinariorum Johannis Dei gratia Lausanensis episcopi et

Henrici eadem gratia episcopi Sedun., videlicet nos abbas et conventus Agaun. ecclesiam de Byoley[1] cum pertinentiis suis pure, vere et sine omni conditione tradimus, donamus uel quasi, ex causa dicte permutationis cedimus in perpetuum priori et conuentui de Lustriaco possidendam; nos autem prior et conuentus Lustriacensis pure, vere et sine omni conditione tradimus, donamus uel quasi, ex causa dicte permutationis cedimus, concedimus in perpetuum ecclesiam de Columberio cum capellis suis, scilicet de Tretorren et de Monthey, cum omnibus pertinentiis ecclesiarum, abbati et conuentui ecclesie Agaun. in perpetuum possidendas. Item nos abbas et conuentus Agaunensis concessimus et donamus permutationis titulo predictis priori et conuentui de Lustriaco quicquid habemus uel habere possumus aut debemus vel quasi nos uel alius nomine nostro in parrochia de Byoley et parrochiis de Villeta et de Lustriaco, Lausanen. diocesis, in terris cultis et incultis, pratis, vineis, nemoribus, pascuis, usamentis, viis et inviis, aquis, aquarum decursibus, hominibus, rebus corporalibus et incorporalibus, actionibus realibus et temporalibus et etiam mixtis, seruitiis, usagiis, iuribus, iuridictionibus, consuetudinibus, necnon et omnem actionem quam contra ecclesiasticam personam siue secularem super predictis vel altero de predictis habemus uel habere possumus aut debemus, quocumque nomine seu vocabulo predicta uniuersa et singula censeantur, denestientes nos de vniuersis et singulis predictis et dictos priorem et conuentum Lustriacen. inuestientes, concedentes quod idem auctoritate propria omnium predictorum possessionem liberam apprehendere ualeant et nancisci. Item nos prior et conuentus Lustriacensis concessimus et donamus in perpetuum permutationis titulo quicquid habemus

[1] L'église de Bioley-Magnoz (district d'Yverdon) avait été donnée à l'abbaye de Saint-Maurice par Landri, évêque de Lausanne, en 1168.

uel habere possumus aut debemus, possidemus uel quasi nos uel alius nomine nostro in parrochia de Columberio et in capellis eius, scilicet de Testorren et de Montey, item quicquid habemus a ponte de Ryda versus Sedunum in terris cultis et incultis, pratis, uineis, nemoribus, pascuis, usamentis, uiis et inuiis, aquis, aquarum decursibus, hominibus, rebus corporalibus et incorporalibus, actionibus realibus et temporalibus et etiam mixtis, seruitiis, usagiis, censibus et eschietis, iuribus, iurisdictionibus, consuetudinibus, necnon et omnem actionem quam contra ecclesiasticam personam siue secularem super predictis uel altero de predictis habere possumus aut debemus quocumque nomine seu vocabulo predicta vniuersa et singula censeantur, deuestientes nos de vniuersis et singulis predictis et iamdictos abbatem et conuentum corporaliter inuestientes de predictis, concedentes quod idem abbas et conuentus auctoritate propria omnium predictorum possessionem liberam apprehendere valeant et nancisci. Has autem permutationes nos abbas et conuentus noster Agaun. et nos prior de Lustriaco et conuentus noster facimus et permutamus vicissim in hunc modum : permutamus enim spiritualia cum spiritualibus et temporalia cum temporalibus, ita quod in permutatione spiritualium de temporalibus nichil venit, sed a dicta permutatione temporalium omnino spiritualia sunt exclusa ; has permutationes spiritualium cum spiritualibus, temporalium cum temporalibus ad inuicem separantes. Promittentes mutua stipulatione, sub religione iuramenti super sacrosanctis euangeliis corporaliter prestiti, in animas nostras, videlicet per dnum Vldricum sacristam de Lustriaco, et per dnum Petrum sacristam Agaun. yconomos nostros seu procuratores de mera et spontanea voluntate nostra super hoc specialiter constitutos, quod dictam permutationem inuiolabiliter obseruabimus et tenebimus in perpetuum inconcusse. Promittimus etiam nos contra permutationem huiusmodi per

nos uel per alium directe uel indirecte casu quo(cumque) non uenire. Renuntiantes ex certa scientia, sub virtute prestiti iuramenti, in hoc facto omni beneficio et auxilio iuris canonici, ciuilis, scripti et non scripti et exceptioni doli mali et in factum quod nobis qualitercunque posset competere ad veniendum contra predicta uel alterum de predictis, necnon litteris impetratis et impetrandis per quas omnium predictorum permutatio posset aliquatenus impediri uel etiam retractari in toto uel in parte seu etiam aliquatenus adnullari, et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere nisi precesserit specialis. Promittimus insuper nos prior et conuentus Lustriaci predictis abbati et conuentui Agaun. quod, si super predicta permutatione uel occasione ipsius ab abbate et conuentu Sanigniacensi impeterentur uel infestarentur, quod ipsos defendemus contra dictos abbatem et conuentum Sanigniacensem in iudicio et extra propriis expensis nostris et sumptibus bona fide. Nos vero Lausanen. et Sedunen. episcopi supradicti, attendentes et cognoscentes in supradictis permutationibus conditionem supradictorum ecclesie Agaun. et prioratus Lustriaci melioratam esse, predictis permutationibus consensum nostrum et auctoritatem interponimus et decretum. Et ad maiorem firmitatem sigilla nostra cum sigillis predictorum abbatis et conuentus Agaun. et prioris et conuentus Lustriacensis presentibus apposuimus in testimonium et robur firmitatis. Actum anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, mense augusti.

694

Guillaume d'Arvillar vend un cens d'un muid de seigle à Martin de Valère.

Sion, 1263, 23 septembre.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Willelmus dictus de Aruilar, lauda-

tione Johannis filii mei et Jaquete filie mee, vendidi pro vndecim lb. et decem sol. Maur. Martino dicto de Valeria ciui Sedun. et Mariete vxori sue vnum modium siliginis censualem, quem assigno super campum meum de Alonz, et super dimidium juger campi quod teneo a Jacobo Clavel sacerdote, et super campum de Lescu, et super pratum quod teneo a Ludouico Huboldi milite, quod jacet es Frarelles, etc. Testes Nycholaus de Bagnes canonicus Sedun., etc. Actum Seduni, IX kl. octobris, anno Dni M°.CC°LX°III°, imperio vacante, Henrico episcopante.

695

Guillemette de Grions vend ses possessions à Evionnaz à Lionette, veuve de Jean major de Monthey.

1263, septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 710, ex arch. Agaun., Majus minut., fol. LVIII.

Noverint universi quod ego dna Willelma de Grions, filia quondam G. militis de Novilla, vendidi pro necessitate mea Lionete quondam uxori Johannis majoris de Montez quidquid habebam in territorio de Eviona a grossa Petra dEspinassex usque ad austrum, pro VI lb. bon. Maur. in manu dni G. abbatis ecclesie Agaun. Actum est hoc in presentia predicti dni abbatis et J. de Columberio et J. de Turre militum. Anno Dni M.CC.LX.III, mense septembris.

696

Richard, roi des Romains, investit Pierre, comte de Savoie, du duché de Chablais.

Berkhamstead, 1263, 17 octobre.

Wurstemberger, IV, 312.

Ricardus, Romanorum rex, investit Petrum comitem Sa-

bandie de vicariatu imperii perpetuo, de comitatu Sabandie et de decatibus Chablasii et Augustæ per tria vexilla. Datum apud Berkamesces, XVII die octobris, indictione VII, anno Dni M.CC.LXIII, regni regis VII.

697

Rodolphe, fils de Conon donzel d'Ayent, du consentement de son père, vend tous ses droits sur le château et le mandement de Saxon à Pierre, comte de Savoie, pour le prix de 282 L.

1263, octobre.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, Peter der Zweite, IV, 314. (Extrait.)

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod Rodulfus filius Cononis domicelli de Ayent, de consensu et voluntate expressa dicti Cononis, non vi, non metu, non dolo, non fraude aliqua circumventus, sed ductus mera et spontanea voluntate, vendidit, tradidit, per manum nobilis viri Hugonis de Grantmont castellani Chillonis, illustri viro Petro comiti Sabaudie quicquid juris tam ipse quam dictus Cono pater ejus habebant seu habere debebant in castro de Sayson et in mandamento, tam in monte quam in plano, tam in hominibus quam in terris cultis et non cultis, vineis, pratis, pascuis, viis et inviis, aquis, aquarum decursibus, bannis, eschetis, juridicionibus, consuetudinibus, actionibus personalibus, realibus et etiam mixtis, pro ducentis et octoginta duabus libris Maur. eisdem plene et integre traditis et solutis. Devestientes se et investientes, inducentesque in corporalem possessionem dictam castellanum vice et nomine comitis supradicti. Renunciantes, etc. Promiserunt, etc. Testes autem vocati et rogati fuerunt ad hoc dnus Aymo Lombars miles, magister Petrus Jollens, Willermus de Chello clericus, Petrus Bonat et Ame-

deus clericus frater ejus, et ego Jacobus cantor sancte ecclesie Agaun., qui hanc cartam levavi et scribi feci, in qua appositum est sigillum capituli predicte ecclesie Agaun. Cui si quis contraire presumpserit, maledictionem Dei et penam decem lb. cum obolo aureo se noverit incursurum, solvendam regie potestati. Ego siquidem Cono predictus sigillum meum una cum sigillo capituli Agaun. presentibus apposui in testimonium veritatis. Actum anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, mense octobris.

698

Pierre Gravo de Châtillon vend à Normand, chantre de Sion, un cens de deux muids de seigle, réversible au chapitre de Sion après la mort de Normand.

Rarogne, 1263, 25 novembre.

Archives de Valère, Cartul. du XIIIe siècle, fol. 51.

Notum, etc,, quod ego Petrus de Castellon dictus Grano, laudatione Margarete vxoris mee et Jacobete filie mee, alii pueri mei erant impuberes, vendidi et finaui imperpetuum pro VIII lb. acquisitionis michi solutis Normando cantori Sedun. et post decessum suum capitulo Sedun. duos modios siliginis receptibilis censuales, ad mensuram de Vesbia, in festo Sancti Martini annuatim persoluendos, quos si tunc ego uel heredes mei non solueremus, duplum in crastino soluere teneamur. Assignans eisdem in garentationem quicquid habeo apud Torby, tam in plano quam in monte, videlicet XII sectoratas prati et II jugera campi et quartam partem alpis que acent inter terras Willermi de super Suron et Johannis Albi. Que omnia sunt de feudo dicti capituli et de manso. Et si ista garentatio eisdem aliquo casu interueniente non suffecerit, assignaui eis in garentationem omnia bona mea mobilia et immobilia. Quos modios ego promisi eidem dno cantori et ca-

pitulo fide prestita nomine mei et heredum meorum soluere annuatim et attendere omnia et singula supradicta, prout superius sunt expressa. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Pe. de Granges clericus, Conradus de Milaquer, Pe. Salterus et Matheus curatus de Rarognia qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego P. iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Rarogniam, anno Dni M°.CC°.LXIII°, VII° kl. decembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

699

Henri, évêque de Sion, sépare le village d'Isérables de la paroisse de Leytron et le réunit à celle de Riddes.

Sion, 1264, 8 mars.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 644, ex archivio ecclesie de Leytrono.

Nos Henricus Dei gratia episcopus Sedun. notum facimus vniuersis quod, cum homines de Yserabloz, propter distantiam loci et inundationem aquarum presertim estiuo tempore, ad ecclesiam de Leytrono sibi parrochialem sine magna difficultate, ac frequenter grauitate temporis ingerente, venire non possint, et per consequens quibusdam solempnitatibus nequirent diuinis officiis interesse, nec ad infirmos rector ipsius ecclesie quandoque propter impedimenta predicta possit accedere impensurus ecclesiastica sacramenta ; considerantes quod ad ecclesiam de Ridda homines predicti sine difficultate predicta venire possint et rector ipsius ecclesie de Ridda libere possit visitare homines predictos temporibus opportunis, ut corporalibus periculis et animarum saluti pariter consulamus, peritorum communicato consilio, villam et homines de Yserablo parrochie ac ecclesie de Ridda jure parrochiali duximus vniendos, vt ex nunc diuina officia ibidem audiant ac ec-

clesiastica accipiant sacramenta. Ne vero facultatibus tenuis et exilis ecclesia de Leytron propter subtractionem dictorum parrochianorum de Yserablo sustentatione necessaria sacerdotis proprii priuaretur, de consensu rectorum dictarum ecclesiarum proinde statuimus ut in recompensationem bonorum temporalium et obuentionum que recipere consueuerat ecclesia de Leytron ab illis de Yserablo, rector ecclesie de Ridda qui pro tempore fuerit in eadem, reddat et exsoluat rectori ecclesie de Leytron ibidem pro tempore existenti viginti sol. Mauris. in Purificatione beate Marie et decem sol. in eiusdem Assumptione et duos modios siliginis receptibiles ad mensuram Sedun. in festo Omnium Sanctorum singulis annis. Et si census et redditus predicti vel aliquis ex ipsis terminis statutis non soluantur, statuimus ut rector ecclesie de Ridda existens ibidem pro tempore rectori ecclesie de Leytron soluat expensas et interesse que propter recuperationem predictorum eumdem subire contigerit. Super quibus rector ecclesie de Ridda credere teneatur estimationi expensarum et interesse predictorum que dictus rector de Leytron fide prestita duxerit existimanda. In quorum testimonium et perpetuam firmitatem sigillum nostrum una cum sigillis Synfredi curati de Leytron et magistri Jacobi curati de Ridda presentibus duximus apponendum. Actum Seduni, anno Dni M.CCLXIV, tertio nonas martii.

Pendent deux sceaux.

700

Jocelin, vidomne de Sion, donne une maison en fief à Jean de la Cour.

Sion, 1264, 29 mars.

Archives de Valère.

* Jocelmus uicednus Sedun. in feudum concedit, pro centum sol. intragii et XII den. seruicii et III sol. placiti, magistro

Johanni de Caria domum apud Glauiney. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXIV, IV kl. aprilis, imperio vacante, Henrico episcopante.

701

Pierre, comte de Savoie, charge maître Arnold de faire approvisionner ses châteaux du Bas-Vallais.

(1264, juin-juillet.)

Cibrario, Storia di Savoia, II, 357. — Wurstemberger, IV, 324.

P. comes Sabaudie magistro Arnaldo salutem. Ecce quod gentem nostram mandavimus, prout in quodam scripto quod Simoni misimus vobis ostendendum, poteritis intueri, faciantur colligere computatis dietis usque ad Sanctum Audomarum in Flandria ubi debet in die Assumptionis Beate Marie vel circiter.... convenire, faciatis eidem Simoni haberi pecuniam, etc. Mittimus vobis literas nostras ad dnum archiepiscopum Tarentasie et ad dnam comitissam Provincie sororem nostram, quarum transcripta, ut sciatis plenius quid agitur, vobis mittimus presentibus introclusa, vobis mandantes quatinus eis visis dictam sororem nostram adire non pigritemini, presentantes sibi literam nostram ac ipsam super materia illa, prout expedierit, alloquentes, et si... illa vobis et ei utilis videatur, procuretis quod ipsa eundem archiepiscopum evocet ad suam presentiam ad aliquam certam diem causa di.... vos et dnus Soffredus de Amaisino, dnus Humbertus, dnus Galterinus de Saissello, Humbertus de Montemeliano ballivus noster in Gebennesio et iudex noster ibidem personaliter intersitis et nostris eidem archiepiscopo literis, si vobis et dicte sorori nostre bonum visum fuerit, presentatis requiratis eundem una cum dicta sorore nostra ut, cum ipse sit solempnior persona quam habeat hodie comitatus, ipsum comitatum et reliquam terram nostram, dum absentes erimus, debeat gubernare, dicentes

eidem nos vobis in preceptis dedisse quod gentes nostre mandatis eiusdem debeant incunctanter parere. Videtur enim nobis bonum ut ipsum de regimine et protectione terre nostre quanto plus poteritis honoretis. Credimus énim quod, si ipse velit ad hoc sue industrie operam applicare, terram Valesii semper tenebit tranquillam. Scitis enim quod (qui) novit vasa fictilia facere, novit et frangere. Hec autem premissa dicimus si vobis et dicte sorori nostre illa utilia videantur. Sed hec quantum poteritis accelerare curetis. Nichilominus, karissime magister, cog.... castra nostra de Valesio de victualibus habundantissime muniantur, totumque bladum nostrum de Waudo, relictis castris ibidem veluti Murati, Romunt, Meldun, Rotam, Yverdon et Cletas sufficienter munitis, faciatis una cum toto reliquo blado nostro quod commode carriari poterit in Valisium cum omni celeritate portari, et castris nostris de Sallon, de Cresto, de Brignon ad unum completum munitis, prout hoc alias plenius scripsimus, totum residuum bladi in domo nostra de Contesio reponatur, ita quod si pro nobis magnus exercitus illuc iret, inveniret ibi victus sui sustentationem quamdiu ibi esset....

Le comte Pierre passa une partie de l'année 1264 dans la Flandre, où il préparait une expédition pour aller au secours du roi Henri III d'Angleterre, son neveu par alliance, qui était alors prisonnier de Leicester et de ses sujets révoltés.

702

Redevance pour le moulin de Saxo.

Sion, 1264, 2 août.

Archives de Valère, à Sion.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Johannes filius quondam Bonafillin, Sarieta uxor mea, Jacobus filius meus et Johanneta filia mea, alia filia mea impuber erat, et heredes nostri vel quicumque tenuerint molendinum de Saxo, qui fuit

Domenio, teneamur soluere Petro Rodulphi et suis heredibus VIII sechilinos siliginis receptibilis, omni alia exactione remota, pro molendino iam dicto in media quadragesima annuatim. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Petrus de Micio minister capituli, Johannes de Palatio, Petrus de Cer clericus et Petrus Billonis, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXIIII°, IIII° nonas augusti, imperio vacante, Henrico episcopante.

703

La dame Jeanne Quartérissa et son fils Guillaume vendent à Pierre Quartéry leurs droits sur le moulin de Bex.

1264, 1er septembre.

Ann. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 648, ex arch. Agaun., Majus minut.

Notum sit, etc. quod donna Johanna Quarterissa et W. filius suus, consensu et voluntate Willelmi filii sui et donni Jacobi de Vico mariti predicte donne Johanne, vendiderunt Petro Karterii quidquid habebant in molendino de Bacio pro XL sol. Maur. integre persolutis. Testes : dnus Jo. de Turre, Henricus de Bacio, milites, etc., et ego P. cantor Agaun., qui hanc cartam leuaui. Actum anno Dni M°.CC°LXIIII°, kl. septembris.

704

Directions données par Pierre, comte de Savoie, à maître Arnold pour la défense du Bas-Vallais contre l'évêque de Sion.

Dam (1264), 16 septembre.

Cibrario, Storia di Savoia, II, 361. — Wurstemberger, IV, 330.

Magistro Arnaldo salutem. Sane non expedit vobis ut gentes

terre nostre sepe faciatis in Valesium convenire, nisi id exigat iusta causa, veluti si dictus episcopus obsedisset aliquod de castris nostris, vel si intenderetis aliquod de castris suis invadere, aut eundem alias offendere terram suam violenter intrando, quod non convenit hiis diebus. Quare vobis mandamus quatenus proviso quod castra nostra de Valesio, illa presertim que obsidionem timent, optime sint munita, et posito ibidem uno bono capitaneo permittatis episcopum gentes suas cum voluerit congregare ; quia terram planam ita subito sibi deffendere non potestis, dum tamen castra non timeant incursus suos. Quia si, quociens dictus episcopus gentem congregaret, vos velletis vestram similiter congregare, angaria esset hominibus nostris, nec eos possetis habere postea ita de facili forsitan, si necessitas immineret, et preterea victualia nostra de Valesio penitus vastarentur. Bonum est tamen quod homines nostri muniti sint, ita quod si dictus episcopus obsideret aliquod de castris nostris, posset obsessis celeriter subveniri. Et si posset sine custu intolerabili poni apud Contesium talis munitio balistariorum peditum que deffendere posset talliationem vinearum, bonum esset. Datum die martis post exaltacionem Sancte Crucis, apud Dam.

705

Rodolphe d'Arbignon, donzel, donne en fief un ténement à Pierre Brunet.

1264, octobre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI,239, ex arch. Agaun., Majus. minut. fol. XVIII.

Notum sit, etc. quod Rodulfus de Albignon, domicellus, de consensu Willelme ejusdem uxoris et filiorum suorum Jacobi, Petri, Johannis, Nantelmi et Aymonis, dedit et concessit

ad feudum perpetuum Petro dicto Brunet filio Martini de Chablo et heredibus ejus omne tenementum quod dnus Martinus de Yllies sacerdos tenebat quondam de albergamento seu casamento quod fuit a Leyssot, pro XXXVI sol. Maur de introgio, nomine acquisitionis eidem Rodulfo persolutis, et pro XXX sol. Maur. censualibus et pro X sol. de placito. Qui Rodulfus promisit eidem Petro, prefatum tenementum contra omnes guarentire ; et idem Petrus et heredes eius secundum possibilitatem suam tenentur dare consilium et juvamen eidem Rodulfo ad chevaleriam et filiam maritandam. Inde sunt testes dnus Johannes de Turre miles, M. Ramus, Henricus Salterius, etc. Actum anno Dni M°.CC°.LXIIII°, mense octobris.

706

Vente faite par Guillaume de Torpaton et ses neveux à Nicolas de Grimisuat, chanoine de Sion, et à Guillemette de Grimisuat.

Sion, 1264, 15 novembre.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIII° siècle, fol. XXX.

C. de uenditione facta a Wllo de Torpatons dno Ni. de Grimisolio can. Sedun.

Notum, etc. quod ego Willermus de Torpaton, laudatione Willermete uxoris mee et Petri filii mei et Willermete filie mee, alii pueri mei erant impuberes, et Petrus et Johannes nepotes mei uendidimus et finauimus imperpetuum in allodium pro XIII lb. et X sol. Maur, nobis solutis Nicolao de Grimisolio canonico Sedun. et Willermete de Grimisolio consanguinee nostre et cuicumque dare uel uendere uoluerint, pratum dol Mayench, situm sub alpe de Tracuiez, cultum et incultum, cum appendiciis eiusdem prati, videlicet pascuis, nemoribus, aquarum decursibus et aliis usamentis, et vnum eytan quod habebamus in eadem alpe cum omnibus iuribus

nobis pertinentibus in eadem alpe, scilicet fimo et aliis. Item uendidimus et finauimus eisdem in allodium pro XXVIII lb. acquisitionis sex iugera terre, quorum tria iacent subtus uillam de Vercorens, eis Grosses Peres, iuxta uiam, et olcham sub Aula et duo iugera in Cumba de Custodia et dimidium iuger ad Saxum Bosonis, iuxta campum Petri ol Gay, exceptis VI den. de seruicio cum placito qui debentur de quodam frusto campi de Grossis Petris. Que omnia supradicta nos et heredes nostri promittimus et tenemur contra omnes et specialiter contra dnum Anselmum curatum ecclesie de Sancto Germano eisdem Nicolao et Willermete et cuicumque dederint uel uendiderint, imperpetuum in allodium garentire. Inde rogauimus car. fieri et testes apponi qui sic vocantur: Johannes incuratus de Vercorens, Giroldus de Vercorens clericus, Warnerus Magnus, Petrus Binfa, Jacobus Magistri et Pe. Billonis qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Petrus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXIIII°, XVII° kl. decembris, imperio uacante, Henrico episcopante.

707

Le chevalier Burcard des Raspes, de Martigny, vend deux vignes au curé Pierre de Bagnes.

Saint-Maurice, 1264, décembre.

Archives de la ville de Sion.

' Nouerint uniuersi quod dnus Burcardus des Raspes de Martignie miles vendidit dno Petro de Bagnes curato duas vineas quas de proprio allodio habebat apud Brancon, pro viginti tribus lb. et decem sol. Maur. Ad hanc uendicionem fuerunt testes: dnus G. abbas uenerabilis, Petrus sacrista et Henricus camerarius ecclesie Sancti Mauricii Agaun., dnus

Nicolaus de Bagnes canonicus Sedun., Petrus miles de Martigne vicedominus, dnus Hugo curatus sancti Sigismondi et ego Jacobus cantor predicte ecclesie Aguun., qui hanc cartam scripsi et levami, in qua fuit appositum sigillum capituli eiusdem ecclesie. Hanc vero vendicionem et cartam laudauit dna Remonda vxor eiusdem dni Barcardi ; de cuius laudacione fuerunt testes dnus Petrus sacrista supradictus et salterus de Brancon. Actum Aguuni, per manum Jacobi cantoris et cancellarii publici predicte ecclesie, anno Dni M°.CC°. sexagesimo quarto, mense decembri.

Sceau pendant.

708

Extraits du compte d'Aymon d'Erdes, receveur de Conthey.

1265, 2 février. — 1266 1er février.

Wurstemberger, IV, 400.

709

Extraits du compte d'Aymon, sautier de Branson.

1265–1267.

Wurstemberger, IV, 293, N° 570 a, et 389.

710

Compromis entre Henri, évêque de Sion, et Pierre, comte de Savoie.

1265, 27 février.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 392. (Extrait.)

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos Henricus Dei gratia episcopus Sedun. pro nobis et nostro ca-

pitulo Sedun., ex una parte, et nos P. comes Sabaudie, ex altera, super omnibus controversiis, discordiis et querelis mutuis quas invicem habebamus et habere possumus usque ad hodiernum diem qualibet racione, compromittimus in dnum Jacobum (l. Jocelmum) vicedominum Sedun. et dnum Amedeum de Raroni, milites, quos nos predictus episcopus pro nobis et dicto capitulo ponimus, et in nobilem virum Aymonem de Joinvilla dnum de Gex et dnum Hugonem de Palasuel militem, quos nos prefatus comes pro nobis ponimus, promittentes invicem per stipulaciones mutuas et fide prestita hinc et inde tenere et perpetuo obseruare pacem seu compositionem amicabilem quam predicti quatuor super premissis discordiis et querelis fecerint vel duxerint ordinandam. Et si dicti quatuor nos forte non possent per viam compositionis amicabilis ad concordiam reuocare, damus ipsis quatuor plenam et liberam potestatem eligendi et secum advocandi quintum, qui una cum predictis quatuor tribus vel duobus ipsorum habeat liberam potestatem predictas discordias et querelas universas et singulas iure finaliter sopiendi. Acto inter nos vicissim specialiter et convento quod, si aliquem dictorum arbitrorum seu compromissariorum decedere, quod absit, contingeret, aut alio impedimento legitimo detineri, loco ipsius possit alius subrogari predicta racione discordiarum et querelarum nostrarum mutuarum. Nos antedictus episcopus pro nobis et capitulo nostro et omnibus nostris coadiutoribus et omnibus nostris damus bona fide dicto dno comiti et coadiutoribus suis et omnibus suis, et nos prefatus comes vice versa damus pro nobis et coadiutoribus nostris et pro omnibus nostris dicto dno episcopo, predicto capitulo et coadiutoribus suis et omnibus suis bona fide bonas et firmas treugas a presenti die usque ad festum Pasche quod erit anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo sexto[1]. Et si forte, quod absit, pen-

[1] 6 avril 1266.

dentibus treugis supradictis contingeret aliquid fore fieri hinc vel inde, damus dictis arbitris sive compromissariis plenam et liberam potestatem cognoscendi de plano et absque aliquo litigio de forefactis ipsis et faciendi plenarie prout eis videbitur emendari. Sane de personis captis hinc et inde occasione dictarum discordiarum actum est inter nos specialiter et conventum quod singuli dictorum captorum caveant ydonee iuxta rationabile posse suum, illi scilicet qui capti detinentur ex parte dicti dni episcopi, in manu ipsius vel mandati sui, et illi qui detinentur ex parte dicti comitis in manu ipsius dni comitis vel mandati sui, de redeundo in carceribus in quibus detinentur in die ramorum palmarum[1] finem dictarum treugarum proximo precedente, aut de solvenda tunc pecunia usque ad summam illam de qua cavebunt, si forte infra dictum terminum de treugis assignatum contingeret dictas discordias pace amicabili vel iudicio non sopiri. Si vero infra ipsum terminum sopiantur, aut forte aliquis dictorum captorum moriatur, volumus et intendimus expresse quod ipsi et eorum fideiussores et eorum heredes sint immunes super hiis et totaliter liberati. Hec autem omnia et singula supradicta nos memoratus episcopus pro nobis et capitulo supradicto et coadiutoribus nostris et omnibus nostris promittimus bona fide et per stipulacionem attendere et penitus observare et facere observari, et eciam pro viribus laborare quod dictum capitulum sigillum suum apponat presentibus in signum ratificationis premissorum et in testimonium veritatis. Et de hiis firmiter attendendis damus fideiussores dnum Jacobum (l. Jocelmum) predictum vicednum Sedun., dnum Henricum Albi, dnum Willelmum Senescalum, dnum Antelmum de Hayent, dnum Ludovicum de Vineis, dnum Jacobum de Viegi, dnum Petrum de Augusta, dnum Udricum de Curia, dnum Georgium de Airgnon (l. Aragnon), dnum Petrum de Viu, dnum Marzonem,..... dnum Pe-

[1] 30 mars 1266.

trum Rodier,.... Petrum de Turre, domicellos, Jacobum ..... de Seduno. Nos vero sepedictus comes viceversa promittimus bona fide et per stipulacionem solempnem pro nobis et nostris coadiutoribus et omnibus nostris omnia et singula supradicta attendere et penitus observare et facere observari et de hiis firmiter attendendis damus fideiussores dnum Simonem de Joinvilla dnum de Gez, dnum Hugonem de Palesuel, dnum Giroudum de Turre et Ay. filium eius, Jacobum dnum de Cart, dnum Petrum de Hayent, dnum Guifredum de Bay» dnum Willelmum de Greissiaco filium dni Willelmi quondam, dnum Petrum de Martiniaco, dnum Petrum de Mar, Petrum de Sasson, Raymundum de Conteis, Petrum Carter de Sancto Mauricio, Villelmum de Langins domicellum et Warnerium de Quiena, domicellos. In cuius rei testimonium nos predicti episcopus et comes presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum tercio kl. marcii, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

711

Vente faite par Rodolphe d'Arbignon à son frère Girod.

1264 (1265), mars.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 447, ex arch. Agaun., Minut. majus.

* Noverint universi, etc. quod ego Rodulphus de Arbignon et Willelma uxor mea vendidimus Girodo de Albignon fratri nostro ea bona que habemus jure hereditario vel alia ratione a Villanova et a Saxo de Wurie versus Viveis usque ad magnum pontem de Viveis, de expressa voluntate liberorum nostrorum, scilicet Jacobi, Petri, Johannis et Nantelmi, pretio XIV lb. Lausanen. monete. Acta sunt hec apud Turrim Viviaci, anno Dni M°.CC°.LX°.IIII°, mense marcii. Testibus apud Sanc-

tum Mauricium receptis a tabellione capituli Agaun., qui sigillum predicti capituli precibus et mandato predictorum Rodulphi et uxoris sue apposuit in hac carta, videlicet Johanne milite de Sancto Mauricio dicto de Turre, Rodulpho Clari et Clareto fratre suo et Johanne Pelliparío, burgensibus dicti loci.

712

Remise d'une amende par Thomas de Savoie.

Chambéry, 1265, 8 avril.

Wurstemberger, IV, 872.

Thomas de Sabaudia quittat dne Margaritæ comitissæ de Quiburg, amitæ suæ, amendam debitam per Johannem et Girardum Montheis, fratres, milites, pro forefacto, quod Guillermum de Columberio servitorem suum occiderunt. Actum Chamberiaci, die mercurii post resurrectionem, anno Dni M°.CC°.LX° quinto.

713

Le pape Clément IV exempte l'hospice du Mont-Joux de toutes tailles.

Pérouse, 1265, 9 juin.

Archives de l'hospice du Grand-Saint-Bernard.

Clemens episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis preposito et capitulo hospitalis Montisiouis, ordinis sancti Augustini, Sedun. diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas hiis exhibere se facilem consueuit, qui ad pauperum obsequium continuum inuigilant operibus

pietatis. Attendentes igitur quod circa humanitatis solatia pere grinis et pauperibus exhibenda versatur totaliter sollicitudinis uestre cura, propter quod dignos uos apostolice sedis gratia reputamus, uestris precibus inclinati, quod nec uos nec ecclesie neque hospitalia uestris deputata usibus ad exhibendas taillas uel exactiones aliquas ulli ecclesiastice seculariue persone cogi de cetero ualeatis absque mandato sedis apostolice speciali faciente plenam et expressam de indulgencia huiusmodi mentionem, uobis auctoritate presentium indulgemus, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias si quas in uos aut personas ecclesiarum et hospitalium predictorum contra tenorem indulti huiusmodi promulgari contigerit, decernentes irritas et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusii, V idus junii, pontificatus nostri anno primo.

Cette bulle a été confirmée par le pape Urbain V, à Montefiascone, le 10 des Calendes de juillet, l'an 6 de son pontificat, soit le 22 juin 1368.

714

Le monastère du Mont-Joux cède le droit de patronage de l'église de Saint-Loup, près de Versoix, à Pierre comte de Savoie, qui lui donne en échange le droit de patronage de l'église de Saint-Livre.

1265, août.

Archives d'état, à Turin. — Wurstemberger, IV, 383. (Extrait.)

Nos frater Petrus prepositus Montis Jovis, totumque ejusdem loci capitulum et conventus, notum, etc. quod nos considerata

et inspecta utilitate monasterii Montis Jovis permutamus et titulo permutationis concedimus et tradimus vel quasi illustri viro dno Petro Sabaudie comiti et suis successoribus seu assignatis jus patronatus vel personatum quod vel quem habemus in ecclesia Sancti Lupi iuxta Versoyam in diocesi Gebennensi cum suis juribus et pertinenciis uniuersis pro jure patronatus sive personatu quod vel quem memoratus comes habebat in ecclesia Sancti Liberi diocesis Lausanensis, nichil in predictis nobis vel nostris successoribus reseruantes. Item permutamus et ex causa permutationis concedimus memorato comiti et tradimus viginti sol. Lausan. annui redditus quos eidem assignamus et assetamus in mandamento de Albona et quidquid habebamus a burgo de Noyons usque ad clusam de Gex et a lacu usque ad Jurem infra terminos prenotatos pro uno recepto quod incuratus ecclesie Sancti Liberi annuatim debebat comiti supradicto. Et ipsos contractus permutationum facimus separatim, nolentes contractus hujusmodi aliquatenus ad invicem commisceri. Renunciamus si quidem, etc. In cujus rei testimonium nos supradicti prepositus et capitulum presentes litteras sigillis nostris duximus sigillandas. Datas anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mense augusto.

715

Conon sur Buele vend un champ au clerc Guillaume.

Ernen, 1265, 24 septembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Cono filius quondam Contrami supra Buele de Arennum uendidi et finaui pro IIII lb. Willelmo clerico de Geynsmetdum et heredibus eius agrum iuxta Murchum apud Arennum, sicut mete de-

signant, cum aqua pertinente, et assignaui sibi in garentacionem totum quod michi accidere posset ex parte Matelde matris mee. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Rodulfus et Wolricus de Piatea, Petrus supra Buele de Arennum et Vmbertus sacerdos de Arennum, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Jacobus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Arennum, anno Dni M°.CC°.LXV°, VIII° kl. octobris, imperio uacante, Henrico episcopante.

716

Le pape Clément IV confirme aux religieuses de l'ordre de Saint-Augustin, à Aoste, les possessions qu'elles ont à Loueche.

Pérouse, 1265, 15 octobre.

Historiæ patriæ monum. Char. II, 1622.

(Extrait.)

Clemens IV seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus priorisse ecclesie Sancte Catharine Augustensis, sororibusque regularem uitam professis in perpetuam memoriam. Uestris iustis postulationibus clementer annuimus, etc. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quecumque bona eadem ecclesia possidet firma uobis et illibata permaneant ; in quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis.... domum, terras et possessiones quas habetis in loco qui dicitur de Leuca in diecesi Sedunensi cum omnibus pertinentiis suis.... Datum Perusii, idibus octobris, indictione nona, incarnationis dominice anno MCCLXV, pontificatus uero dni Clementis pape quarti anno primo.

On croit que ces religieuses ont eu un premier établissement à

Loueche et que, à cause des guerres qui désolaient le Vallais, elles ont quitté ce lieu pour aller s'établir dans le Val d'Aoste. Je n'ai trouvé aucun document à ce sujet.

717

Par ordre du pape Clément IV Gratien, archiprêtre de Domo d'Ossola, déclare excommuniés ceux qui refusent de se soumettre à la sentence prononcée, le 13 janvier 1256, par l'archiprêtre Mélior au sujet du vidomnat de Sion,

Pérouse, 1265, 15 juillet. — Domo d'Ossola, 1265, 13 novembre.

Archives de la ville de Sion.

Gratianus archipresbiter Domus, iudex unicus a dno papa delegatus vniuersis incuratis siue uicariis aut aliis ecclesiarum rectoribus in Sedun. diocesi constitutis salutem in omnium Saluatore. Noueritis nos litteras dni pape accepisse in hac forma : — Clemens episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio archipresbitero ecclesie de Domo Oxole, Nouariensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Henricus sacrista ecclesie Sedun. ac nobilis uir Rodulfus frater eius, uicednus Sedun., sua nobis petitione monstrarunt quod cum quondam Jocelmus de Castello uicednus Sedun., cuius idem Henricus et Ro. heredes existunt, nobilem mulierem Hugonetam relictam quondam Thome uicedni Sedun. super quadam pecunie summa, terris, possessionibus et rebus aliis coram quondam archipresbitero de Domo Oxole, Nouarien. diocesis, auctoritate litterarum felicis recordationis Innocentii pape predecessoris nostri traxisset in causam, idem archipresbiter, cognitis ipsius cause meritis et iuris ordine seruato, diffinitiuam pro dicto Jocelmo sententiam promulgauit, quam Henricus et Ro. predicti apostolico petierunt munimine roborari. Quo circa discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus sententiam ipsam, sicut est

infra, facias per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter obseruari. Datum Perusii, ydus julii, pontificatus nostri anno primo [1]. — Tenor et forma cuius sentencie talis est et sic incipit : (Voy. N° 623, pag. 1) Quare nos cognoscentes predictam excommunicacionis sentenciam a dicto predecessore nostro latam iustam esse, mandamus uobis auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, quatinus predictam sentenciam excommunicationis in ecclesiis uestris publicetis solempniter singulis diebus dominicis et festis. Et quia Hugo filius sepedicte Hugonete turbat predictis dno sacriste et Rodulfo fratribus heredibus predicti dni Jocelmi legitimis possessionem predicto dno Jocelmo per suprascriptam sentenciam adiudicatam, nos ipsum Hugonem ob predictam turbationem excommunicamus in hiis scriptis, quem excommunicatum in uestris ecclesiis una cum aliis contradictoribus et rebellibus denuntietis publice singulis diebus dominicis et festis. Quod si mandatum nostrum, immo uerius apostolicum, adimplere neglexeritis, quod non credimus, personas negligentium quas ex nunc monemus ex tunc interdicto ecclesiastico supponimus in hiis scriptis. Datum in burgo Domus, anno Dni M°.CC°.LX°.V°, ydus nouembris. Reddite litteras cum appositione sigillorum uestrorum in signum mandati nostri, immo uerius apostolici, executi.

Sceau pendant : † S GRACIANI.... ESB DOMEN.

718

Jacques d'Anniviers, donzel, vend un cens, au nom de la confrérie d'Anniviers.

Louèche, 1266, 2 janvier.

Archives cant. du Vallais, Registrum cancell. Sedun.

* Ego Jacobus de Aniuesio domicellus, laudatione omnium

[1] 15 juillet 1265.

confratrum, vendidi pro VII lb. et X sol. Maur. Petro et Wilermo filiis Aymonis Deschaz X sol. censuales quos debebat Petrus Maiorez confratrie de Aniuesio, ita tamen quod predicti fratres debent habere in eadem confratria vnum confratrem pro quo tenentur dare II den. annuatim. Datum apud Leucam, anno Dni M°.CC°.LXVI°, IV nonas januarii, imperio vacante, Enrico episcopante.

719

Extraits du compte de Jacques de Liddes, châtelain de Saillon.

1266, 2 février. — 1267, 1er février.

Wurstemberger, IV, 399.

720

Extrait du compte de Pierre de Saxon, châtelain de Conthey.

1266, 2 février. — 1267, 1er février.

Wurstemberger, IV, 427.

M Wurstemberger a supposé que ces différents comptes des châtelains du Bas Vallais avaient été datés d'après le style pascal et qu'ainsi ils sont tous postérieurs d'une année à la date qu'ils portent. M. Ed. Secrétan a prouvé que cet auteur s'est trompé et que c'est le style natal qui a été suivi. (V. *Note sur la date du combat de Chillon*, ap. Archiv für die Schweiz. Geschichte, XIV, pag. 7 et suiv.) Un détail contenu dans le compte de Pierre de Saxon confirme l'opinion de M. Secrétan. Il y est question de dépenses faites à Sion pour des ôtages qui durent y séjourner à cause d'une infraction faite à la trêve conclue entre l'évêque et Pierre de Savoie, trêve qui devait durer jusqu'au jour de Pâques de l'année 1266, comme il est dit en toutes lettres dans l'acte même. (N° 710.) Si le présent compte avait été daté d'après le style pascal, il ne commencerait réellement qu'au 2 février 1267; alors on n'y verrait

pas figurer une dépense qui a dû être faite avant la fête de Pâques de l'an 1266, tandis qu'en suivant le style natal la dépense appartient naturellement au compte qui commence au 2 février 1266.

721

Extrait du compte d'Aymon d'Erdes, receveur de Conthey.

1266, 2 février, 1267, 1er février.

Wurstemberger, IV, 429.

722

Testament d'Aymon de Venthône doyen de Valère.

Valère, 1266, 28 mai.

M. D. R. XVIII, Chartes Sédun, 441.

723

Aymon de La Tour, donzel, cède au chapitre de Sion tous ses droits sur la dîme de Nendaz vendue au chanoine Girold par Simon de La Tour, donzel.

Sion, 1266, 18 juin.

Archives de Valère, Cartul. de XIIIe siècle, fol. XIIII.

Pro decima de Nenda.

Nouerint, etc. quod ego Aymo de Turre domicellus, laudatione Isabelle uxoris mee, vendidi, remisi et finaui imperpetuum capitulo Sedun. et cuicumque dare, uendere uel legare seu alio modo alienare uoluerit pro viginti libris Maurisien., quarum solutionem me fateor ab eodem capitulo recepisse, quicquid iuris, rationis et dominii habebam uel habere debe-

bam in decima quam magister Giroldus quondam canonicus Sedun. emerat a Symone de Turre domicello in territorio de Senda, quam colligebat Rodulphus dictus Montelliers quondam cuis Sedun., prout in instrumento seu in instrumentis super eadem decima ad opus eiusdem Giroldi confectis plenius continetur. Renuncians... Promittens... Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Henricus Dei gratia Sedunensis episcopus, Rodulphus de Leuca, Nanczo, Nicolaus de Leuca, canonici Sedun., Nanthelmus de Aent, Henricus Albus, milites, Guido sacerdos et Normandus cantor et cancellarius Sedun., qui hanc cartam leuauit. Cui si quis, etc. Actum Seduni, in curia episcopali, anno Dni M°.CC°.LXVI°, IIII° kl. julii, imperio uacante, Henrico episcopante.

724

Dni, seigneur de Mont, donne neuf muids de blé à l'église du Mont-Joux, et Pierre, comte de Savoie, confirme cette donation.

Aubonne, 1266, 5 octobre.

Arch. du Grand-Saint-Bernard, Copie non datée d'un Vidimus de l'official de Lausanne, du mois d'août 1275.

[1] Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod ego Dalias dnus de Montibus, consentiente Alexia vxore mea, Johanne et Rodulpho fratribus meis, Johanne primogenito meo et Johanne filio quondam Cononis dni[1]..... concedo et dono imperpetuum ecclesie Montis Jouis nouem modios partim frumenti et partim auene.... es et Guido de Pontalliaco fratres dicti Fromaget nomine meo solent percipere super decimam de[2].... audis decima noncupatus, transferens in jus et

[1] Papier déchiré.

[2] Probablement de Bière. Voy. Mém. et doc. XXVIII, pag. 38, note 2.

proprietatem predicte ecclesie quicquid michi in toto.... predicte decime jure dominii directi vel indirecti pertinere poterat. Do quoque predicte ecclesie Montisiouis quadraginta... libras Lausan., quas Guerico priori de Beria plene persolui ex causa permutacionis vineam (vinee) que dicitur clausus de Beria, predictum Guericum recipientem nomine ecclesiarum Montisiouis et de Beria de presentibus omnibus in possessionem inducendo, ad (hoc) ill. viri dni Petri comitis Sabaudie de cuius feudo sunt predicta accedente consensu. In quorum omnium testimonium tradidi presentes litteras sigillatas sigillo ven. in Christo patris Johannis Dei gracia episcopi Lausan. Nos autem Petrus comes Sabaudie de cuius feudo esse dignoscitur decima supradicta et ad nos jure allodii pertinere, ipsam decimam memoratis ecclesiis in merum et liberum allodium confirmamus per presentes litteras sigilli nostri cum sigillo prefati dni episcopi impressione signatas. Actum et datum apud Albonam, tercio nonas octobris, anno Dni millesimo CC° sexagesimo sexto.

725

Godefroid, comte de Blandrate et major de Viége, remet moyennant 70 L., à ses hommes du district de Conches les droits que ces derniers lui devaient deux fois l'année à l'occasion du plaid général.

Ernen, 1266, 9 octobre.

Archives de la commune de Reckingen, copie de M. Fer. Schmid, curé à Mœrel.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Gotefredus comes de Blandrato maior de Vespia, laudacione dni Henrici Dei gracia episcopi Sedun. et Aldise vxoris mee, Petri, Willelmi, Jocelini et Jacobi filiorum meorum, uendidi et finaui in perpetuum pro septuaginta lb. michi solutis omnibus mansuariis de Monte Dei superius et heredibus eorum omnem wisin[1] quam

[1] Weisung, *oblatio*.

michi uel antecessoribus meis uicedominis in placito generali bis in anno debebant, nichil michi iuris in dicta wisin amplius retinendo. Quam uendicionem ego et heredes mei et hereditas mea tenemur eis et heredibus eorum expensis nostris in perpetuum garantire. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Henrichus capellanus de Monasterio, Marquardus de Morgi, Lodoicus de Vineis, Marzo de Saxo, milites, Petrus de Ardun, Walterus Xering, et Willelmus clericus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Matheus capellanus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Arengnon, anno Dni MCCLXVI, VII idus octobris, imperio vacante, Henrico episcopante.

726

Pierre dit Ministre de Loueche vend un cens de six muids de seigle à la confrérie du Saint-Esprit d'Annivier.

Valère, 1267, 4 février.

As Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 370, ex archivio ecclesiæ et communitatis vallis Annivisiensis.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus dictus Minister de Leuca, laudatione Agnetis uxoris mee et Anthonii clerici, Mathei et Thome filiorum meorum et Felisie filie mee, vendidi et finaui in perpetuum pro XLIIII lb. Maur. michi solutis in pecunia numerata confratribus confratrie Sancti Spiritus de Aniuesio VI modios siliginis receptibilis censuales, ad mensuram de Aniuesio, in vigilia Natiuitatis Dni annis singulis persoluendos, et de voluntate et consensu expressis venerabilis patris Henrici Dei gratia Sedun. episcopi et eiusdem loci capituli assignaui et obligaui dictis confratribus in prestationem dicti bladi quicquid habeo et possideo ultra

aquam de la Nauisenchy ex parte ville de Sancto Johanne et ville de Moraschy in plano et in monte, videlicet a capite totius vallis de Aniuesio usque ad finem, scilicet in terris, possessionibus, seruiciis, censibus, hominibus et in omnibus aliis ubicumque jacent in predictis locis, et ex Chenaux et extra Chenaux sicut predicta aqua diuidit predictam vallem de Aniuesio, que omnia habebam in feodum a dno episcopo Sedun. Ab hac obligatione excepta est dominia maiorie de Aniuesio. Ita quidem quod si ego vel heredes mei in solutione dicti bladi deficeremus termino superius assignato, in octabis Epiphanie Dni proximo subsequentis dicti modii bladi duplicentur, et confratres prefati omnia prescripta sibi in garentationem assignata possideant, donec predictum bladum recuperauerint duplicatum, vel ego siue heredes mei duxerimus persoluendum; quo soluto seu recuperato ab ipsis confratribus, omnia dicte garentationis ad me vel ad heredes meos in conditionem pristinam reuertantur. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Marchus de Augusta decanus, dnus Henricus de Rarognia sacrista, dnus Nicholaus de Grimisolio, dnus Nicholaus de Bagnes, sacerdotes, Rodulphus et Nicolaus de Leuca, canonici Sedun. et Normandus cantor et cancellarius Sedun. qui hanc cartam leuauit, etc. Actum in ecclesia Valerie, capitulo existente, anno Dni M°CC°LX°VII°, II nonas februarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

727

Partage des biens d'Aymon de Venthône, doyen de Sion, entre ses parents et le chapitre.

Sion, 1267, 5 avril.

Archives de Valère, S, 85.

Hee sunt partes facte inter capitulum Sedun. et illos de

Ventona de possessionibus. . . . . quondam Aymonis de Ventona decani Sedun. Hec est pars capituli : apud Grimisolium : Willermus de Regles ; feodum ol Gay ; Willermus filius a la Griua ; Aymo Nançonis ; feodum Johannis Borgoyng ; pratum de la Cua ; campus de la Longy Ray : campus deis Chenenneres ; medietas quarta de Drona ; superior pars grangie de Grimisolio et turris. Item apud Vurye : superior pars grangie cum cortina et inferior pars prati cum parte insule versus Sedunum usque ad Rodanum, iuxta insulam ol Leuçot. Item apud Syrro : illi dol Meitein, qui debent tria hominia ligia cum omnibus usagiis suis. Item apud Aniuesium : Jacobus de Aniuesio. Item adhuc apud Syrro : Petrus Deschaz qui est de feodo dni episcopi. Item apud Grimisolium : feodum Petri de Comera et campus de Cleiues. Hec est pars illorum de Ventona : apud Grimisolium : Montanarius ; Petrus dol Curtinal ; feodum Johannis de Randognia ; Mabillons ; feodum Benedicti Eurart ; due secturate sub ecclesia ; campus de la Carta Ray ; campus de Petra Bessy ; III fossorate uinee in pede Combe ; feodum quondam Aymonis de Nas cum omnibus usagiis suis ; Anthonius filius Matelde ; Petrus Pacoz ; Johannes li Auentura ; feodum Bosonis dol Curtinal ; pratum de Loez et pratum de Campo de Buyz et medietas feni que accipitur cum Willermo de Furno et Willenco en Coudrines et Ripa de Crista Dourona ; campus de Nigra Palude ; campus de Corba Ray et medietas uini que accipitur cum Uldrico Martini ; item cristas dOrseres ; campus de Plata ; campus de Bramosio. Item apud Wurye : due partes grangie inferius et due partes prati superius et pars insule a terminis insule capituli usque ad la Riey et ad Rodanum. Item apud Syrro : illi de Cabulo cum omnibus usagiis suis ; illi de Raspilli cum omnibus usagiis suis ; feodum Rodulfi dol Meitein ; Anselmus de Gyniesy ; Rodulfus de Az. Item apud Ventona : V frusta campi ; feodum Johannis de Darnona ; feodum Margarete de Chaler ; pratum

de Cruce; feodum eis Bernars; item feodum Petri de Bluys; feodum Martini Machet; feodum Willermi dol Perer; campus de Bernona superiori; campus sub uilla; feodum Doberti de Luch; item feodum Petri ol Flac; Johannes de Summitate uille; pratum de Pasqueret; campus de la Munta et pratum de Restana. Item apud Aniuesium: feodum Ludouici dol Larsey et tria alia hominia ligia cum omnibus usagiis suis; feodum Aymonis Beses; Willermus de Pratis; item XIIII d. seruicii quos debent illi dol Larsey. Item apud Grimisolium: inferior pars grangie. Et ne super hiis partibus ulla imposterum oriretur calumpnia, nos Henricus Dei gratia Sedun. episcopus, ad preces predictorum capituli et illorum de Ventona, sigillum nostrum huic scripto duximus annectendum. Datum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXVII°, nonis aprilis.

Le sceau est tombé.

Aymon de Venthône, doyen de Sion, est mort le 19 décembre 1266; il donna au chapitre le tiers de son héritage, tous ses acquets et ses biens mobiliers. — Nécrologe de Sion, pag. 290.

728

Godefroid, curé de Naters, donne le patronage de l'église du Simplon à Pierre d'Aoste et à ses héritiers.

1267, 1er août.

Documents sur le Vallais (M. Bordier) tom. II.

Ego Gotofredus rector ecclesie de Narres, laudatione D. Henrici episcopi Sedun., contuli et concessi D. Petro de Augusta et heredibus ius patronatus ecclesie de Simpilion, quare homines sui, de consensu et uoluntate sua, dotaverunt dictam ecclesiam quod sacerdos ibi honorifice poterit sustentari et officiare ecclesiam supradictam. Anno Dni. 1267, kl. augusti.

729

Traité entre les évêques de Sion et de Novare.

Lattinasca, 1267, 2 août.

Storia di Val d'Ossola dell'avvocato Franc. Scaciga della Silva, pag. 80-83.

Comme il ne m'a pas été possible de me procurer une copie de ce traité, je dois me borner à en donner l'analyse contenue dans l'ouvrage ci-dessus.

Nell'epoca del Cavallazzo Sigebaldo [1], il popolo Vallesano manteneva coll'Ossola una relazione di commercio assai più viva che non è oggi giorno.... L'Ossola era considerata come un unico posto favorevole al commercio delle vittovaglie per tutto il vicino territorio. Oltre la via del Sempione stavano aperti i passi di Formazza, di Devero, d'Antrona et di Macugnana, e non per Ossola soltanto, ma più abasso per la Riviera d'Orta, e per il Novarese si stendevano in folla i Vallesani a cagione di mercarto.... Ma nel secolo XIII venivanvi più spesso per assaltare le strade, massime nell'Ossolana Contea ; per rapinare e portar via i bestiami. Le aggressioni, e le violenze, ndi lo spargimente del sangue, e l'uccisione degl'individui erano la conseguenza necessaria di quei loro ladroneggi ; e li vescovi dell'uno e dell'altro popolo s'affaticavano di tratto in tratto a stabilire una concordia che assicurasse ad un tempo le basi del commercio e la salute degl'individui. Per questo buon esito in Lattinasca presso Sempione, ch'era il confine del contado episcopale, si adunarono personaggi d'ambedue le parti, onde giurare una scambievole pace, ed una fratellanza comune. Dalla parte degl'Italiani primeggiavano Girardo Cavallazzo castellano di Matterella, Pietro de Rhodes, Guglielmo de Cristo, Guidobono De Baceni, Guglielmo della Silva, Guiffre-

[1] Sigebald de Caballatiis, évêque de Novare, de 1250 à 1268.

dino de Campieni, Guglielmo di Dugurognad, Pagano della Guarda, e quindici altri distinti individui; dal lato del vescovo Enrico Sionnese si annoverano in conti di Loeche, di Raronia, di Vesbia, di Augent, li signori d'Avosta, di Umers, di Saxo, di Arinlibarchio, ed altri parecchi. L'istromento che porta la data del due agosto 1267 è fatto da un Garbagnino degl'Opizoni alla presenza del vicario, del vescovo Novarese, del prevosto dell'Isola, e d'altri personaggi, tra li quali Lotterio Cavallazzo e Giulio Brusati. Ha principio colle venerande parole: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Il prelato ed i nobili di Vallese promettevano di serbare la pace a tutti i subditi del vescovo Sigebaldo; s'obligavano a difenderli ogni qual volta passassero per il loro territorio senz'armi, e senza fare guerra ad alcuno. Stabilivano le pene per ogni incendio di case et per ogni omicidio colpevole, o ferita di uomo; in fine s'obbligavano a consegnare alla corte di Matterella qualunque delinquente bandito dal vescovo di Novara. In contraccambio si garantivano la libertà del commercio, combinavano il modo onde essere pagati dei loro crediti dai mercatanti d'Ossola, di Riviera e di Gozzano, et lasciavano all'arbitrio dei due prelati l'interpretare i sentimenti della siffatta convenzione che amendue le parti giurarono sopra gli evangelj.

730

Déclaration des redevances dues au château de Monthey par le fief des Péreys.

Monthey, 1267, 22 août.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 385;
Archives de M. le banneret de Vantéry.

Nos dna Margareta comitissa de Kiburch notum facimus quibus expedit presentem paginam inspecturis quod nos, residen-

tiam facientes apud Montheys in Chableis castrum nostrum, didicimus et pro certo tam ex iuramento plurimorum fide dignorum quam ex censualibus scriptis nostris quod casamentum des Pereys, situm in castellania dicti castri, debet nobis unum clientem munitum ense et lancea et plenum pugnum canabi annuatim ; item debet nobis censum qui uocatur corua. et preterea debet nobis dictum casamentum pro custodia oholum aureum vel quinque solidos Mauricienses annuatim, et ad mutationem dni vel vassali LX solidos Maur., quorum XL debent ad nos vel ad assignatos nostros deuenire et reliqui XX sol. debent deuenire ad Rodulphum de Nouilla vel heredes eius. Et per hoc debet esse liberum et immune dictum casamentum ab omni alia seruitute, ab omni usagio seu quacumque exactione fienda tam a nobis quam a nostris nunciis vel ministris, tam castellanis quam aliis quibuscumque. Quod casamentum nos debemus defendere contra omnes ab omni exactione indebita tanquam nostrum proprium, justitia mediante. In cuius rei memoriam nos prefata comitissa, ad instantiam possessorum predicti casamenti et specialiter Johannis de Pereys, presentem paginam duximus sigilli nostri munimine roborandam. Actum hoc apud dictum castrum nostrum de Monteys, anno Dni M°.CC°LX° septimo, in octaua Assumptionis B. Marie Virginis.

731

L'evêque de Genève approuve l'échange fait entre Pierre de Savoie et le prévôt du Mont-Joux.

Versoix, 1267, 23 août.

Mémoires et docum. de Genève, VII, 310. — Wurstemberger, IV, 413.

Nos Henricus Dei gracia episcopus Gebennensis notum facimus universis quod nos permutationes factas inter ill. virum

Petrum comitem Sabaudie, ex una parte, et abbatem et conventum Agaunensis ecclesie et prepositum et capitulum Montisiouis, ex altera, de ecclesiis S. Liberii et Cumugnie et de S. Luppo ratas et firmas habemus, auctoritatem nostram et decretum interponentes, et easdem, saluo iure nostro episcopali, presentium patrocinio confirmamus. In cuius rei robur et perpetuam firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Versoye, X kl. septembris, anno Dni M°.CC°. sexagesimo septimo.

732

Aymon de Châtillon, chevalier, vend un cens de quatre livres au chapitre de Sion.

Valère, 1267, 16 novembre.

Archives de Valère, Original, S, 87 et 98, et Cartul. du XIIIe siècle, fol. XXIIII et XXV.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Aymo de Castellione miles, laudatione Ysabelle uxoris mee et Jacobi mistralis fratris sui, uendidi et finaui imperpetuum, jure quo potui pleniori, capitulo Sedun. et cuicunque dare, uendere uel alio modo alienare uoluerit, pro LX lb. Maur. michi ab eodem capitulo in numerata pecunia persolutis, IIII^or^ lb. Maur. censuales cum omni iure et dominio utili et directo michi in eis et pro eis competenti in Purificatione beate Marie annualiter persoluendas, quas michi debebat maior de Leuca super prato quod dicebatur de Ecclesia, et super toto prato quod fuit quondam Petri de Syrro militis et grangia supra sita, et super prato quod fuit quondam Jacobi dicti Testa, et super incultis, aquis, ingressibus, egressibus et omnibus aliis appendiciis omnium predictorum. Que prata iacent apud Ayert uersus locum qui dicitur Champagnes, inter duas uias, quarum

una inceditur ad predictas Champagnes, et per aliam ad locum qui dicitur Granges. Ita uidelicet quod si ego uel dictus maior predictas IIII^{or} lb. usque ad festum Pasche proximo subsequens dictam Purificationem non soluerimus, in crastino eiusdem festiuitatis soluere duplum teneamur. Nec tenetur idem capitulum recipere dictas IIII^{or} lb., nisi ei placuerit, diuersis solutionibus uel diuisim. Si uero ego et dictus maior in solutione earumdem IIII^{or} lb. et dupli, ut superius dictum est, defecerimus, assignaui sibi in garentationem omnia predicta que idem maior a me tenet et dominium IIII^{or} fossoratarum uinee alodii quas colunt a me Jacobus Ourelletta et Jacobus Sinfreidi, que iacent eis Quarres, iuxta uineam illorum de Molendino, et dominium IX fossoratarum uinee alodii quas colit Rodulfus de Dalleto in loco qui dicitur Combes, supra uineam Petri filii quondam Jacobi ministri, et duos modios siliginis ad mensuram de Leuca censuales alodii et VI sol. censuales qui michi debentur apud Uaronam, et unum modium alodii siliginis censualem quem michi debet Henricus de Huers, et dimidium modium alodii siliginis in secundo anno quem michi debet Nicholaus Niger super quodam campo qui iacet apud Brancions, iuxta campum Jacobi de Ante aulam et supra uiam qua itur apud Ueselli. Quorum omnium tradere teneor predicto capitulo instrumenta. Ad que omnia et singula predicta recarrat prefatum capitulum ex precepto meo nunc sibi facto sine aliqua querela dno facienda, et ipsa teneat et possideat quousque de predictis IIII^{or} lb. et duplo, expensis, dampnis et grauaminibus que pro hiis fecerit seu sustinuerit, sibi et cuicunque eadem dederit, uendiderit, uel alio modo alienauerit, plenarie fuerit satisfactum. Super quibus dampnis et grauaminibus et expensis tenemur credere eorum simplici uerbo sine aliquo iuramento. Renuntians, etc. Jurauit siquidem predicta Hysabella supra sancta Dei euuangelia se contra premissa uel aliquid premissorum ullo unquam tempore non uenturam.

Dedi insuper per presentem cartam sepedicto maiori in mandatis ut memorato capitulo uel mandato suo respondeat de predictis IIII^{or} lb. et duplo sicut michi de ipsis respondere tenebatur, ea sibi integraliter persoluendo. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : dnus Henricus sacrista, Nicholaus de Bagnes, Willermus de Narres, Rodulfus de Leuca, Petrus de Monionet, canonici Sedun., Willermus matricularius, Petrus curatus de Granges, Johannes de Dalleto, Aymo de Sueg, Aymo de Amagnoch et Petrus de Leuca canonicus Sedun., qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Jacobus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Valerie, anno Dni M°.CC°LX°VII°, XVI° kl. decembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

733

Accord entre le chevalier Rodolphe de Champel et son neveu Guillaume, fils de Pierre, vidomne de Chastalon, d'une part, et Lyonette de Monthey et ses fils, d'autre part.

1267, décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 486, ex arch. Agaun., Majus minut., fol. LVIII.

Noverint universi, etc., quod licet dnus Boso miles, quondam major de Montelz, emisisset et acquisiisset a dno Petro vicedno de Chastalon, olim milite, decem sol. Maur. censuales eidem dno B. majori et eius heredibus in villa de Martinuel[1] persolvendos ad festum Omnium Sanctorum in perpetuum annuatim, pro IIII^{or} lb. bon. Maur eidem dno P. militi nomine perpetue et perpetualis acquisitionis integre persolutis, nichi-

[1] Martenoit, dans le val d'Illiés ?

luminus postea post longum tempus dnus R. de Chamcpel miles, frater eiusdem dni Petri vicedni, et W. filius ejusdem dni P. predictos decem sol. voluerunt revocare, heredes predicti dni Bosonis, videlicet Lyoneta de Montez et filios ejus super hiis licet immerito molestantes, non negantes hujusmodi venditionem predictorum X sol. annualium esse factam, prout superius est expressum, sed dicebant quod non fuerint legitime acquisiti, quia ad rectam venditionem plus valebant. Tandem hujusmodi revocatio et contestatio per prudentes viros sopita fuit et pacificata in hunc modum, quod eadem L. pro bono pacis eidem dno R. militi et W. nepoti suo supradictis dedit et persolvit quinquaginta sol. Maur. in bona pecunia numerata, et sic predicti X sol. venditi bis fuerunt et pro VI lb. et X sol. bonorum Maur. juste acquisiti. Qui dnus R. miles et W. ejus nepos predicti venerunt ad concordiam et pacem eidem Lyonete, etc. Ad hoc autem fuerunt testes dnus Jo. dictus Quarterii et dnus P. de Melduno, canonici Agaun., frater W. de Augusta ordinis fratrum Minorum, Hudricus mistralis Villenove et ego Jo. cantor ecclesie Agaun., qui hanc cartam scripsi et levavi, in qua ad preces partium fuit appositum sigillum capituli ejusdem ecclesie in testimonium veritatis. Cui si quis, etc. Actum anno Dni M.CC.LX.VII, mense decembri.

734

Pierre, métral de Louèche, vend un cens de six muids de seigle à Jean de la Cour de l'évêque.

Louèche, 1268, 2 janvier.

Archives de Valère.

Ego Petrus mistralis de Leucha, laudatione Aguetis uxoris mee, Mathei et Anthonii filiorum meorum et Felisie filie mee,

vendidi pro XL lb. magistro Johanni de Curia episcopali VI modios siliginis censuales ad mensuram Leuche. Datum Leuche, anno Dni M°.CC°.LXVIII°, IV° nonas januarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

735

Le recteur de l'hôpital de Sion donne en fief deux vignes et un jardin à Pierre de Mélant.

Sion, 1268, 11 avril.

Archives de la famille de Torrenté, copie du XVe siècle.

* Notum sit quod ego Willelmus de Augusta rector hospitalis Sedun., laudacione capituli Sedun., in feudum concessi Petro dicto de Melant ciui Sedun. duas pecias vineé quarum vna jacet juxta vineam dni Rodulphy de Narres canonici Sedun. et alia sub Saxo de Turbillion, juxta vineam dni episcopi, et ortum qui iacet juxta torcular quondam dni Giroldi de Turre militis et juxta viridarium Aymonis filii quondam Stephani de Turre, pro tribus sextariis uini et dimidio dicto hospitali annuatim reddendis et pro III den. seruicii et XII den. placiti. Actum Seduni, anno Dni millesimo CC LXVIII°, III idus aprilis, imperio vacante, Henrico episcopante.

736

Legs de Pierre, comte de Savoie, à l'hôpital du Grand-Saint-Bernard.

1268, 7 mai.

Wurstemberger, IV, 431. — Guichenon, IV, 75.
(Extrait.)

Anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, in crastino B. Johannis Evangeliste ante Portam Latinam, nos

Petrus comes Sabaudie nolentes decedere intestati de bonis nostris disponimus in hunc modum, etc. Damus et legamus hospitali Montis Bernardi domum nostram de Londonia cum eius pertinenciis, abbatie S. Mauricii Agaunensis C lb.

737

Rodolphe de Rarogne, donzel, vidomne de Sion, fait donation de ses droits et de ses possessions dans la paroisse et la vallée de Chouson (Saint-Nicolas) à son épouse Nantelma, fille de Girold de la Tour.

Rarogne, 1268, 12 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), ex originali in castro.

In nomine Dni Amen. Anno 1268, indictione 11, 4 idus maii, in castro de Rarognia, in presencia dni Henrici per Dei gracium episcopi Sedun., dni Petri de Augusta militis, P. de Larogne, Petri de Chamosono, domicel., Johannis maioris de Larogne, Johannis mistralis de Larogne, laicis, nobilis vir Rodulphus de Rarognia domicellus, vicednus de Seduno, non circumventus in aliquo, ut asserit, ex mera et spontanea voluntate dedit et concessit donatione irrevocabili facta inter vivos pro se et successoribus suis Nantelme vxori sue, filie dni Gyroldi de Turre militis, in avantagium sive ultra dotem suam, quidquid iuris, rationis, possessionis et dominii habet seu habere debet ex quacunque causa et ex quocunque modo in tota parochia et valle de Chauson, tam in monte quam in plano, in terris cultis et non cultis, pratis, nemoribus et hominibus, homagiis, fidelitatibus, talliis, serviciis et aliis rebus et usagiis uniuersis, ubicunque sint et quocunque nomine censeantur, in valle et parochia de Chauson, volens et concedens predicte Nantelme....

Le reste manque.

738

Antoinette (d'Anniviers), religieuse à la Maigrauge, au nom de son mari Pierre de Venthône, novice à Hauterive, donne un cens de six fichelins de seigle à la confrérie du Saint-Esprit d'Anniviers.

Vissoy, 1268, 6 juin.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 368, ex archivio ecclesiæ et vallis Annivisiensis.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Anthonia monacha de Macra Augia de Friburgo, quondam uxor dni Petri de Ventona, nouicii cenobii Alte rippe, gerens vices ipsius Petri in hac parte, dedi et concessi in perpetuum inter viuos et irreuocabiliter, pro remedio anime mee et dicti dni Petri et pro XX sol. michi solutis, confratribus confratrie Sancti Spiritus de Aniuesio sex fichilinos siliginis censuales cum jure et dominio ad mensuram Sedun., quos debet Willermus de Borni de Bramosio, tali conditione adiecta quod dicti confratres dictos sex fischilinos debent dare annuatim Perrete de Ventona vxori Willermi de Turre domicelli, dum ipsa Perreta vixerit tantummodo, et post decessum dicte Perrete dicti confratres dictum bladum sibi retineant et percipiant pacifice et quiete. Quam donationem dictus Petrus ratam habuit atque firmauit. Et ipse Petrus debet esse confrater predicte confratrie tali modo quod in perpetuum annis singulis tribus diebus Pentecostes debet habere unum pauperem in confratria supradicta et in obitu suo debet sibi fieri officium unius confratris. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Jacobus vicedominus, frater meus, Petrus mistralis de Leuca, Willenchus Marchianz, Johannes de Torrente, Brunus de Grimenchy et Petrus curatus de Aniuesio, qui hanc cartam leuaui, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., etc. Actum apud Vissoy, anno Dni M°CC°LX°VIII°, VIII° idus junii, imperio vacante, Henrico episcopante.

739

Donation faite à l'abbaye de Hauterive par le chevalier Pierre de Venthône, novice dans ce couvent.

1268, 22 juin.

Archives du canton de Fribourg, Hauterive, D., 7.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Petrus de Ventuna miles, nouicius Alteripe, proprii juris et potestatis adhuc existens, non seductus, non coactus, sed cum bona deliberatione et spontanea voluntate, talem donationem et ordinationem de rebus meis finaliter et irreuocabiliter feci. In primis donaui donatione facta inter viuos dno Wiberto abbati et conuentui monasterii Alteripe, Cysterc. ordinis, Lausan. dyocesis, in quo per Dei graciam propono professionem facere regularem, quinquaginta et tres lb. Lausan., de quibus empta est et soluta acquisitio de nouo facta apud Cottens ab Hartemanno domicello dicto de Grantson, et cum istis donaui eciam eisdem centum alias lb. eiusdem monete ad faciendam acquisitionem reddituum uel possessionum bonarum alias quibuscumque expendendas. Quam acquisitionem faciendam cum predicta iam facta annuatim valere probabiliter estimo ad valorem octo lb. et decem sol., Deo dante, uel amplius in bonis redditibus seu fructibus aliis bonis; de quibus omni anno viginti et quinque sol. assumi volo, ordino et precipio et de viginti eorumdem plenam refectionem conuentui predicto fieri in anniuersario patris mei, scilicet in vigilia beati Martini hyemalis, sub ista distinctione quod decem solidi in pane albo et uino, sex sol. in piscibus, quatuor autem in caseo totaliter expendentur. De residuis vero quinque sol. elemosina de eadem pauperibus mendicis ad portam eroganda sine defectu quolibet augmentetur et in integrum pauperibus talibus

tribuatur. Eodem modo sub eadem distinctione et disti
tione fiat per omnia in anniuersario matris mee, in festo
licet apostolorum Philippi et Jacobi, tam conuentui pre
quam eciam pauperibus annuatim de aliis viginti et qui
sol. assumendis omni anno de redditibus vel fructibus
valentia prelibatis. Residuum vero reddituum predicte
tamquam simplex elemosina vtilitati communi cedat mo
terii memorati. Obseruato nichilominus quod in obitu
sub hoc augmento reddituum conuentus predictus de
paupere clerico augmentetur in monachum regulariter
mittendo. Adieci eciam ad hec et adicio ordinando quod
dicti abbas et conuentus debita mea exsoluant, emenda
ciant et clamores pacificent ad consilium boni viri. Vt a
predicta donatio et ordinatio effectum plenarium consequ
donaui et dono abbati et conuentui debita centum et qua
librarum Mauris. in quibus dnus Johannes, dnus Girodu
Columber milites et Willelmus de Ventuna domicellus
bantur michi vel mandato meo, et viginti librarum Lau
quas michi debebant moniales Augie Friburgensis ; vole
precipiens eisdem militibus, domicello et monialibus
prefatis abbati et conuentui respondeant de predictis et p
menta faciant assignata. Et de hiis me deuestio, inues
eosdem abbatem et conuentum, dans eis jus et potest
requirendi, habendi et expendendi, sicut superius ordi
Prouiso diligentius quod dicta acquisitio facienda de cen
lb. Lausan. cambiando assumendis de primis pagam
prescriptorum Maurisiensium fiat; de residuo vero dicto
debitorum, hoc est de triginta et septem lb. Maur. et vi
lb. Lausan., soluant dictus abbas et conuentus debita
emendas faciant predictas de residuo et clamores effica
pacificent, diuinam voluntatem et animarum salutem in o
bus obseruantes. Quicquid autem de premissis superesse
tigerit solutionibus, emendis et pacificationibus predictis,

dino, volo et precipio sub obtestatione diuine districtionis a predictis abbate et conuentu fideliter recuperari et mendicis pauperibus in victu et vestitu totaliter erogari. Confiteor eciam veraciter quod predicti abbas et conuentus reddiderunt michi omnes solutiones et pagamenta que receperunt nomine meo vel suo a dno Johanne et dno Girodo de Columber militibus, nichil ex hiis penitus retinentes, sed omnia singula recepi ab eisdem. Nos autem abbas et conuentus Alteripe sepedicti predicti militis et nouicii nostri ordinationem tam in exactione et recuperatione debitorum quam in acquisitione facienda, refectionibus aniuersariorum, erogationibus mendicantium, solutione debitorum, emendis faciendis et clamoribus pacificandis et in omnibus aliis, sicut melius intellexit et expressit superius, bona fide promittimus efficaciter exequi omnia ac singula adimplendo et ad hoc obligamus nos et successores nostros, sicut melius possumus obligare. Confitemur eciam super expensis pro eodem actenus factis gratam nos refusionem habuisse in pecunia numerata. Et ad maiorem prescriptorum omnium firmitatem nos predicti abbas et Petrus de Ventuna sigilla nostra presentibus litteris apposuimus, vna cum sigillo venerabilis dni abbatis Humilismontis, ordinis Premontratensis, quod apponi rogauimus nos et predictus conuentus qui sigillum proprium non habebat. Datum X kl. julii, anno Dni M°.CC°.LX°. octauo.

Sceaux tombés.

740

Guillaume dit Major de Monthey cède sa part de la majorie de ce lieu à Lionette de Monthey.

1268, juin.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 711, ex arch. Agaun., Majus minut., fol. LVIII.

* Noverint universi quod W. dictus major de Montez, de

laude Fr filii , ittavit et werpivit Lionete majori de Montez ib is quidquid juris habebat quoq modo ve L. albergamentum suum, quittans cedens s L. et ejus albergamento illam part quam e in majoria de ntez et in fructibus guagerie Wuvrie (habebat) et quid iid V. de Columber solet tenere in domo et in virgulto de Chamonissons querelebat vel q relare poterat. Que L. griter persolvit eidem W. X s Maur. Testes: dnus Jo. de Columberio miles, dnus Ja. Montez.miles, P. frater ej s domicellus, N. Carterii, Jacol cantor ecclesie Agaun., etc. Actum anno Dni M.CC.LX.VI mense junii.

Dans un acte de 1261 paraît: « W. domicellus de Montez fra majoris de Montez. »

741

Donations de Pierre d'Ayent, chevalier, à la chapelle de Saint-Michel dan château d'Ayent.

Ayent, 1268, 14 juillet.

Archives de la famille de Torrenté, Copia litterarum de Ayent, fol. XXXIX verso.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod e Petrus de Ayent miles, de voluntate et consensu dne Jaco vxoris mee, ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie se per virginis et beati Michaelis archangeli et omnium Sanct rum, pro remedio anime mee et predicte vxoris mee et rentum nostrorum, volens dotare capellam sancti Michae de castro de Ayent, do et concedo eidem capelle, quam vixero in corpore, XL sol. Maur. annualiter censuales, q seruitori eius teneor reddere pacifice et quiete. Post decess

uero meum do et concedo eidem capelle censum bladi et vini quem sibi (l. michi) debent li Terseuil de Sessona cum omni seruicio, jure et dominio que habeo in eisdem. Ita quod seruitor qui hoc pro tempore obtinuerit, Aymoni de Turre et heredibus suis sex sol. annuatim soluere teneatur. Item dono et concedo post decessum meum memorate capelle talem partem qualem habere debeo et modo habeo in magna decima de Ayent et torcular cum appendiciis suis quod habeo en Boulis et vineam meam de la Corselma et pratum meum de Villa, ita quidem quod seruitor dicte capelle celebrare divina ad minus ter in qualibet ebdomada teneatur. Et in ipsa capella ego et successores mei, qui meam tenebunt hereditatem, jus patronatus habeamus perpetue possidendum. Et de hiis omnibus prout superius est expressum Petrum de Boteres clericum meum inuestiui, ita quod super hunc titulum ad ordinem sacerdotii quanto cicius poterit ualeat promoueri. In premissorum autem memoriam et testimonium sigillum meum presentibus duxi annectendum. Datum et actum apud Ayent, anno Dni M°CC°LXVIII°, II° idus julii.

742

Pierre de La Tour, chevalier, confirme une donation faite par Avéta à son mari.

Granges, 1268, 31 août.

Archives de la ville de Sion.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus de Turre miles, uicednus de Bagnes, laudatione Ysabelle uxoris mee et Petri filii mei, alii pueri mei erant impuberes, laudaui et confirmaui tale donum quale Aueta filia quondam Johannis dicti Sapientis de Granges dedit et concessit pro remedio anime

sue Johanni marito suo et heredibus eius, uidelicet medietatem prati de Crista platta, saluo usagio suo. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Aymo de Montiouet domicellus, Martinus de Crista, Bonusfilius de Chermignon inferiori et Petrus Allodi, qui hanc cartam leuaui, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Rodulphus clericus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Granges, anno Dni M°.CC°.LXVIII°, II kl. septembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

743

Guillemette, veuve de Guillaume le Bon, vend ses droits sur le moulin dit du Torcular à Ulric de Grimisuat.

Sion, 1268, 19 septembre.

Archives de Valère.

* Willermeta relicta Willermi Boni, laudatione Johannis filii sui, vendit pro VIII lb. et X sol. Vldrico de Grimisolio quicquid juris habebat in molendino dicto de Torculari, quod iacet iuxta pratum dni Nicholai de Bagnes canonici Sedun. et super molendinum de Strata , facturo usagia Willermo maiori de Suein. Datum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXVIII°, XIII kl. octobris, imperio vacante, Henrico episcopante.

744

Godefroid (de Blandrate), comte de Viége, reconnait avoir reçu en prêt 26 livres de Henri de Bacino.

Ernen, 1268, 8 octobre.

Archives de Valère.

Anno dominice incarnacionis millesimo CC LXVIII, indi-

cione XI, die dominico VIII intrante hoctubri, in loco de Aragnono, presentibus dno Johanne de Munenbacho et S. Tomaxio filio dni Petri de Uiossca et S. Rodolfo de Aragnono testibus, dnus Gotefreus comes de Uesbia et qui modo manet in loco Mararii et Guiglinus eius filius, consenciens vni altero et filius verbo et jussu et consensu patris, renunciavit exceptioni non numerate et non accepte pecunie et spey numeracionis et exceptionis future, fuerunt confessi et manifesti sese mutuo accepisse et habuisse lb. XXVI Murixinorum a dno Henrico filio quondam dni Petri de Bacino, quas lb. XXVI M. dictus dnus Gotofreus et Guiglinus eius filius consenciens pater et filius et unius verbo et jussu consensu alterius convenerunt et promixerunt stipullacione interpoxita eidem dno Henrico dare et redere et souere infra sanctum Michaellem proximum, bene spendere, et consignare ipsos denarios eidem dno Henrico in loco Bacini ad domum suam pro pace et pro guera et sine saximento et contradicione alicuius persone suis propriis expensis et dampnis et ita cum omnibus dampnis et dispendiis et guiardone restituendis, et inde extiterunt principales debitores et pagatores et obsides scilicet Johannes filius dni Petri de Munenbacho et S. Cunra de Munenbacho et S. Guillielmo clerico della Fontana de Aragnono et Guillielmus filius quondam S. Johannis de Plesbitore de Uiosca et Olricus filius quondam S. Guillielmi de Aragnono de super et Anricus del Pont de Aragnono desunt[1] et dna Marchixia vxor quondam S. Tome de Aragnono desunt, qui in omnibus et per omnia soluere et atendere et consignare promixerunt et conuenerunt sicut predictus dnus Gotofreus comes et Johannes eus filius, renunciantes ne possint dicere quod prius sint conueniendi. Item ipse dnus G. C. et ipse Guillielmus eius filius principalles debitores et ipse S. Johannes et S. Cunra et S. Guillielmus et Guillielmus et Olricus et Anricus et dna

[1] Desunt.

Marchixia secundarios debitores et obsides conuenerunt et promisserunt et fidenciam dederunt in manibus predicti dni Henrici sicut esse per sacramentum secundum consuetudinem Vallexii, quod si predictos denarios non fuerunt soluti in suprascripto termino suprascripto dno Henrico uel a suo secreto noncio cum omnibus dampnis et dispendiis et guiardone inde factis et decursis, quod venient ad standum in ostagiaria in taberna in loco de Aragnono, in quallibet taberna ipse dnus Henricus vollnerit, quando fuerit eis denonciatum per ipsum dnum Henricum uel per suum secretum noncium, et quod ab ipsa obstagiaria non sese remouebunt modo alliquo sine verbo dicti dni Henrici uel sui certi noncii, donec solucio dictorum denariorum non fuerit facta ipso dno Henrico vel a suo secreto noncio cum omnibus dampnis et dispendiis et guiardone inde factis et decursis occaxione dictorum denariorum. Item ipse dnus Gotofreus comes et Johannes eius filius pro uerbo et jussu et consensu patris et ipse S. Johannes et S. Cunra et S. Guillielmus clericus et Guillielmus et Olricus et Anricus et dna Marchexia convenerunt et promisserunt sub debito suprascripta fidencia quod non ponent nec poni facient ipsum dnum Henricum nec suos noncios in causis guiardone dactis nec permissis ipsi dno Henrico uel eius noncio per literas quas possent impetrare a dno pape uel a curie romane uel per aliquod preceptum quod possit eis fierii a dno papa uel a curie romane, et causa sic atendendi et obseruendi per omnia, ut supra legitur, in omnibus capitullis et singullis cum omnibus dampnis et dispendiis et guiardone restituendis et inde eidem dno Henrico omnia eorum bona pignorii obligauerunt, quisque eorum in toto; renunciantes illi none constitucionis que loquitur ex duobus eris debendi et epi(sto)lla diui Adriani et omni probacioni solucionis facte siue hoc breve incisso uel allio finis et omni alii jurii legum vsui et statutis et consuetudini et tenore et pacti quod esse

inter homines Vallexii et homines Ossolle cum quibus et pro quibus esse tuerii possent a suprascripta obstagiaria et promissione et obligacione et factura. Ista carta non est soluta. Ego Petrus notarius de Bacino hoc breue tradidi et scripsi et subscripsi.

745

Philippe, comte de Savoie, et l'évêque de Sion annulent, d'un commun accord, le traité d'échange conclu en 1260 entre le comte Pierre et le même évêque.

Martigny, 1268, 14 novembre.

Archives du canton du Vallais, volume intitulé : Traités entre le Vallais et la Savoie, etc., fol. 35. — Furrer, III, 84.

Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi quod cum olim inter illustrem virum Petrum comitem de Sabaudia, ex una parte, et venerabilem patrem dnum Henricum Dei gratia episcopum et capitulum Sedun., ex altera, facta fuerit quedam permutatio, videlicet de rebus quas dictus episcopus et ecclesia Sedun. habebant ab aqua que dicitur Morgia inferius versus Chablasium et vltra, ad res quas dictus comes habebat a dicta aqua Morgie superius versus orientem, in qua permutatione ipsi comes (l. episcopus) et capitulum asserebant se et ecclesiam suam lesos esse, tandem sublato de medio dicto dno comite supradicto, vir illustris dnus Philippus Burgundie e Sabaudie comes, heres et successor dicti comitis Petri, nolens lesionem ecclesie supradicte, memoratis episcopo et capitulo et ecclesie Sedun. et suis reddit et deliberat omnes terras et possessiones, omnes fidelitates et jura que ad dictum comitem pertinebant ex causa permutationis predicte, quittans ipsos et absoluens a contractu permutationis et omnibus obligationibus initis olim super his inter partes predictas. Viceuersa

vero dnus episcopus et capitulum nomine suo et ecclesie sue reddunt et deliberant dicto dno comiti Philippo et suis omnes terras et possessiones, fidelitates et jura que ad dictum episcopum et capitulum peruenerunt ex causa permutationis predicte, quittantes enim et absoluentes a contractu permutationis eiusdem et omnibus obligationibus olim super his inter partes predictas. Et si forte contingeret reperiri quod dictus comes Petrus preter predicta aliquid reliquerit uel legauerit dicto episcopo vel ecclesie supradicte in testamento suo, illud remaneat saluum ipsi episcopo et ecclesie memorate. Hoc acto quod si de predictis rebus permutatis aliquid ab altera partium alienatum fuerit uel pignori obligatum, pars alienans vel pignori obligans alteri partium deliberare in illo statu in quo erat tempore facte permutationis supradicte. De pascuis vero super quibus erat contentio, videlicet de pascuis que sunt ab aqua de Rongy ad Pasblicon et de pascuis et vsu pascuorum et nemorum de Fengran et ab acqua de Morgia vsque ad aquam de Lyserna et de Brignon est ordinatum et actum quod in limitationibus et vsibus eorumdem stetur dicto et ordinationi quam memoratus dnus episcopus in bona fide et conscientia sua dixerit faciendum. Et si forte ipse in aliquibus dubitaret vel sub fide sue conscientie in his ordinare nollet, debent super his stare dicto et ordinationi quam probi viri communiter eligendi duxerint faciendum. Si vero inter partes predictas alique querele et contentiones contingeret suboriri, actum est inter easdem partes quod predicte contentiones siue querele per probos viros hinc inde communiter eligendos secundum bonos vsus et consuetudines patrie terminentur. Quo circa supradictus dnus comes Philippus pro se et suis, ex vna parte, et dicti dnus episcopus et capitulum nomine suo et ecclesie sue et pro suis, ex altera, ad bonam et firmam pacem deuenientibus quittant sese et liberant penitus et absoluunt de fructibus perceptis in rebus permutatis predictis et dirutionibus castrorum et querelis mutuis et rancoribus prouenientibus hinc et

hinc tam occasione guerrarum huc vsque habitarum, castrorum diratorum, hominum mortuorum et captiuorum, fide incisionum et redemptionum eorumdum, qualibet ratione huc vsque ad hodiernam diem. Promittentes fide prestita hinc et inde predicti scilicet dnus episcopus et capitulum pro se et successoribus suis et dictus dnus comes Philippus pro se et heredibus ac successoribus suis omnia predicta et singula firmiter et inviolabiliter obseruare et contra facto vel verbo, in judicio uel extra, per se vel per alium, modo aliquo de cetero non venire nec contra ire volenti aliquatenus consentire. In quorum omnium robur et testimonium nos memorati episcopus et capitulum et comes Philippus presentibus litteris sigilla nostra duximus appendenda. Datum et actum apud grangias de Martigniaco, die mercuri post festum S. Martini hyemalis, anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo octauo.

Ita est per copiam extractum ab ipso originali instrumento manu mea propria et facta diligenti collatione de eadem ab ipsius originali cum recepto computorum sub... per me notarium et clericum D. Michaelis Bo..... Itaque facta collatione ut supra.

Vri. Moraris.

746

Déclaration de Philippe, comte de Savoie et de Bourgogne, au sujet du lieu où doivent se tenir les marches entre les comtes de Savoie et les évêques de Sion.

Martigny, 1268, 14 novembre.

An. Jos. de Rivaz. Opera hist. XI, 664, Ex archivio Valeriæ.

Nos Philippus Sabaudie et Burgundie comes notum facimus vniuersis quod licet anno Dni MCCLX octauo, die mercurii post festum beati Martini, venerimus ad parlamentum apud grangias de Martiniaco cum venerabili patre dno Henrico Dei gratia episcopo Sedun., faciendo ibi pacem cum eo et nobis

ad inuicem, ibidem fidelitates mutuas et debitas faciendo, intendimus tamen et nolumus quod propter hoc memorato episcopo vel ecclesie Sedun. in posterum preiudicium generetur, immo quod locus et fines antiqui et vsitati inter comites Sabaudie, ex vna parte, et ecclesiam Sedun., ex altera, ad huiusmodi consilia facienda et ad causas et discordias eorum audiendas et decidendas, non obstante predicto parlamento et loco in quo ipsum tenuimus, ex nunc in ante more solito obseruentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum loco, anno et die predictis.

747

Vente d'un cens par Guillaume dit Major de Vernamiège.

Sion, 1269, 20 janvier.

Archives de Valère.

* Willermus dictus Major de Uernamiesi, laudatione Willermete uxoris sue et Johannis filii sui et Uldrici filii quondam Amedei de Rarognia, sine aliquo usagio, uendidi pro XL sol. Nicholao de Nas unam libram gingeberis ad magnum pondus et unam libram piperis ad paruum pondus. Datum Seduni, anno Dni M°CC°LIX°, XIII kl februarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

748

Le recteur de l'hôpital de Sion vend une maison à Aymon marguiller de Sion.

1269, 1er février.

Archives de la famille de Torrenté, copie du XV° siècle.

* Notum sit quod ego Willelmus de Augusta, rector hospi-

tatis Sedun., de consensu capituli Sedun., vendidi et in feudum concessi pro septem lb. acquisitionis et sex den. seruicii et III sol. placiti Aymoni marticulario Sedun. et heredibus eius domum quam nomine dicti hospitalis possidebam retro campsorium in palatio. Adiectum est quod si dictus Aymo domum predictam venderet, dictum hospitale pre ceteris uel quilibet clericus ante laycos dictam domum possit habere soluendo precium pro eadem. Quam domum dictus Aymo, si de ipsa in vita sua aliter non ordinauerit, dedit et concessit post decessum suum ei qui pro tempore matricularius ecclesie inferioris fuerit perpetue possidendam. Testes : dnus Henricus Dei gracia Sedun. episcopus, Petrus et Martinus, decani, Nycolaus de Grimisolio, Nycolaus de Bagnes et Conrardus, canonici Sedun. et Petrus Billonis, qui, etc., Anno Dni M°CC°LXIX° kl. februarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

749

Henri, évêque de Sion, donne la jouissance viagère du vidomnat d'Anniviers à Jacques d'Anniviers.

Valère, 1269, 1er mars.

Archives de Valère, C. 122.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Henricus Dei gracia Sedun. episcopus, laude capituli nostri, commendauimus Jacobo de Aniuesio, filio quondam dni Jacobi de Aniuesio militis, vicedominatum nostrum vallis Aniuesii in sua vita quammodo possidendum, talem conditionem adhibentes vt ipse personaliter dictum vicedominatum interim tanquam noster procurator et nuncius regat fideliter et deuote, possit tamen alium procuratorem sibi constituere, qui dictum vice-

dominatum regat in absentia sua fideliter, ut dictum est, quocienscunque a dicta valle se voluerit absentare. Post decessum vero eiusdem Jacobi ad mensam episcopalem deuoluatur. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Petrus et Marcus, Sedunenses decani, Nicholaus de Grimisolio, Nicholaus de Bagnes, canonici Sedun., et Normandus cantor et cancellarius Sedun., qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, Valerie, dicto capitulo existente, kl. marcii, anno Dni M°CC°LXIX, imperio vacante, Henrico episcopante.

Hanc cartam postmodum in registro repertam ego Girardus de Dallio clericus juratus super hoc eam scripsi, etc. Actum in ecclesia Valerie, die mercurii proxima ante festum B. Johannis Baptiste, anno Dni M°CCC°XX° tercio, imperio vacante, Aymone episcopante.

750

Jacques de Blouvignoux, chevalier, et son frère Anselme donnent en fief à Chabert d'Ayent le domaine direct de prés situés à Pierre-Usenan et à Mombaldon.

Saint-Romain, 1269, 11 mars.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXVI.

Notum, etc. quod ego Jacobus de Bliuignoc miles et Anselmus frater meus, laudatione Ysabelle vxoris sue et Jacobi filii mei, vendidimus et in feodum concessimus pro VI lb. acquisitionis et II den. seruicii et sex den. placiti Chaberto de Ayent dominium prati de Petra Vsenan et omne vsagium quod debetur pro eodem prato, quod colunt Johannes Cullos et Petrus frater eius, et dominium pratorum de Petra Vsenan et de Mombaldon et totum vsagium quod debetur de dictis

pratis, que colunt Johannes Jornaz et confratres sui, excepta parte Vulliermi Jornal de Bliuignoc de hoc de Monbardon et quartas duorum frustorum prati, que colunt Arnaldus Materez et Petrus de Petra apud Petram Vsenam. Testes Nantelmus de Ayent miles, Vulliermus Mistralis, Aymo Maczon de Ayent et Petrus de Ayent dyaconus, qui, etc. Actum apud Sanctum Romanum, anno Dni M°CC°LXIX°, V° idus marcii.

751

Statuts établis par l'évêque, le vidomne, le major, le sautier et les citoyens de Sion.

Sion, 1269, mai.

Archives de la ville de Sion; cahier en parchemin de 8 pag. in folio.

Anno Dni M°CC°LXIX°, de uoluntate et consensu reuerendi in Christo patris Henrici Dei gratia episcopi Sedun. et uenerabilis uiri Henrici sacriste et uicedomini Sedun. et maioris, sahieri ac ciuium Sedunen., mense maii, statutum est in placito generali ac etiam ordinatum quod, si quis de ciuibus Sedun. causa edificandi de nemore de Tyon pecierit, octo electi sint qui debent inspicere necessitatem petentis et ad euidenciam et dictum ipsorum custodes nemoris per iuramentum quod fecerunt debent docere petenti ubi ligna scindet ad menus dampnum.

Item statutum est quod XII de ciuibus Sedunen. debent eligi qui per consilium uicedni de pascuis et communitate tocius custatis infra uillam et exterius tenentur totaliter ordinare, et specialiter de Seduna et Rodano usque in Nanz, ita quidem quod illi XII ad hoc deputati uel illi qui pro tempore adfuerint, si omnes XII predicti non possent interesse, per consilium uicedni debent precipere detentoribus et impeditoribus

pascuarum ut infra terminum quem eis asignabunt, prout ditauerint, et expediant et deliberent tam Sedunam quam pascua supradicta. Quod si facere nollent, illi qui ad hoc electi sunt tenentur tam pascua quam Sedunam ubique deliberare et expedire ad expensas detentorum et impeditorum predictorum, et dnus episcopus, uicednus et maior tenentur ipsos indempnes super hoc totaliter obseruare. Isti sunt XII consules qui de consilio dnorum debent de omnibus commu(ni)tatibus ordinare.

Item statutum est quod si quis alicui debitum uel redditoriam uel obstagium petierit, et alter negauerit uel diem petierit, infra triduum debet iudicium super fieri et ius dici et debet deduci per quatuordenam secundum consuetudinem uille. Et si aliquis aliquem impetierit quod sit fideiussor suus ex parte alterius et ille fideiubsionem non confessus fuerit, si uoluerit iurare quod nesciat fideiubsionem, debet ei dari terminus de tradere garentum usque ad XV dies, et tunc debet plenarie respondere et super ipsa querela debet tunc ius dici et debet deduci per quatuordenam secundum consuetudinem uille. Si uero debitor principalis quem allegauerit pro garento, non esset infra patriam, debet ei dari terminus XL dierum nec amplius, et si debitor interim uenerit fideiussor statim, ut supra dictum est, respondere teneatur. Si uero petitor dare cautionem fideiubsoriam noluerit, quod si alium super fideiussione iniuste impetierit, iuste ei re(sarciet) fideiubsor a XV dies ulterius pactum teneat, prout superius est expressum.

Item statutum est in pena LX sol. ut nullus sit socius de mercibus que causa uendi infra patriam uenenut a pertica montis Jouis et ab Octans superius et ab aqua que dicitur Lyestinaschi et a Forcla de Conches inferius, nec alibi infra dominium et districtum dni episcopi. Et quod nullus possit emere merces aliquas insimul quousque per triduum continuum uendantur a menu in ciuitate Sedun. Et quod aliqui de mercatoribus non associent se de precio uenditionis dicendo:

tu non dabis pro tali precio et ego similiter non dabo, ut carius uendant. Et hanc penam ambo facientes scienter contractum se nouerint incursuros.

Item statutum est in pena III sol. et semis ut nullus ante domum suam possit locare tabulas alicui ad uendendum, quamdiu cines Sedun. ibi uendere et ponere uoluerint, et tabule sint de una tesa in longitudine et dimedia in latitudine ad opus illorum qui habent domos in foro.

Item statutum est quod sit en encheti qui uendet uinum ad tabernam amplius quam per preconem ville clamatum fuerit, et quod nullus in pena III sol. et semis uinum uendat ad tabernam quousque per ipsum preconem fuerit proclamatum.

Item statutum est in pena VII sol. et semis ut macellarii non uendant a festo Pasche usque ad Assumptionem beate Marie bonos quarteros arietis nisi quinque denarios et minores minus, et ab Assumptione ulterius nisi quatuor denarios, et quarteros arietis salsatos nisi V denar. per circulum anni, et quarteros ouium III den., et quarteros caprarum III den., et quarteros caprarum salsatos per circulum anni IIII den., et quod in aliis carnibus, uidelicet bobus, uaccis, porcis, uitulis, agnis, capreolis et aliis que si fuerint non lucrentur per iuramentum quod facient in solido nisi duos denarios cum expensis suis extimando legittime per iuramentum suum ualorem petium et coriorum. Et de hoc firmiter obseruando tenentur ex nunc in antea ipsi macellarii quolibet mense uel qualibet quatuordena facere iuramentum cum a dnis uel eorum nunciis super hoc fuerint requisiti, et hac lege VII sol. et semis tam venditores quam emptores qui predicti statuti extiterint transgressores sint astricti.

Item statutum est in pena III solid. et semis ut pelliparii non accipiant pro tunica plana facienda nisi III den. et pro roba integra decem den. et pro caligis unum denar., et hanc penam subeant tam datores quam receptores.

Item statutum est ut molendinarii caueant sibi in pena trium solidorum et semis quod molendina sua sint bona et integra et bene molencia, quare quoquomodo bladum per negligenciam ipsorum amittatur teneantur totaliter emendare, nec accipiant in pena LX sol. de blado nec de farina nisi suam legittimam emina(m), que emina sit talis quod XXX et VI faciant fischilinum.

Item statutum est ut clibanarii in pena trium sol. et semis non accipiant pro modio coquendo nisi IX den., nec coquant ad unum ignem nisi duas furnatas panis. Et si panis pro ipsorum negligencia uastatus fuerit, emendare teneantur.

Item statutum est ut nullus per circulum anni preterquam ad nundinas in pena III sol. et semis eat pro emere aliquid de rebus que ueniunt causa uendendi ad ciuitatem a domo Uuillermi de Tempurina et a domo que fuit ol Parior et a domo que fuit ol Bramuys et a fabrica quondam Amedei ulterius, sed dimittant uenire res in foro, ubi quicumque uoluerit ueniat ad emendum.

Item statutum est quod si aliquis inuentus fuerit qui accipiat res alicuius in campis siue pratis, ortis, uineis, uel uirgultis, si intratus fuerit sine diruptione sepis et hostii, debet dno III sol. et semis et emendare dampnum. Si autem sepem uel hostium fregerit, debet cum emenda dampni dno LX sol., et si bannum non posset soluere, exeat et relinquat uillam et quicumque postea ipsum in domo sua retornaret uel ei infra uillam impemderet consilium et iuuamen, in predicto LX sol. banno dno teneretur.

Item statutum est ut bubulci de cetero non uendant diem nisi XVIII den. cum esca aut duos sol. sine esca, et qui pro lucro de les bales uoluerit arare, non pascat boues suos in pascuis uille, et quociens in pascuis pascendo inuentus fuerit, totiens dno VII sol. et semis soluere teneatur.

Item statutum est ut asinarius non accipiat tempore messium

et fenacionum pro se nisi duos denarios et pro asino nisi duos den., et quod non deferat nocte secum aliquantulum de feno, et gelimas ligando os asinorum ducat totaliter, ne uastentur. Alio uero tempore non accipiant pro asino nisi solum denarium, et qui plus dederit uel receperit in pena III sol. et semis dno teneatur.

Item statutum est ut ueturarii uini non accipiant de cheualata uini a torculari Amedei nisi solum den., et a Folone et a uinea Uldrici de Gissiney et a uinea Anthonii ol Prer inferius de cheuala III obolos, et ab illis terminis superius usque ad summitatem uicorum et usque ad torcular Martini Pacot de cheualata II den., et a torculari Martini Pacot superius usque ad bannum de Drona IIII den., a Monte Ordeo usque a la Sya de Seya et usque ad Morgiam III den., et a la Sya de la Seya ulterius IIII den., apud Contegium IIII den., apud Uertru IIII den., apud Magnochst V den., apud Ardunum VI den., apud Miliguum usque a la Reyei III den., apud Sanctum Leonardum IIII den., in Boulis VI den., apud Nanz a clauso a la Gruy ulterius III den. Et qui infra predictos terminos plus dederit uel acceperit, in banno III sol. et semis dno teneatur.

Item statutum est ut cuprifabri reddant libram de cupro suo operatam pro IX den. et pro operatione libre cupri alieni non accipiant nisi IIII den. et obulum. Et qui plus acciperet seu daret, penam III sol. et semis se nouerit incursurum.

Item statutum est ut fabri fabricent duodenam de lacier in grosso opere pro VII den. et platram ferri pro IX den. et lo quarrel de lacier in tallent pro uno denario. Et qui plus receperit seu dederit pene III sol. et semis subiacebit.

Item statutum est quod ubicumque siue in pratis siue in uiis rapillatores feni de cetero inuenientur, in banno VI den. custodibus teneantur. Et si in uineis rapillatores inuenti fuerint, quousque uinee de quolibet ea penitus sint uindemiate, teneantur custodibus VI den. quilibet, et ipsi custodes cum

custodiam suam recolligunt custodes alios substituant loco sui.

Item statutum est ut sectorii non accipiant pro mercede unius diei nisi [1] . . . . cum esca aut VII den. sine esca et qui plus acceperit uel dederit, pene III sol. et semis sit astrictus. Excipitur tamen Insula Rotunda.

Item statutum est ut operarii non accipiant pro mercede unius diei nisi duos den. cum esca aut IIII den. et uinum sine esca aut V den. sine uino. Et qui plus acciperet seu daret, penam incurrat supradictam.

Item statutum est ut iudicia et assignationes dierum communia duo episcopo et uicedno, maiore et psaltero per tabelliones iuratos rediguntur in scriptis et penes iudicem remaneant, ne per strepitum aduocatorum possit ueritas uariari, et accipiat tabellio pro scriptura que remanebit penes iudicem de quolibet iudicio ab utraque parte II den. et si plura iudicia inter duos insimul super eadem querela occurrerent, a primo iudicio in antea debet dare quelibet pars tabellioni pro quolibet alio iudicio, excepto primo penes iudicem inscribendo, I den. Si uero partes iudicia et assignationes dierum in scriptis penes se habere uoluerint, tantumdem soluant tabellioni pro scriptura illa quantum pro scriptura que penes iudicem remanebit.

Item statutum ut si ignis domum alicuius inuaserit, ille cuius domus fuerit omnes les gierles qui in ipso igne extinguendo amisse fuerint, credendo eis qui amiserint fide sua data absque alia probatione, teneatur emendare. Ita quidem quod ille cuius domus fuerit in cimiterio clamare faciat quod omnes illi alienas gierles habuerint, ei afferant infra domum suam, ut possit cuilibet suam reddere uel amissam emendare.

Item statutum est ut prata de Insula Rotunda sint in ban[illegible] ab VIII diebus festum beati Johannis Baptiste usque ad[illegible]

[1] Trou au parchemin.

nos dies natiuitatem beate Marie Uirginis subsequentes, et in Campo Sicco non intrent animalia usque ad festum beati Michaelis. Et hoc constitutum est in banno III sol. et semis, excepta custodia custodum uidelicet uademonium suum.

Item statutum est ut non uendatur de cetero galina nisi quatuor denarios et capo VI den., et qui plus uendiderit seu emerit in penam trium sol. et semis dno teneatur.

752

Prononciation arbitrale entre l'évêque de Lausanne et le prévôt et le chapitre du Mont-Joux au sujet des cures possédées par ces derniers dans le diocèse de Lausanne.

Lausanne, 1269, mai.

Archives du canton de Vaud ; Lausanne, N° 74.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod cum controuersia moueretur inter venerabilem patrem Johannem Dei gratia episcopum Lausannen., ex vna parte, et viros religiosos Petrum prepositum Montis Jouis et eiusdem loci capitulum, ex altera, super datione curarum in ecclesiis ad hospitale Montis Jouis pertinentibus sitis in dyocesi Lausan., quam datuonem dicti prepositus et capitulum dicebant et asserebant ad se pertinere, episcopo non requisito et sine presentatione aliqua dicto episcopo facienda ; ipso dno episcopo contrarium asserente et dicente dictam donationem ad se pertinere de jure communi. Tandem commissum fuit amicabiliter a partibus in arbitros, videlicet in viros religiosos fratrem Nicolaum de Albona et fratrem Guillelmum de Sancto Secano, ordinis fratrum Predicatorum Lausanen., et promiserunt dicte partes [illegible] se et [illegible] suis firmiter obseruare et tenere in [illegible] amicabiles compositores super

premissis dictum fuerit seu ordinatum. Qui fratres predicti amicabiliter arbitrium suum proferendo dixerunt, arbitrati fuerunt, ordinauerunt et statuerunt in perpetuum obseruandum, quod prepositus Montis Jouis, qui pro tempore fuerit, ad ecclesias suas parrochianos habentes que per dictos religiosos Montis Jouis officiari consueuerunt, economos suos per se vel per litteras suas dno episcopo presentet et teneatur presentare, quotienscunque predictos canonicos vel aliquem eorum contigerit decedere vel aliquo casu remoueri. Quam presentationem dictus episcopus sine examinatione et difficultate aliqua tenebitur admittere et admittet, recepta prius resignatione ab illo qui curam tenebat. Si vero ad mandatum prepositi curam nollet resignare, ipso excommunicato ab eodem preposito, dictus episcopus presentatum alium a dicto preposito recipere tenetur, contumacia ipsius non obstante. Quos canonicos dictus prepositus remouebit, inrequisito episcopo, quandocunque dictus prepositus voluerit et sibi et ecclesie sue viderit expedire. Dixerunt preterea et ordinauerunt dicti fratres, de consensu dni episcopi et capituli Lausan., quod licet rectores seculares fuissent actenus in ecclesia Sancti Liberii, dyocesis Lausan., vnus canonicus Montis Jouis in ea sit residens in futurum, qui in ipsa ecclesia Sancti Liberii et in capella de Lauygniaco seruiat in futurum et sit vna eademque cura in dictis ecclesia Sancti Liberii et capella de Lauygniaco, et quod dicte ecclesia Sancti Liberii et capella de Lauygniaco ad prioratum de Estuy spectare dignoscuntur, prior qui pro tempore fuerit in ecclesia de Estuy poterit remouere a dictis ecclesia Sancti Liberii et capella de Lauygniaco canonicum illum, episcopo non requisito, quotienscunque voluerit et sibi viderit expedire, et alium canonicum presentare in eisdem ecclesia et capella ad curam recipiendam, secundum quod de aliis ecclesiis superius est expressum, recepta prius resignatione ab illo qui curam tenebat. Si vero ad mandatum

prioris curam nollet resignare, memoratus episcopus tenetur alium presentatum a dicto priore recipere. In quorum omnium premissorum testimonium et firmitatem perpetuam nos predicti episcopus et capitulum ecclesie Lausan. et nos predicti prepositus et capitulum Montis Jouis presentes litteras sigillis nostris fecimus sigillari. Datum anno Dni M°CC°LX° nono, mense maii, apud Lausannam.

753

Rodolphe, archevêque de Tarantaise, annule, comme arbitre, le contrat d'échange conclu entre l'évêque et le chapitre de Sion le 10 mars 1262.

Valère, 1269, 31 août.

Archives de Valère, A, 37.

Ut antiquis gesta temporibus per obliuionis caliginem a tenoris sui constantia processu temporis non recedant, litterarum solent indiciis eternari. Ea propter nos Radulphus miseratione diuina Tarent. archiepiscopus notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis quod, diu orta et aliquandiu durante discordia inter venerabilem fratrem dnum Henricum Dei gratia episcopum Sedun., ex una parte, et capitulum eiusdem loci, ex altera, super quadam commutatione quarumdam decimarum, videlicet de Ryda et de Chamoson, ipsius capituli olim per manum nostram facta ad quemdam censum bladi annui de mensa episcopi memorati ipsi capitulo apud Vernamiesi et Leucham per episcopum assignatum [1] et super custodia castri de Monteordeo, tandem partibus in nostra presentia constitutis, in castro Valerie, in ecclesia ad quam venimus causa uisitandi auctoritate metropolica pre-

[1] Voy. N° 682, pag. 64.

missos episcopum et capitulum et totam diocesim Sedun., et ipsis dno episcopo et capitulo nobis uiua uoce et fideliter promittentibus super dictis eorum discordiis dictum et arbitrium ac deffinitionem nostram se inuiolabiliter seruaturos, nos dictarum discordiarum uisa qualitate, diligenter ac pleniter intellecta, sane super hoc consulti diffiniendo pronunciauimus ad expressam uoluntatem et instanciam partium predictarum, quod predicta permutatio sit penitus reuocata, premisso dno episcopo bladum predictum, quod antiquitus fuit de mensa eiusdem, et prenominato capitulo premissas decimas, sicut eas ab antiquo possederat ante permutationem predictam, sententialiter assignantes. Et ne nostra diffinitio in predictis delusoria imposterum posset uideri, sepe dictus dnus episcopus pro se et suis successoribus episcopis cessit iamdicto capitulo coram nobis, sciens ac spontaneus, quicquid iuris ac rationis occasione dictarum permutationum uel alia quacumque de causa habebat seu habere poterat in decimis supradictis et easdem ipsi capitulo restituit pacifice possidendas, gratus et contentus existens quod memoratum capitulum eidem episcopo uel successori eiusdem episcopi, qui pro tempore fuerit, pro custodia dicti castri de Monteordeo sex libras Mauris. annuales tantum et non amplius soluere teneatur. Et pro dictis sex libris annualibus jam dictus episcopus pro se et suis successoribus episcopis prefatum capitulum occasione dicte custodie ab omni alia exactione imperpetuum quittat liberaliter et absoluit. Promittens fideliter pro se et suis successoribus episcopis sepedicto capitulo quod quandocumque ipsum capitulum pro se uel rebus aut hominibus suis reductione predicti castri indigeret, ipse dnus episcopus uel successor eiusdem qui pro tempore fuerit ipsum capitulum, bona et homines suos sicut personam suam receptabit et per castellanum dicti castri, qui pro tempore fuerit, receptari faciet in castrum predictum, et hoc sic attendendum jurabit omnis quicumque castellanus instituetur

ibidem. Dictum uero capitulum ipsi episcopo bladum illud dimittit liberaliter ac resignat quod pretexta dicte permutationis usque nunc recepisse debuit ab eodem, et de omnibus retentis bladi predicti capitulum absoluit episcopum supradictum. Insuper dictus episcopus promisit indempnitatem prestare dicto capitulo de consensu et granto factis magistro Radulpho de Viuiaco de decimis supradictis. Promisit etiam eidem capitulo instrumenta data et concessa ab ipsis dicto magistro Radulpho super consensu collationis dictarum decimarum restituere capitulo sepedicto. In cuius rei testimonium ac perpetue titulum firmitatis nos dictus Radulphus archiepiscopus et supradicti episcopus et capitulum in signum consensus sigilla nostra duximus presentibus litteris apponenda. Datum in ecclesia Valerie, pridie kl. septembris, anno Dni M°.CC°.LX°. nono.

Sceaux : 1° Evêque debout, crossé, mitré, bénissant :... RAD. ARCHIEP....
2° Item.... HENRICI : DI : GR.... EPI : SEDVNENS...
3° Le sceau du chapitre est tombé.

754

Waland de Grimisuat vend un cens de vin à la confrérie de Sion.

Sion, 1269, 6 novembre.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Walandus de Grimisolio, laudatione Auete uxoris mee et Petri et Johannis filiorum meorum et Aymonete et Isabelle uxorum suarum, uendidi pro IIII lb. et X sol. confratrie Sedun. quinque sextarios malte censuales, reddendos annuatim in meis raes sitis apud Mulignon. Et si dictus census in ipsa uinea non cresceret, ego et heredes mei tenemur pro quolibet sextario qui deficeret reddere vnum fachilinum frumenti. Testes : Johannes curatus de Grimisolio,

Jacobus Cocus et Aymo de Lenz, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXIX°, VIII° idus nouembris, imperio vacante, Henrico episcopante.

755

Werner de Kien reconnaît devoir 40 marcs d'argent et 40 livres Mauriçoises à Henri Albus, de Granges.

Muhlenen, 1269.

Archives de Valère.

Quoniam labilis est memoria hominum et sensus eorum ad malum procliuior, solent sapientes que geruntur in tempore posterorum memorie per litterarum apices commendare. Notum sit igitur vniuersis presentium inspectoribus quod ego Wernherus nobilis dictus de Kiena dno Heinrico dicto Albo de Gradensche teneor in XXXX marcis argenti legalis dapsilis et acceptabilis nec non in XL libris Morisinensium a festo S. Galli proximo uenturo ad annum integraliter et bona fide solvendarum ; et ob hoc ego predictus Wernherus principaliter debitor et fideiussor(es) preterea omnes homines mei superioris districtus sumus antedicti dni Albi. In testimonium premissorum presentem litteram sigilli mei karactere communiui. Datum apud Mulinon, anno Dni M°.CC°.LX°IX° indictione XIIII[a].

Sceau pendant.

756

Pierre de Mulignon donne en fief un champ à Perrette, veuve d'Amédée Fabri.

Sion, 1270, 5 janvier.

Archives de Valère.

Notum, etc., quod ego Petrus filius quondam Manegodi de

Malignon, laudatione Beatricis uxoris mee et Willermi filii mei, in feodum concessi pro XXVII sol. acquisitionis et II den. seruicii in secundo anno et VIII den. placiti Perrete relicte Amedei Fabri unam rassiam campi in Cumba, sub uia de prato Comera, et reddidi eis in garentationen unum iuger campi in Cumba de Ualeria, quod iuger debet duos fischilinos siliginis in secundo anno capitulo Sedun. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXX°, nonas januarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

757

Vente faite par Pierre Rodier.

Münster, 1270, 11 janvier.

Collection du recteur Jean Ant. de Riedmatten.

* Notum sit quod ego Petrus filius quondam Conrami Rodier militis, laudatione Isabele vxoris mee, vendidi pro 10 lb. et 6 sol. Willelmo in superiori villa Monasterio, Johanni Sartori, Nicholao Zurbere, Waltero an dem Stalden, Henrico Nater, Arnoldo sub Rokardo, Conrado Nater, Petro an der Furen et comparticipibus eorum quidquid me contingebat an Lantherendienste uel in Uzferte supra manso Richingerro, cum omni jure et dominio. Que omnia ego et heredes mei tenemur garentire et curie deseruire. Actum Monasterii, 1270, 3 idus januarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

758

Pierre et Edeline Malatiérez donnent en fief une maison à Jordan de Fribourg.

Sion, 1270, 9 février.

Archives de Valère.

* Petrus Malatierez, laudatione Margarete uxoris sue, Rodulphus filius eius impuber erat, et Oedelina relicta Petri

Item statutum est ut molendinarii caueant sibi in pena trium solidorum et semis quod molendina sua sint bona et integra et bene molencia, quare quoquomodo bladum per negligenciam ipsorum amittatur teneantur totaliter emendare, nec accipiant in pena LX sol. de blado nec de farina nisi suam legittimam emina(m), que emina sit talis quod XXX et VI faciant fischilinum.

Item statutum est ut clibanarii in pena trium sol. et semis non accipiant pro modio coquendo nisi IX den., nec coquant ad unum ignem nisi duas furnatas panis. Et si panis pro ipsorum negligencia uastatus fuerit, emendare teneantur.

Item statutum est ut nullus per circulum anni preterquam ad nundinas in pena III sol. et semis eat pro emere aliquid de rebus que ueniunt causa uendendi ad ciuitatem a domo Uuillermi de Tempurina et a domo que fuit ol Parior et a domo que fuit ol Bramuys et a fabrica quondam Amedei ulterius, sed dimittant uenire res in foro, ubi quicumque uoluerit ueniat ad emendum.

Item statutum est quod si aliquis inuentus fuerit qui accipiat res alicuius in campis siue pratis, ortis, uineis, uel uirgultis, si intratus fuerit sine diruptione sepis et hostii, debet dno III sol. et semis et emendare dampnum. Si autem sepem uel hostium fregerit, debet cum emenda dampni dno LX sol., et si bannum non posset soluere, exeat et relinquat uillam et quicumque postea ipsum in domo sua retornaret uel ei infra uillam impemderet consilium et iuuamen, in predicto LX sol. banno dno teneretur.

Item statutum est ut bubulci de cetero non uendant diem nisi XVIII den. cum esca aut duos sol. sine esca, et qui pro lucro de les bales uoluerit arare, non pascat boues suos in pascuis uille, et quociens in pascuis pascendo inuentus fuerit, totiens dno VII sol. et semis soluere teneatur.

Item statutum est ut asinarius non accipiat tempore messium

et fenacionum pro se nisi duos denarios et pro asino nisi duos den., et quod non deferat nocte secum aliquantulum de feno, et gelimas ligando os asinorum ducat totaliter, ne uastentur. Alio uero tempore non accipiant pro asino nisi solum denarium, et qui plus dederit uel receperit in pena III sol. et semis dno teneatur.

Item statutum est ut ueturarii uini non accipiant de cheualata uini a torculari Amedei nisi solum den., et a Folone et a uinea Uldrici de Gissiney et a uinea Anthonii ol Prer inferius de cheuala III obolos, et ab illis terminis superius usque ad summitatem uicorum et usque ad torcular Martini Pacot de cheualata II den., et a torculari Martini Pacot superius usque ad bannum de Drona IIII den., a Monte Ordeo usque a la Sya de Seya et usque ad Morgiam III den., et a la Sya de la Seya ulterius IIII den., apud Contegium IIII den., apud Uertru IIII den., apud Magnochst V den., apud Ardunum VI den., apud Miligaun usque a la Reyei III den., apud Sanctum Leonardum IIII den., in Boulis VI den., apud Nanz a clauso a la Gruy ulterius III den. Et qui infra predictos terminos plus dederit uel acceperit, in banno III sol. et semis dno teneatur.

Item statutum est ut cuprifabri reddant libram de cupro suo operatam pro IX den. et pro operatione libre cupri alieni non accipiant nisi IIII den. et obulum. Et qui plus acciperet seu daret, penam III sol. et semis se nouerit incursurum.

Item statutum est ut fabri fabricent duodenam de lacier in grosso opere pro VII den. et platram ferri pro IX den. et lo quarrel de lacier in tallent pro uno denario. Et qui plus receperit seu dederit pene III sol. et semis subiacebit.

Item statutum est quod ubicumque siue in pratis siue in uiis rapillatores feni de cetero inuenientur, in banno VI den. custodibus teneantur. Et si in uineis rapillatores inuenti fuerint, quousque uinee de quolibet ea penitus sint uindemiate, teneantur custodibus VI den. quilibet, et ipsi custodes cum

custodiam suam recolligunt custodes alios substituant loco sui.

Item statutum est ut sectorii non accipiant pro mercede unius diei nisi [1] . . . . cum esca aut VII den. sine esca et qui plus acceperit uel dederit, pene III sol. et semis sit astrictus. Excipitur tamen Insula Rotunda.

Item statutum est ut operarii non accipiant pro mercede unius diei nisi duos den. cum esca aut IIII den. et uinum sine esca aut V den. sine uino. Et qui plus acciperet seu daret, penam incurrat supradictam.

Item statutum est ut iudicia et assignationes dierum communia duo episcopo et uicedno, maiore et psaltero per tabelliones iuratos rediguntur in scriptis et penes iudicem remaneant, ne per strepitum aduocatorum possit ueritas uariari, et accipiat tabellio pro scriptura que remanebit penes iudicem de quolibet iudicio ab utraque parte II den. et si plura iudicia inter duos insimul super eadem querela occurrerent, a primo iudicio in antea debet dare quelibet pars tabellioni pro quolibet alio iudicio, excepto primo penes iudicem inscribendo, I den. Si uero partes iudicia et assignationes dierum in scriptis penes se habere uoluerint, tantumdem soluant tabellioni pro scriptura illa quantum pro scriptura que penes iudicem remanebit.

Item statutum ut si ignis domum alicuius inuaserit, ille cuius domus fuerit omnes les gierles qui in ipso igne extinguendo amisse fuerint, credendo eis qui amiserint fide sua data absque alia probatione, teneatur emendare. Ita quidem quod ille cuius domus fuerit in cimiterio clamare faciat quod omnes illi alienas gierles habuerint, ei afferant infra domum suam, ut possit cuilibet suam reddere uel amissam emendare.

Item statutum est ut prata de Insula Rotunda sint in banno ab VIII diebus festum beati Johannis Baptiste usque ad octa-

[1] Trou au parchemin.

nos dies natiuitatem beate Marie Uirginis subsequentes, et in Campo Sicco non intrent animalia usque ad festum beati Michaelis. Et hoc constitutum est in banno III sol. et semis, excepta custodia custodum uidelicet uademonium suum.

Item statutum est ut non uendatur de cetero galina nisi quatuor denarios et capo VI den., et qui plus uendiderit seu emerit in penam trium sol. et semis dno teneatur.

752

Prononciation arbitrale entre l'évêque de Lausanne et le prévôt et le chapitre du Mont-Joux au sujet des cures possédées par ces derniers dans le diocèse de Lausanne.

Lausanne, 1269, mai.

Archives du canton de Vaud ; Lausanne, N° 74.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod cum controuersia moueretur inter venerabilem patrem Johannem Dei gratia episcopum Lausannen., ex vna parte, et viros religiosos Petrum prepositum Montis Jouis et eiusdem loci capitulum, ex altera, super datione curarum in ecclesiis ad hospitale Montis Jouis pertinentibus sitis in dyocesi Lausan., quam dationem dicti prepositus et capitulum dicebant et asserebant ad se pertinere, episcopo non requisito et sine presentatione aliqua dicto episcopo facienda ; ipso dno episcopo contrarium asserente et dicente dictam donationem ad se pertinere de jure communi. Tandem commissum fuit amicabiliter a partibus in arbitros, videlicet in viros religiosos fratrem Nicolaum de Albona et fratrem Guillelmum de Sancto Secano, ordinis fratrum Predicatorum Lausanen., et promiserunt dicte partes pro se et successoribus suis firmiter obseruare et tenere in futurum quicquid per dictos amicabiles compositores super

dignus notum facimus nos vidisse litteras dni et predecessoris nostri infra scriptam seriem continentes : Nos Henricus Dei gracia Sedun. episcopus notum facimus quod, cum solertiam et interventionem dilecti fidelis dapiferi nostri D. Willelmi militis ex negotiatoribus super negotiationibus suis duodecim den. pro ballis pannorum de serico . . . . . vel equi valoris de equis de warda, ac 6 denarios pro ballis lane, cere, fustaneorum et corduanorum armorum vel equivalens et 2 den. pro aliis minoribus ballis pro custodia negotiatorum rerum suarum obtinuerimus nobis dari, nos pro compensatione laboris quem super his et aliis negotiis nostris sustinuit gerendo eadem negotia utiliter, fideliter et deuote, in augmentum feudi quod tenet a nobis damus et conferimus, prout melius et liberius possumus, in perpetuum eidem dno Willelmo et heredibus suis septimam partem omnium obventionum predictarum, ita tamen quod dapifer et heredes sui collectorem dictarum obventionum cum expensis suis quem voluerimus, nobis ministrent, qui obventiones dicte custodie nomine nostro colligat et requirat et de iis rationem exhibeat. Sub sigillo dedimus 8 cal. augusti 1270. Quam donationem in augmentum feudi ad vitam suam confirmamus. Anno 1271, 4 idus octobris.

765

Les procureurs des marchands de Milan accordent au sénéchal de Sion des droits à prélever sur certaines marchandises en reconnaissance des services qu'il leur a rendus et de la protection qu'il leur promet.

Louèche, 1270, juillet.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. I.

Martinus de Lucha et Revellus de Feria cives Mediolani,

sindici et procuratores constituti a consulibus et vniversitate negotiatorum Mediolani, eo nomine dederunt et concesserunt dno Guillelmo dapifero ven. episcopi Sedun. et eius heredibus super qualibet balla draperie de Francia et drapi deaurati vel sidi et separie 2 den. Maur., et super quolibet equo de wardi 2 den. Maur., et super qualibet alia balla 1 den., ita tamen ut donatarius et sui nullomodo alienare possint hanc donationem quam eidem Guillelmo fecerunt pro laboribus quos sustinuerat pro mercatoribus et sindicis predictis, et quia dictus Guillelmus et heredes sui teneantur ipsos juvare mercatores in districtu dni episcopi predicti in negotiis mercature et extra districtum justitia mediante. Testes fuerunt D. Henricus episcopus Sedun., Marcus decanus Sedun. 1270, in julio, Leuce.

766

Jean d'Ayent vend une vigne à Pierre Fontana, donzel.

Ayent, 1270, 31 octobre.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXXII verso.

Notum, etc. quod ego Johannes filius quondam dni Nantelmi de Ayent militis, laudatione dne Beatricis matris mee, vendidi pro octo libris Maur. michi solutis Petro dicto Fontana de Ayent domicello vineam meam apud Lormey, ita tamen quod si ego uel heredes mei vellemus ipsam vineam reemere annis singulis possemus eam recuperare eodem pretio. Testes : Chalbertus frater dicti Johannis, Nantelmus de la Vignye, Aymo Manczons dAyent et Wulliermus de Orseriis, qui, etc. Actum apud Ayent, II kl. nouembris, anno Dni M°CC°LXX°.

767

Guillaume Gentily vend des terres à Girold du Borjat, qui les lui remet en fief.

Miége, 1271 (1270), 27 décembre.

Archives de M. Léon de Riedmatten, fragment d'un registre de notaires.

' Notum, etc., quod ego Willelmus dictus Gentilz de Mieio vendidi in allodium pro X lb. et VI sol. Giroldo dol Boriat IIII^{or} frusta terre iacentia apud Verbes, et unum frustum vinee situm supra villam de Mieio, iuxta vineam quam teneo a Villelmo de Ventona domicello, et partem meam de viridario sito retro domum meam, uidelicet medietatem, et la miey quam accipiebam cum Alberto de Rupe in lista sita sub domo ipsius, tam in campo quam vinea, et quicquid habebam in lista sita inter villam de Mieio et aquam dictam Giniesi, inter terram dne Aymonete de Granges et terram Petri sacerdotis et curati de Laques. Que omnia idem Giroldus dedit michi et heredibus meis in feudum pro XV fischilinis siliginis annualiter soluendis. Quos XV fisch. siliginis assignaui dicto Giroldo super totum feudum quod teneo a dna Hugoneta de Rarognia. Actum apud Mieio, anno Dni M°.CC°.LXXI°, VI kl. januarii.

768

Guillaume de La Tour, donzel, donne au sénéchal Guillaume le tiers d'une maison située sous la tour (de la Majorie).

1271, janvier.

Documents sur le Vallais (M. Bordier).

Willermus de Turre domicellus, de laude Perrete sue uxoris,

Christine et Agnetis suarum filiarum, dat Willelmo seneschallo tertiam partem domus sub Turre. 1271, januario.

769

Aymon d'Ayent, de Loueche, donzel, donne un cens de trois muids de seigle au chapitre de Sion.

Loueche, 1271, 5 février.

Archives de Valère, original. S, 94, et Cartulaire du XIIIe siècle, fol. XXXVIII et LIII.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Aymo dictus de Aent de Leucha domicellus, laudatione Willermete vxoris mee et Stephani filii mei, dedi et finaui imperpetuum, donatione mera et pura irreuocabili inter viuos, capitulo Sedun., pro laudatione quam ipsum michi fecit de feudo quod michi dedit et fecit Henricus bone memorie Sedun. episcopus super ballis transeuntibus per uiam de Aert [1], tres modios siliginis receptibilis censuales ad mensuram de Leucha reddendos annuatim in festo beati Nicholay, quos modios assignaui predicto capitulo super vineam meam de Glareto, cultam et incultam, que iacet supra vineam que fuit Willermi de Chaler et tenet eam modo Johannes de Grimisolio, et super dominium vinee quod habeo in vinea Aremberti de Aniuesio, que iacet iuxta predictam vineam, ad quam garentizationem predictam predictum capitulum recursum habeat, si ego uel heredes mei deficeremus in solutione supradicta, teneatque ipsam et possideat donec de censu predicto cum expensis quas propter hoc faceret, foret plenarie satisfactum. Quam garentizationem ego et heredes mei tenemur dicto capitulo contra omnes in

[1] Agarn près de Loueche.

perpetuum garentire. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Rodulphus et Petrus de Leucha, canonici Sedun., Willermus rector ecclesie de Leucha, Anselmus dictus de Syrro domicellus, Petrus de Puteo, Petrus dol Maresch et Johannes de Dailleto, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego magister Martinus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Leucham, anno Dni M°.CC°.LXX° primo, nonis februarii, imperio vacante, Henrico episcopante.

Il y a une singulière contradiction dans cette charte: elle est datée de l'épiscopat de Henri « Henrico episcopante, » et au commencement de l'acte le même évêque paraît comme étant déjà mort, « bone memorie. » L'explication de cette contradiction est facile à trouver. La charte, *rédigée* du vivant de l'évêque Henri, n'aura été *expédiée* qu'après sa mort, et le notaire aura ajouté alors les mots « bone memorie. »

770

Testament d'Anselme, curé de Saint-Germain.

Saint-Germain (Savièse), 1271, 19 avril.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. XXX.

Testamentum An. curati de Sancto Germano qui dedit acquisita sua et alia capitulo.

Notum, etc. quod ego Anselmus curatus de Sancto Germano, compos mentis mee, testamentum meum condidi et feci in hunc modum. In primis dedi et concessi post decessum meum pro remedio anime mee et parentum meorum capitulo Sedun. acquisitionem quam feceram a dno Nicolao de Grimisolio canonico Sedun. pro XXXI lb. Maur., quam acquisierat a Wil-

lermo quondam fratre meo et nepotibus meis, prout in carta inde confecta plenius continetur, ita quod idem capitulum super hoc quod de dicta acquisitione non esset solutum dicto dno Nicolao soluere teneatur. Dedi eciam eidem capitulo omnia alia acquisita mea ubicumque sint, tam in planitie quam in monte, uolens quod hec omnia in cottidianis distributionibus conuertantur. Item feci, constitui et ordinaui exequutores meos Rodulphum de Leucha et Petrum eiusdem loci, canonicos Sedun., et Aymonem de Lenz clericum, qui totam hereditatem meam et omnia bona mea mobilia et immobilia, exceptis acquisitis predictis, habeant, possideant et uendant, si necesse fuerit, quousque clamores mei sint per manum et consilium eorumdem prout melius potuerint emendati. De residuo autem, si quid fuerit, dedi terciam partem liberis quondam Willermi fratris mei, ita quod campus dol Tombey de Chalez, quem dedi bubulco Petri Binfe nepoti meo, in illa parte tercia computetur, etc. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Nicolaus de Grimisolio canonicus Sedun., Petrus de Eschandulins clericus, Petrus Binfa, Johannes de Canali et Aymo de Lenz clericus qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego Pe. de Leucha canonicus Sedun. iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Sanctum Germanum, anno Dni M°.CC°LXX° primo, XIII kl. maii, imperio vacante, Henrico episcopante.

Cet acte est le dernier dans lequel paraît l'évêque Henri de Rarogne; il est mort peu après, car son successeur, Rodolphe de Valpelline, est déjà cité dans un acte du 18 juin de la même année. Il est singulier que son nom ne se trouve pas dans le Nécrologe de Sion; nous ignorons ainsi le jour de sa mort.

771

L'évêque Henri détermine les obligations des ordinands.

(1248-1271.)

Ancienne copie appartenant à M. Ant. de Riedmatten, ancien conseiller d'état, à Sion.

Nos Henricus episcopus Sedun. Dilecti ecclesie filii nobis in Christo dilecti, per nos de omnipotentis Dei clemencia ad ordinem clericatus promouendi.

Inhibemus uobis sub pena excommunicacionis ne aliquis nisi de legitimo matrimonio procreatus presumat accipere huiusmodi ordinem, nisi per illum qui potestatem habet cum eo fuerit legitime dispensatum.

Item quod nullus qui non sit de diocesi nostra promoueatur, nisi legitimam fidem fecerit de licencia ordinarii sui.

Item nullus qui non sit crismatus accedat ad huiusmodi ordinem recipiendum.

Sequitur monicio que fieri debet ordinatis ad clericatum.

Item monemus vos in virtute sancte obediencie quod de cetero omni die dicatis septem psalmos penitenciales. Item ut de quatuordena in quatuordenam faciatis coronas uestras. Item ut incedatis in habitu clericali, uidelicet quod portetis vestes honestas, longas usque subtus genu et non fimbriatas, cisas aut diuersorum colorum.

Item ut amodo frequencius diuina et ecclesias visitetis, maxime in diebus solemnibus et dominicis. Item quod amodo sitis bone uite et honeste conuersacionis. Item quod amodo nullo iudici, castellano, ballino uel maiori, etc., temporali obediatis, sed priuilegio uestro clericali causante vos iudicio et ecclesie nostre subiciatis.

Item pro speciali penitencia vobis et vestrum cuilibet inso-

lidum iniungimus vt semel dicat quilibet vestrum septem psalmos penitenciales cum letania pro anima nostra, parentum et predecessorum nostrorum.

De ordine accolitatus.

Iniungimus vobis seruari articulos superius clericis expressos. Item ut amodo omni die dicatis horas beate Marie Virginis. Item ut dicatis semel vigilias mortuorum pro speciali penitencia pro anima nostra, parentum et predecessorum nostrorum.

De ordine subdiaconatus.

Primo queratur ab eis si habeant breuiaria vel non, postea iniungatur eis vt infra.

Iniungimus vobis et vos sub pena excommunicacionis monemus vt ex nunc in antea horas canonicas diurnas et nocturnas dicatis omni die.

Item quod amodo in habitu sacerdotali cum vestibus longis et honestis incedatis et bonam ac honestam vitam ducatis.

Item pro speciali penitencia iniungimus vobis vt quilibet vestrum dicat psalterium hinc ad quatuordecim dies pro anima nostra, pro parentibus nostris et predecessoribus.

De ordine diaconatus sicuti de subdiaconatu est iniungendum, hoc adiuncto quod dicant amodo in antea in horis seu collectis *Dominus uobiscum*.

De ordine presbiteratus.

Iniungimus vobis quod missam vestram celebretis cicius vt vobis ingruerit opportunitas.

Item quod per XL dies continue celebretis. Item quod viuatis sobrie et honeste prout decet secundum morem sacerdotalem incedendo cum vestibus honestis et non cum mantellis neque capellis.

Item pro speciali penitencia dicat quilibet vestrum infra vnum mensem proximum post missam vestram primo celebratam pro intencione nostra tres missas, vnam de Sancto Spiritu, secundam de beata Maria et terciam de defunctis.

772

Cens et revenus du chapitre de Sion.

(1267-1276.)

Archives de Valère, rouleau en parchemin.

Hic continentur census et redditus capituli Sedunensis.

Apud Aragnum. Heres Hen. Falcon de Buyn V sol. P. de Mulinbach XX sol. in festo S. Martini. Salterus de Ruuines XXVIII s.

Apud Morgi. Ecclesia C sol.

Apud Narres. De acquisitione Walteri maioris de Narres LXX s., quos isti consueuerunt soluere: Giroldus filius Walteri Dongolo XXVI s., Valterus de Prato de Russana et participes sui XIIII s., Giroldus de Terman et participes sui VII s., Agnes de Torrente et Walterus filius eius VIII s., heres Hen. Brenno de Chamosum XV s. Heres Johannis de Torrent filii Amande X s. de helemosina Willermi plebani. De emptione Jacobi de Granges canonici LXII s. quos isti sic consueuerunt reddere : Petrus Mugner dol Torrent et P. nepos eius et Hen. et Jo. filius Amande et participes eorum L s., Walterus ex parte quondam Hen. de Boele de Terman XII s. De emptione Willermi Ottonis LII s. quos isti consueuerunt reddere : Hen. Stuffen de Tuffen et Walterus Nanço et confratres eorum XXXII s., heres Betris de Rimesteyn de Russana et confratres eius X s., heres P. dol Cudre de Russana II s. et VI d., heres P. Rubo et confrater eius de Russana VII s. et VI d. Jacobus capellanus de Narres et confrater eius II d. Dni de Turre de Narres II s. Heres dni Manegoldi VI d. Heres Walteri de Saxo VI d. P. maior et confrater eius VI d. Heres Jo. Chesal et Março et P. fratres milites VI den. * [1] Vxor quondam Warneri

[1] Les articles précédés d'un astérisque sont d'une main postérieure.

Rodierx VI s. Dnus Ludouicus Uboz X s. Illi de Palude XVI s. de aquisitione dni Manegodi militis. Item XV s. de elemosina Varneri Rodier et II s. de elemosina vxoris Johannis Vbodi.

Summa XI lb. et XIX sol.

Apud Vesbiam. Michael de Termignun et Hen. frater eius et participes eorum L s. de terra Gonradi Fabri, medietatem in festo beati Laurencii et aliam medietatem in festo b. Martini. Plebanus ecclesie de Vesbia XXIIII sol. de quadam vinea. Heredes W. de Lales V s. Heredes dni Jacobi militis III s. et IX d. de helemosina Ro. de Aragnun can. P. miles de Vesbia XV d. Heredes quondam Johannis domicelli de Vesbia II s. et VI d. P. de Vesbia dictus de Briga II s. et VI d.

Apud Nullascra. Heredes Willermi de Campo IIII sol. pro decimis.

Apud Torby. Heredes Willermi de Welde et heredes Giroldi Fabri et confratres XII sol.

Apud Laudona. Heredes Walteri de Laudona III s.

Summa C et VIII sol.

Apud Oysez. X s. et IIII d. qui sic diuiduntur : illi de Ecclesia III s., li Grissinca III sol., W. de Hortes XII d., P. salterus XII d., heredes P. Sub Saxo XX d.

Apud Chasstellum. Heredes P. de Juxta Monte et confratres XX s., videlicet XII s. in festo b. Laurencii et VIII s. in festo b. Martini et V s. placiti et sunt casarii. Anselmus miles XX s.

Summa L sol.

Apud Argessa. Ludoicus Romani IX s. et I d. seruicii et V s. placiti. Martinus Raspinez et Martinus de Aniuesio XIIII s. ser. et V s. pl. Ja. de Chipillet V. s. de helemosina Giroldi de Aent et III s. pla. Walterus de Chipillet et P. frater eius IIII s. et IIII d. Jo. li Warbor IIII s. et IIII d. Heredes Warbor IIII s. et IIII d. per totum, XIII s. ser. et V s. pla. W. de Chablo XIIII d. ser. et III s. pla. Item Martinus de Aniuesio dictus de Argessa et confratres eius XVII s. ser. et V s. pla. Anselmus

de Tomagny XI s. ser. et V s. pla. de acquisitione Guigonis can. Martinus filius quondam P. Archier X s. ser. et V s. pla.

Apud Tomagny. Nicholaus Munner qui est auantarius feudi et Hen. et Giroldus et confratres eorum XV s. et II d. ser. de acquisitione Gregorii can. Sedun. Anselmus de Lales III s. et II d.

Summa IIII lb. et XIII s. et III d.

Apud Leucham. Pro censu ecclesie IIII lb. in festo Omnium Sanctorum. Ro. can. Sedun. dictus de Leucha XX s. pro vineis Bosonis episcopi et pro vineis Jacobi de Granges can. LXV s. Item pro quadam obediencia X s. Feudum Andree dol Mulin et confratres eius XXXIIII s. ad festum b. Nicholai et V s. placiti. Vldricus miles de Curia XVI d. de prato alpis de Dorbons de helemosina patris sui. Vxor quondam Stephani Albi dIndes IIII d. de helemosina P. Clerici. Marchisaz XII d., quos reddebat Annos de Magi. Heredes P. capellani de Neynda X s., quos debent filii P. Ogon de terra comitis de Tortemagny in festo b. Michaelis. Maior de Leucha IIII s. de helemosina P. can. fratris sui, quos reddit Vldricus Cocus. Item maior debet IIII lb. de acquisitione capituli. Alber VI s. Beatrix Fabrissa XX. * Johannes li Annas debet X s.

Summa XVII lb. et XVI d.

Apud Sirro. Heredes Brunete de Glare IX s. ser. festo septembris et XX s. pla. Ay. de Tionda XVIII d. ser. Ro. Maçon de Randogny X d. s. festo septembris. W. de Campis de Cordona XIII s. ser. et X s. pl. Jocelinus dol Noyer XII d. et III s. pla. Li Guers filius quondam Anselmi militis XII d. Jo. Vldrici XII d. Ay. de Montana II d. et XII pla.

Homines capituli dAnset XXX s. et XXX s. pl. Heredes Vldrici de Crista de Cordona XVIII s. ser. et de tallia et cheseri et X s. pl. Item debent IIII d. Piola IIII s. ser. et III pl. Ay. Cafos IIII s. ser. et III s. pl. P. dol Coster et confratres eius IIII s. ser. et V s. pl. Heredes P. mariti Salomee de la Rochi de Mioço II s. ser. et III s. pl. Heredes P. Girermo et

Jo. Rufus de Mioço et confratres eius II s. ser. et VII s. pl. Martinus dol Meteyn II s. ser. et III s. pl. W. dol Meten filius Aymonis II s. ser. et III s. pl.

Summa IIII lb. et XIIII s. et I d. Summa IIII lb. et XII s. et VIII d.

Apud Lenz. Heredes Jo. Tauerner II d. ser. et VI d. pl.

Apud Aent. De terra de Chauorney III s. ser., de quibus Ja. de Bluuinoshc miles debet II s. et III d., W. de Regles V d., heredes P. Carpentarii de Sassona IIII d. Jo. dol Saler ante castrum V d. et pl. Willerma de Lus II d. ser. et pl.

Apud Alba. Jo. Molendinarius XVIII d. ser. et XII d. pl.

Apud Grimisuel. Ro. Gombers et confratres vnum d. ser. et XII d. pl. Heredes Rodulphi de Curtilli IIII d. ser. Heredes Jo. domicelli et confratres eius XII d. ser. et III s. pl. Heredes Vldrici Martini de Crista II d. ser. et VI d. pl. Heredes Vldrici Martini VII d. ser.

Apud Drona. Heredes W. militis II s. ser. Heno Faber gener Anthonii de la Chauana II s. ser. de vinea dArest et III s. pl. Jo. de Lapide II d. ser. W. de Bonz II d. ser. Heredes Andree et Petri de Pasquier de Grannuehc I d. ser. messibus de Plata. P. de Crista de Chogney et confratres V s. ser. Darandus de Chousuehc III d. ser. et XII d. pl. Idem Durandus II d. sernicii de helemosina ol Bel Magnyn et XII d. pl. * P. Arbelestarius debet XII d. ser.

Apud Contez. Heredes P. domicelli dol Vanel IX s. ser. Ay. dErdes IX s. ser. Heredes Martini de Furno XIIII s. et III d. ser. et XII s. pl. P. filius Vmber Uision dErdes XVI de helemosina Anthonie Seschalisse.

Apud Vertro. Heredes Paris III s. ser. et V s. pl. W. Berta et heredes Jo. de Platea X d. ser. et III s. pl. Jo dol Bor Warner et P. dol Publo IIII d. ser. Heredes Borcardi de Magnohc II d. ser. et XII d. pl. de Sages de Vertro. Heredes Borcardi dArdon II s. pro meneidis.

Apud Chamosum. Heredes Andree de Mar X s. ser. et VIII s. pl. Heres maioris de Chamosum V s. ser. Heres P. ol Sauio III d. ser. de vinea de Magnohc. Gilios de Pomer IIII s. ser. et IIII s. pl.

Apud Sallon. Heredes ministri II s. annuatim de helemosina.

Apud Sasson W. dol Cablo debet IIII s.

Apud Alio. Ecclesia S. Jacobi XII s. ser.

Apud Bez. Ecclesia XL s.

Apud Wurie. Ecclesia II turtures valentes X s. in temporibus Penthecostes.

Apud Martigniacum. Heredes Petri Lamberti XIII s. ser. pro decimis et XII d. pl. Decima prati dni episcopi XII parassides ser.

Apud Neynda. Legerius dol Curtinal XII d. pl. Arembor li Joy de Brignon V s. ser. et V s. pl. Heredes P. de la Loy III d. ser. et pl. Amiços Deys XII s. ser. festo septembris. Idem Amiços et confratres eius III s. ser. Heredes Vldrici de Vesona XV d. ser. Heredes Martini et Bosonis dol Verney et confratres eorum XX s. et IX d. ser. de helemosina Ay. decani et XV s. pl. W. Deys et Gonciers et confratres eorum XXVII s. et IIII d. ser. et V. s. pl. Heres Borcardi dol Vilar XII d. ser. et II s. pl. Heres Martini dol Chastelar et confratres XII d. ser. et XII d. de meneydis et II s. de resset et V s. de tallia festo S. Andree et X s. s. Wichardus de Neynda VIII d. ser. Vmber de Chardoney XII d. pro lampade Sancti Michaelis. W. dol Chastellar VIII s. ser. Borcardus Paruus XII d.

Summa XIII lb. et XIII s. et IIII d.

Apud Ves. Maior VII s. pro pascuis, XLV s. pro talia, V s. pro alpe, in parata dni episcopi XXX s. Mauricius de Puteo IIII d. ser. Heres Warneri de Puteo V d. ser.

Apud Gruna. Ecclesia III s.

Apud Granges. Ecclesia Sancti Stephani V. s. Henricus Albi IIII s. et heres P. Albi IIII s. et IIII d. Jacobeta de Lenz XII d.

Apud Chaler. Ja. Bernardi XVIII d. ser. et XII d. pl.

Ici commence le revers du rouleau, mais il y a environ une quinzaine de lignes, au haut, qui ont été effacées par le frottement.

Apud Heroens. Homines capituli XXIIII s. de talia. Pro helemosina donni Giroldi et dni Rodulphi dominorum de Aent IIII s.; Warnerus dol Croset est auantarius. W. de la Giete II s. et VII d. Martinus dol Meler IX s. de helemosina P. de Turre. Pro helemosina dne de Bez, Jo. de Martemo IX s. Perrot de Trogny VI s. et IIII de helemosina P. supradicti de Turre. Jo. de Voloruns et confratres XII d. ser. Heres Johannis de Crista dEschandulins II d. ser. Jo. Euelena et confratres VIII d.

Apud Bramosium. Heres Willermi de Torpaton IIII d. Willermet dAruilar et confratres eius XVIII d. de prato de la Dereysi.

Apud Sedunum. De helemosina Gregorii can. XI s. P. Bouer de Malacuria II d. . . . . Psalterus Sedun III s. et VI d. . . . . Ro. de Bonz XII d. de terra de . . . . . Paccot II s. et VIII d. Alber Passer VI s. de prato de Platta. Jo. Passer III s. Boso de la Chauana XII d. . . . . de Sauiesi II s. de terra de Fontaneles messibus de Platta. Ja. mistralis XII d. messibus de Platta. Vldricus Cocus III s. Ja. nepos eius XVIII d. Li Ferreta XVIII d. Dnus Ludoicus Vboz II s. et VI d. de helemosina Petri vicedomini. Idem Ludouicus III s. de helemosina W. militis de Aragnun. Illi de Heremencia II s. et VI d. de eadem helemosina. P. Subvia de Salem dictus Bon crosta III s. Bruna de la Chauana VI d. Ja. miles de Bluuinohc XII d. de domo lapidea de Planchan. Heres Jo. Munner VI d. P. Binfa XVI d. ser. et VI s. pl. de helemosina Quarter leprose. Item de quadam helemosina Cecilia Jaessa VIII d. ser. et III s. de pl. de domibus suis. Ro. de Oluns IIII s. ser. Bertoldus frater eius II s. Vxor quondam Petri de Oluns II sol. pro anima Guerrier. W. li Orios V s. de domo magni pontis. Nanço VIII d. ser. super domum Visonis. P. presbiter de Aert II s. super domum Ar-

nulphi presbiteri. Willermeta filia Agnete de Palatio XV d. et IIII s. pl. super grangiam de Glauiney. Mauricius de Nas II s. de helemosina vxoris Açonet. W. Bonier II s. de helemosina Perrete Parisete et Willermi mariti eius super domum dicte Parisete. Bertrauz XII d. de helemosina ol Bramues super domum suam. Dnus Nicholaus de Bagnes IX lb. de obediencia de Rarogni. Muntaner III s. ser. de torculari. Heres Alberti Sutoris de Vernamiesi II d. ser. super domo sua de Cuua. Binfa de Palude II d. ser. super hereditate sua. Heres Jo. dol Marehc fratris Nançonis VI d. super domo sua. Girol de Palatio XII d. super domum suam de Cuua. Jo. et Felix filii Brunete Daz XII d. ser. super hereditate sua, quos ipsa dedit. Ludouicus Pelliparius III d. in uita sua. Jo. de Ruery VIII d. pro elemosina vxoris sue filie Amiet super prato suo de Chansech. Dnus Jo. Passer LX s. pro decimis. Incuratus pro oblationibus LX s. Li Curtillier clericus X s. pro domo P. Grossi.

Donatio decani de Ventona. De donatione Ay. decani de Ventona debent isti qui sunt nominati: Marcus decanus XV s. de viridario de Glauiney et IX s. de pratis insula Rionda. Dnus Nicholaus de Grimisolio XXXVI s. de prato de la Cua et de grangia de Grimisuel. Seneschaldus XVIII d. pro grangia de Malacort. Dnus Nicholaus de Bagnes XIIII s. de pratis de Chansech. W. de Regles hominium ligium et III propter vnas meneydas et X s. pl. et taliam altero anno. Jo. Borgoens IIII d. ser. et VI d. pl. W. filius Vldrici Griua hominium, salua fidelitate vnius dni, V d. ser. III s. pl. Jo. de Mulignun V s. ser. de prato de Arena et prato Petri de Comera. Item apud Cordona P. Deschaz III s. pl. et III s. ser. Brunus Maçon de Cordona IX s. ser. Brunetus de Bramosio dictus de Aent IX s. de prato de Bramosio. W. de Morgi V s. de insula de Vurie. Maior de Ves III s. ser. de Prato lungo. Martinus de Valeria XVIII d. ser. de grangia de Glauiney.

Summa VII lb. et XII d.

Hoc est bladum : Dnus cantor I mod. de campo et grangia de Cita. Marchus decanus VI fl. de prato de Vurie et medietate grangie. P. de Mulignun VII fl. silig. de campis et prato de Comera messibus de Montorio. Jo. matricularius de Ves VIII fl. silig. Borcardus filius Marie a la Pressa de Ves II fl. silig. Jo. dol Curtinal III fl. silig. Martinus Piola de Cordana dictus dol Meten et confratres eius XIII fl. silig. ad mensuram de Sirro. P. Deschaz II fl. sil. ad mensuram de Sirro.

Summa IIIII mod. sil. et XI fl.

Dnus Nicolaus de Gruyesutis debet XI fl. silig.

Hic continentur census capituli in messibus de Plata.

In obediencia de Sauiesy et de Bramosio II mod. Jordana filia Johannis dol Marehc dimidium fl. super campo dol pra dol Mont. Filius Ado de Bornuehc dimidium fl. annuatim de helomosina Brunet. Meseler (de) Vison II fl. super terram quam colebat quondam Lambertus dOrmuna. Borcardus.... de Syuns dimidium fl. super campum suum qui iacet iuxta uiam de Aent. W. Filingier et Marieta vxor eius dimidium fl. sil. annuatim. Laurencius de Ves I fls. silig. super uineam suam de Arest. Bruna de la Chauana I fl. silig. super campum suum de la Rolueri. Ay. Oliuier I fl. fru. Apud Bramosium Nantelmus miles de Aent X fl. de helemosina dni Bosonis de Granges episcopi Sedun.

Apud Nas. Propter helemosinam Anselmi Vasal canonici Sedun. III mod. silig. et ordei et XI fl. fabarum annuatim, que omnia debent heredes Johannis Filipe et confratres eorum. Anthonius Portarius I fl. silig. quem dedit super redditus quem debet Veramus. Li Crithos dedit II fl. silig. super redditus Vldrici de Chaler. Salterus I fl. fru. apud Neynda. III fl. silig. messibus de Montorio quem debet Johannes de Mulignum. P. portarius dni episcopi Sedun. I fl. silig. super campum Boson quem tenet Johannes de Fonte des Agietes.

Apud Sueg Adam de Sueg III fl. ordei. Heredes Christini

de Sancto Martino III fl. ordei. P. Giroldi de Sueg dimidium fl. ordei.

Apud Ves. Michael Rastel I fl. ordei. Heres Willermi filius Bonfil I fl. silig. Heres Ememardis I fl. sil. de campo de la Plueri. Mauricius de Puteo dimidium fl. silig.

Apud Heremenci. Arembor de Ecclesia II fl. ordei pro helemosina Thome uicedni Sedun.

Apud Salen. Petrus de Sub via I fl. ordei annuatim. Anthonia filia Anselmi de Salen I fl. sil. P. Borcardi I fl. sil. super campum qui iacet citra Salen iuxta lo Verney.

Apud Neynda. Borcardus Darbare I fl. ordei annuatim.

Apud Heserablo. Terciam partem decime.

Apud Sasson. Jo. dol Toues dictus Pituez et confratres eius III fl. silig. annuatim. Conos et Aymo domicelli et W. clericus nepos eorum VI fl. sil. in decima.

Apud Fullie. XVI fl. quos reddunt decimatores.

Apud Chamoson. Tercia pars omnium decimarum.

Apud Ridda. Due partes decime in vino et blado et nascenciis. In obediencia de Magi IIII mod. ordei.

Apud Dallon. Vldricus de Crista et Martinus frater eius I fl. sil. Jo. Passer can. I fisc. silig. super campo suo de Petra. P. de Crista de Sauiesi II fl. et Jo. de Pascuer IIII fl. de terra quondam Rodier.

Apud Mulignun. Manegoldus de Mulignun II fl.

Apud Sirro. Heres Martini de Blus et Freuardi I fls. silig. annuatim ad mensuram Sedun.

Apud Conior. Jo. et P. et Girol. et confratres eorum IIII fl. sil. et IIII fl. ordei ad mensuram Sedun.

Apud Ventona. P. dol Costel et confratres eius III mod. et dimidium silig. ad mensuram de Sirro. Girol li Baz de Mioço III fls. sil. ad mensuram de Sirro et III d. seruicii. Jo. li Ros et Agnes de Mioço VI fl. ad mensuram de Sirro. Ay. de Rionda V fls.

Apud Leucham. Anselmus et Hen. de Huers et confratres eorum III mod. et dimidium silig. ad mensuram de Leucha.

Apud Argessa. Ludoicus Romans VIII fl. silig.

Apud Tomagni. Nicholaus Munners et Giroldus et confratres eorum XVI fl. P. Bertaneis I fl. sil. ad mensuram Sedun.

Apud Vercorens. Benedicta Ecclesie et confratres I fl. frumenti.

Apud Neynda. Girol. de Petra et confratres .... fl. fru.

Apud Sauiesi ..... Heres Ja. Salteri de Seya .....

Apud Bramois .....

A la fin quelques lignes ont été effacées par le frottement.

Le présent rôle a été rédigé entre les années 1267 et 1276. En effet nous y voyons paraître le doyen Marc (d'Aoste) qui fut nommé à cette dignité en 1267, et le chanoine Nicolas de Grimisuat qui est mort, au plus tard, en 1276.

773

Rodolphe, fils de Pierre Rodulphi, confirme les donations faites au chapitre de Sion par son père et sa mère.

Sion, 1271, 18 juin.

Archives de Valère.

Ego Rodulphus filius quondam Petri Rodulphi laudaui et finaui capitulo Sedun. donationes quas predictus Petrus et Agnes quondam mater mea fecerunt in decessu suo, videlicet de octo feschilinis censualibus, qui debebantur eisdem super molendino de Saxo et domenio quod jacet juxta domum de Sub Saxo, que est Aymonis filii quondam Stephani de Turre, et de duobus sol. et VI den. seruicii quos debet Petrus filius Ricalde de Fey. Testes : Petrus curatus de Granges, Johannes Uboudi miles, Anselmus de Sasson domicellus, Jacobus

minister et Petrus de Leuca, qui hanc cartam leuauit uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXXI°, XIIII kl. julii, imperio uacante, Rodulpho electo existente.

774

Sentence de l'official de la cour de Sion au sujet des biens légués au chapitre par Anselme, curé de Saint-Germain.

Sion, 1271, 20 juin.

Archives de Valère, F. 221.

Nanco canonicus Sedun. et officialis curie Sedun. vniuersis presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Veniens ad presentiam nostram Petrus de Leucha canonicus Sedun., nomine capituli Sedun. et Rodulphi de Leucha canonici Sedun. et ipsius Petri et Aymonis de Lenç clerici, exequutorum Anselmi quondam curati de S. Germano, contra Brunetum nepotem eiusdem Ansermi in iure proposuit coram nobis quod cum predictus Anselmus in ultima voluntate sua dederit et legauerit prefato capitulo omnia acquisita sua, ubicunque essent, et omnia alia bona sua mobilia et immobilia dimiserit predictis exequutoribus pro suis clamoribus emendandis, prefatus Brunetus omnia predicta temeritate propria occupare presumpserit, quare petiit predictus Petrus nomine predictorum omnia bona mobilia et immobilia supradicti curati sibi restitui cum fructibus inde perceptis a tempore decessus eiusdem Anselmi, et se induci in possessionem omnium predictorum et ad hoc prefatum Brunetum per nos sententialiter condempnari. Lite igitur super predicta legitime contestata, auditisque allegationibus partis utriusque ac iuris ordine,

prout decuit, obseruato, quia nobis de intentione prefati Petri constitit per publicum instrumentum contra quod ab aduersa parte nichil obiectum estitit uel ostensum, nos sepedictum Brunetum ad restitutionem omnium bonorum mobilium et immobilium sepedicti Anselmi et fructuum inde perceptorum a tempore mortis eiusdem Anselmi prefato Petro nomine predictorum condempnamus sententialiter in hiis scriptis, adiudicantes prefatis capitulo et exequutoribus per difinitiuam sententiam possessionem omnium predictorum et ipsos inuestiuimus de omnibus supradictis. In premissorum autem testimonium sigillum nostrum presenti sententie duximus apponendum. Datum Seduni, anno Dni millesimo CC°LXX° primo, XII° kl. julii.

Sceau pendant.

775

Pierre Sutor, de Laques, vend un fief à Bérenger de Bliu et à Guillaume et Antoine de Lac.

1271, 21 juin.

Archives de M. Léon de Riedmatten, fragment d'un registre de notaires.

Notum, etc., quod ego P. Sutor de Laques, laudatione Aymonete dne mee relicte P. Albi de Granges domicelli, vendidi pro XI lb. et X sol. aquisitionis Berengerio de Blus, W. et Antonio de Lac tale feodum quod tenebam a dicta Aymoneta, facturis vsagia erga dnum, videlicet II fischelinos siliginis et II quartos quastronis et V sol. placiti. Testes : dnus P. curatus Sedun., etc. Actum anno Dni M°.CC°.LXXI°, XI kl. julii.

776

Accord entre les frères Guillaume et Jean de Vineis au sujet de l'héritage de leur père.

Sierre, 1261, 28 juin.

Archives de M. Léon de Riedmatten, fragment d'un registre de notaires.

* Notum, etc., quod discordia que vertebatur inter Willelmum filium quondam Ludouici de Vineis [1], ex una parte, et Jo. fratrem eius, ex altera, super hereditate patris eorumdem, per manus dni Rodulphi Dei gracia electi Sedun. et aliorum prudentum uirorum, saluo jure mense episcopalis, sopita est in hunc modum, quod dictus W. dedit dicto Jo. fratri suo contaminam de Bernona et contaminam sub Uila et IIII seytoratas prati que jacent Acossum (a Cossum), iuxta tratam, pro quibus dictus Jo. tenetur reddere mense episcopali IIII modios siliginis censuales. Dedit etiam predictus W. dicto Jo. duo jugera campi que jacent apud Bernona, super domo dicta de Uentona, et LX sol. Maur. sibi solutos, pro quibus duobus jugeribus idem Jo. tenetur prefato W. reddere I libram piperis ad minus pondus et II sol. placiti. Pro quibus predictis idem Jo. quittauit, salua legali encheyty, dicto W. et Benfa vxori sue totum residuum hereditatis supradicte et omnes possessiones suas. Testes : dnus St. prior de Gironda, P. Montaners, W. Daual, Jo. de la Grange, domicelli [2]. Actum apud castrum de Sirro, anno Dni M°.CC°.LXXI°, IIII kl. julii.

[1] De Vineis de Aix, près de Sierre, dans un autre acte du même registre.

[2] Jo. de Grangia domicellus, dans un autre acte du même registre.

777

Déclaration des droits du sénéchal de Sion.

1271, 17 juillet.

Liber instrumentorum de Seduno, etc., fol. 25 verso.

Anno Dni millesimo CCLXXI, die veneris proxima ante festum beate Marie Magdalene, uenerunt coram dno Rodulpho reuerendo patre ac dno dno electo Sedun. Wullermus dictus Corbayz et Johannes matricularius de Alioz, qui jurati et interrogati dixerunt et recordati sunt, non coacti, quod coquus dni episcopi Sedun. uel curie debet preparare et operari in coquina in omnibus preparamentis curie de mandato et precepto dapiferi et est de feudo antiquo, tamen dapifer debet ei precipere de mandato dni episcopi. Dixerunt ambo, videlicet predictus V. et Johannes, quod uiderunt multociens quod dapifer Sedun. transmittebat cuiconque volebat et vbicumque vnam tallioratam carnium seu piscium. Iidem jurati dixerunt quod dapifer pro seschallia habet et habere debet in curia Sedun. ciuatam ad opus duorum equorum. Dixerunt similiter illi iidem quod si dapifer teneret destrarium uel equum de armis, habere debet ciuatam ad curiam, similiter fenum per totum fenagium quod dicitur Souro, quod erat quondam de curia; tamen destrarium debet tenere ad vtilitatem dni episcopi. Dixerunt predicti V. et Johannes quod seneschallus debet habere victum in curia cum duobus sociis secum domicellis. Iidem predicti jurati dixerunt quod dapifer habere debet pro feudo suo ratione seneschallie quolibet anno duo paria robarum de quoconque panno eligendum uoluerit cum pennis, excepto uario et excarleto. Dixerunt predicti similiter quod dapifer habere debet corium bouis occisi ad Pascha et Natalem, vide-

licet de quolibet. Item dixerunt quod debet habere corios bouum donatorum ad curiam. Item debet habere corium siue pelles bouium uel vaccarum seu castronum in receptis de Aranion. Dixerunt illi iidem quod dapifer habere debet de omnibus denariis in omnibus iis que accordunt dno, in quibus vicedominus habet jus. Dixerunt iterum quod dapifer habet denarium in placitis que accidunt dno, saluis et exceptis placitis de casamentis. Hec omnia recordata et dicta fuerunt in presentia dni decani Marci, dni sacriste Sedun., dni Jacobi de Quart, dni Johannis Columberii, qui sigilla sua presenti testimonio duxerunt apponenda in testimonium veritatis.

778

Rodolphe, évêque de Sion, donne en fief à Aymon dit d'Ayent deux oboles à percevoir sur chaque balle de marchandises.

Sion, 1271, 22 juillet.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Rodulphus Dei gracia Sedun. episcopus, laudatione capituli nostri, dedimus et concessimus in feudum, pro L^{a} lb. acquisitionis nobis solutis et pro X sol. seruicii et pro XL sol. placiti et pro hominio ligio mense episcopali soluendis et pro duobus modiis siliginis censualibus soluendis annuatim capitulo memorato, Aymoni dicto de Ayent de Leuca et heredibus suis unum obolum in qualibet balla nomine ponderis et unum alium obolum in qualibet balla nomine de la sosta, quos obolos nos et successores nostri episcopi qui pro tempore fuerint tenemur dicto Aymoni et heredibus eius pro dicto hominio et seruicio, placito et censu predictis, omni alia exactione remota, contra omnes imperpetuum garentire. Quos duos modios siliginis

idem Aymo, laudatione Willerme uxoris eius et Stephani filii sui, assignauit memorato capitulo super magnam uineam suam de Glareto et super dominium uinee quam colit ab ipso Arembertus de Aniuesio supra predictam uineam. Inde precepimus nos et dictus Aymo cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Marcus decanus, Normandus cantor et cancellarius, Nicholaus de Grimisolio sacerdos, canonici Sedun., et Johannes de Dalleto qui hanc cartam leuauit, uice eiusdem Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Rodulphus clericus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXXI°, XI kl. augusti, nob(is) Rodulpho episcopante, imperio vacante.

779

Statuts capitulaires au sujet de la collation des bénéfices et des biens à acquérir par le chapitre.

Valère, 1271, 4 novembre.

Archives de Valère, G, 10.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod nos Rod. miseratione diuina electus et capitulum Sedun., per pulsationem campane, prout moris est, anno Dni M°.CC°.LXX° primo, II° nonas nouembris ad celebrandum capitulum congregati, intendentes ad utilitatem predicte ecclesie, in dicto capitulo duximus communiter et concorditer statuendum quod nos communiter uel singulariter non permittemus alicui persone siue clerico uel alicui cuicunque beneficium ecclesiasticum non vacans, quodcunque sit illud, nec etiam litteras nostras communes seu etiam singulares, vel sigilla nostra singularia vel etiam sigillum commune cuiquam super hoc concedemus. Item statuimus quod si qui redditus, census vel

terre admodo aduenerint predicto capitulo per testamentum alicuius vel per alium quemcunque titulum, quod predicti census, terre uel redditus nulli persone clerico siue canonico uel etiam seculari graciose conferantur, sed tantum illi uel illis predicta conferantur qui maius precium inde duxerint conferendum, quod precium conuertatur ad communes distribuciones vel ad aliud, secundum quod prefato capitulo melius videbitur expedire. Hoc saluo quod si quis prefato capitulo aliquid de predictis contulerit certa condicione apposita, eius condicio et uoluntas in omnibus obseruetur. Item prouide statuimus et ordinamus quod nos singulariter uel communiter non faciemus alicui canonico nouicio graciam super sua prima anuali residencia seu etiam super fructibus primi anni. Que omnia statuta et singula super sancta Dei Euangelia vallauimus iuramento, saluo in omnibus iure sedis episcopalis, quod non obstantibus statutis huiusmodi integre volumus obseruari. In premissorum autem testimonium nos electus et capitulum predicti sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum Valerie, in predicto capitulo, anno Dni M°.CC°.LXX° primo et II° nonas nouembris supradictis.

Les deux sceaux pendants.

780

Pierre de La Tour, chevalier, vend un droit d'affouage à Marc, doyen de Sion.

Sion, 1271, 8 novembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Petrus de Turre miles, senior, laudatione Petri filii nostri, vendidimus et finauimus pro XXX sol. nobis solutis dno Marcho decano

Sedun., tantummodo dum uixerit in corpore, affoiegium suum in nemore de Fey et talem partem qualem ibi habebamus et habere debebamus ex parte illorum de Turre, uidelicet sextam partem ipsius nemoris, ita uidelicet quod post decessum ipsius decani dictum nemus ad nos et ad heredes nostros libere deuoluatur. Quam uenditionem nos et heredes nostri tenemur dicto dno decano in uita sua tantummodo libere garentire. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Johannes dictus Pollo clericus, Johannes Açonis, Aymo garcifer dicti decani et Aymo de Lenz, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Rodulphus clericus eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXXI°, VI idus nouembris, imperio uacante, Rodulpho electo existente.

781

Rodolphe, évêque de Sion, donne en fief à Pierre Léon le péage de la châtellenie de Granges.

Sion, 1271, 11 novembre.

Furrer, Urkunden, 86.

Rudolfus episcopus vendit Petro Leoni pedagium in Grangiis.

Notum sit quod nos, laudatione capituli Sedun., dedimus et in feudum perpetuum concessimus, pro quindecim lb. Maur. nobis solutis et decem sol. annuatim in natali Dni (nomine) seruitii persoluendis et viginti sol. placiti, Petro Leoni de Granges et heredibus suis et cui dare, vendere, legare vel modo aliquo alienare voluerint, pedagium ballarum, vaccarum vel equorum in castellania de Granges, videlicet unum den. in qualibet balla et duos in equo, ita tamen quod a villa

de Granges superius idem Petrus et (sui heredes) suis expensis teneantur meliorare stratam que est per prata de Granges infra castellaniam, diruptione seu magna aquarum inundatione sine exceptis; extra prata de Granges debetur ipsi garantiri pro rata. Testes: magister Raymundus officialis episcopi, Rudolfus curatus de Grona, capellanus episcopi, Giraudus de Grinach miles, Jacobus de Annivisio domicellus, et Aymo de Lens, qui hanc cartam levavit, vice Normandi, etc. Vice ejus ego Rudolfus juratus scripsi. Seduni, 1271. Imperio vacante, nobis R. electo existente, 3 idus novembris.

782

Testament de Rodolphe de Valpelline, évêque de Sion.

Sion, 1271, 12 novembre.

Archives de Valère, F. 108.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Quoniam nichil est quod magis homini debeatur quam quod vltime voluntatis liber sit stilus et liberum quod iterum non redit arbitrium, ideo ego R. licet indignus ecclesie Sedun. electus, volens prouidere saluti anime mee, compos mentis, sanus corpore et in bona constitutus valetudine, nolens intestatus decedere, sic meum condo, facio et ordino testamentum. In primis volo et ordino quod clamores mei de bonis meis mobilibus et immobilibus, si mobilia non sufficiant, et debita mea soluantur, si contracta fuerint ratione patrimonii, per patrimonium, si ratione ecclesie, de bonis ipsius. Iterum in patrimonio meo michi fratrem meum dnum Aymonem heredem instituo, retentis michi elemosinis et bonis que de ipso fient in posterum. Iterum sepulturam meam eligo in sancta domo Kartusie et eidem domui lego centum lb. Maur. et omnes

libros meos, exceptis illis quos dnus P. electus Tarentasiensis [1] vellet sibi retinere, quos eidem dono et lego. Iterum lego capitulo Sedun. quadraginta solid. annuales, si tantum acquisiuero tempore mortis mee, alioquin quadraginta lb. de quibus emantur ad distribuendum inter presentes die obitus mei. Item lego ecclesie beate Marie Augustensis vnum refectorium die obitus mei faciendum et assignandum per heredem meum. Iterum ecclesie beati Petri Tarent. relinquo viginti quinque libras Viannenses quas habeo super libros meos legales. Iterum ecclesie Sancte Marie de Musterio relinquo et lego viginti sol. forcium annuales, quos acquisiui ab Aymone vicedno apud Altam curiam et dnus Rod. de Monte inde michi cartam custodit, distribuendos inter presentes die obitus mei; et volo quod ecclesie predicte annuatim in posterum faciant in obitu siue die obitus mei quod de vno de eorum canonicis fieri consueuit. Item lego eidem ecclesie beate Marie duas cupas argenteas ad faciendum duos calices. Item volo si aliqua superfuerint de bonis meis mobilibus, fiant elemosine et distribuantur inter pauperes et pia loca secundum voluntatem dicti dni electi consanguinei mei, et aliqua bona pars detur sororibus meis, sicut eidem visum fuerit expedire. Item volo quod remunerentur seruientes mei iuxta seruicium suum, sicut eidem dno electo visum fuerit expedire. Item volo quod quatuordecim lb. Vian. et quatuor sol. vel circa quas habui de testamento sacerdotis maladerie de Musterio, de quo fui executor, soluantur vbi ipse precepit, si per me antea solutum non fuerit, et testamentum ipsius inuenietur penes dnum Johannem celerarium dni electi. Alia debita que debemus in Tarent. solui possunt per fructus archidiaconatus et prebende mee Tarent. Ad hec autem et alia que sibi visa fuerint facienda, exequenda et adimplenda executores meos constituo dictum

[1] Pierre Grossi du Châtelard, en la Valdigne, doyen de Valère avant d'être élu archevêque de Tarentaise, en 1271.

dnum electum, dnum Aymonem fratrem meum et Gonradum de Yporigia canonicum Sedun., ita quod si omnes simul esse non possent, dnus electus per se uel cum altero eorumdem posset exequi supradicta. Hoc autem testamentum valere volo jure testamenti, et si dicto jure non valeret, volo quod valeat saltim jure cuiuslibet vltime voluntatis, vel altero jure quocumque melius potest. Et ad firmius adimplenda omnia bona mea mobilia et immobilia in manibus dictorum executorum relinquo et eisdem dicta bona assigno, me denestiendo et ipsos inuestiendo, fructibus dictarum rerum et usibus michi ad uitam meam retentis duntaxat. Actum Seduni, in domo mea episcopali, anno Dni M°.CC°.LXX° primo, in crastino beati Martini.

Le parchemin a été plié en quatre, puis fermé au moyen de sept sceaux suspendus au parchemin par sept bandes de parchemin qui traversaient les bords des quatre plis. Quatre de ces sceaux sont annoncés sur le revers du parchemin; les trois autres étaient sans indications et sont tombés ainsi que l'un des quatre premiers.

1er sceau, conservé; sur le bord du parchemin: Ego Rad. electus conditor presentis testamenti subscripxi.

3e sceau, conservé; sur le bord du parch.: Ego Nicholaus subscripsi, signaui et sigillaui.

4e sceau, tombé; item: Ego Nicholaus de Bagnes.

5e sceau, conservé; item: Ego magister Ramundus canonicus Tarant. de mandato testatoris presentem ordinacionem signaui, subscripsi et sigillavi.

783

Lyonette, majoresse de Monthey, et ses fils donnent à Maurice de Verbier leurs droits sur la condamine de la Ruvine.

1271, novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 709, ex arch. Agaun., Maj. minut. fol. LIX.

* Lyoneta majorissa de Montez et Willelmus, Boso et Petrus filii eiusdem Lyonete et Johanneta uxor ejusdem Willelmi de-

derunt et concesserunt Mauricio de Verbyer, homini suo ligio, quidquid juris habebant in condamina de la Ruvyna, sita in parrochia de Bagnes, cuius est cultor Jacobus Bruschez. Testes : dnus Nicolaus de Bagnes canonicus Sedun. et dnus P. de Bagnes curatus. Actum anno Dni M.CC.LXXI, mense novembri.

784

Accord entre les frères d'Alinges et les hommes de Liddes.

1271, 8 décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 712, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. IV.

Notum sit, etc., quod ego Vgo de Alingio canonicus Gebennensis laudo et confirmo hominibus de Leydes talem concordiam quam V. de Alingio frater meus fecit cum eisdem hominibus de recepto, summerio et quibusdam aliis rebus (prout) in quadam littera sigillo capituli Agaun. ecclesie sigillata plenius continetur, pro centum et decem sol. Maur. mihi a dictis hominibus traditis et solutis. Addito quod ego Vgo predictus confiteor dictis hominibus quod nostrum albergamentum de Alingio tenetur dictis hominibus reddere summarium, quando venit cavalcata de Maurienna et de Lumbardia, ad que loca predicti homines debent summarium nostro albergamento tradere in expeditione dni comitis Sabaudie ; et si post aventum dicti summarii non reddit eum hominibus predictis, dicti homines non tenentur eidem albergamento alium summerium tradere, donec fuerit traditus eisdem hominibus summerius prelibatus vel equipollens ab albergamento predicto. Et hec omnia supradicta proprio juramento promitto adtendere nec per me nec per alios contraire. Super hoc fuerunt testes: dnus Jacobus de Ayent canonicus Sancti Mauritii Agaun., Boso Faber Sancti Mauritii et plures alii, et ego Johannes

cantor ecclesie Agaun., qui hanc cartam levavi et scripsi* Actum est hoc anno Dni M°.CC°.LXX. primo, die martis post festum beati Nicolai.

785

Rodolphe, fils de Pierre Rodulphi, vend un cens à l'église de Sion.

Sion, 1271, 23 décembre.

Archives de Valère, original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. XL.

C. de finatione facta a Rod. filio Pe. Rod. super seruicio uinee Sancte Cristine.

Notum, etc., quod ego Rodulphus filius quondam Petri Rodulphi dedi et concessi irreuocabiliter inter uiuos, pro remedio anime mee et pro uno obolo annuatim seruicii et pro I den. placiti, ecclesie beate Marie Sedun. XII den. seruicii et X sol. placiti quos michi debebat capitulum Sedun. pro uinea de Sancta Cristina. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Petrus de Leuca canonicus Sedun., Petrus de Granges minister dicti capituli, Johannes de Palatio, subdyaconi, et ego Rodulphus clericus iuratus super hoc, qui hanc cartam leuaui et scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXXI°, X° kl. januarii, imperio vacante, Rodulpho episcopante.

786

Jean de Raspilly vend la moitié d'une maison et un pré à Pierre du Meiteg.

1272, 10 janvier.

Archives de M. Léon de Riedmatten, fragment d'un registre de notaires.

* Notum, etc., quod ego Johannes filius quondam Willelmi

de Raspilly, laudatione dne Isabelle relicte dni Giroldi de Columberio militis et Johannis et Henrici filiorum eius, uendidi et in feodum concessi pro XIV sol. acquisitionis et V den. seruicii et VI den. placiti Petro dol Meiteg de Cordona lathomo dimidiam domum de chyes Acyer et pratum situm ante dictam domum supra viam. Actum anno Dni M°.CC°.LXXII°, IIII° idus januarii.

787

Les procureurs de la commune de Milan accordent à Humbert de Gavio, citoyen de Sion, la perception d'un viennois sur chaque balle des marchandises qui passent par le Vallais, à condition qu'il entretienne la route et les ponts au-dessous de Vétroz.

Sion, 1272, 14 janvier.

Documents sur le Vallais. (M. Bordier.)

In nomine Dni, Amen. Anno dnice incarnationis 1272, die jovis 14 intrante januario, in civitate Sedun., presentibus Manxio de Naxo et Scoto filio Rudoni Jovi de Ferrera et Petro Gotardo Meretuaulo, omnibus civibus Sedun., testibus, dni Bugerius de Arcu et Albertus Liprandus, sindici et procuratores communitatis Mediolani, ut apparet per cartam, etc., anno 1271, 4 decembris, et nuncii et procuratores negotiatorum, ut apparet per cartam, etc., dederunt et constituerunt et ordinaverunt Umberto de Gavio civi Sedun. et heredibus suis omni tempore usque in perpetuum Viennensem unum super qualibet balla eundo in Franciam sive redeundo Francia, que itur per stratam Vallesii. Quod Viennensem dictus Umbertus et heredes eius possunt usque in perpetuum a qualibet balla eundo per Sedunum vel stratam Sedun., tam eundo superius quam redeundo inferius, et quod Viennensem

dicti procuratores dederunt et constituerunt eidem Vmberto et heredibus suis pro manutenendo stratam et pontes de subtus Vertrey, ubi dicitur es Valos sive Langhenum. Que strata et pontes dictus Vmbertus convenit et promisit per se et suos heredes facere et manutenere omni tempore usque in perpetuum, predicto Viennensi constituto et causa sic attendendi sub omnibus damonis (?) clausulis. Ego Homo Deus notarius de Domo Ozule hanc cartam de voluntate partium rogatus tradidi et scripsi.

788

Werner, chevalier de Bex, renonce en faveur de Lionette de Monthey à la redevance d'une bête de somme.

1271 (1272), février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 708, ex arch. Agaun., Maj. minut. fol. LXIX.

* Noverint universi quod dnus Warnerus miles de Beiz dictus de Porta et Willelmus, Aymo et Nicholaus filii ejus vendiderunt in perpetuum et quittaverunt Lyonete de Montez majorisse et ejus heredibus illum somarium [1] quem debebat eisdem albergamentum majoris de Montez pro decima quam eadem Lyoneta vel alius ejus nomine tenet in feudum a predicto Walnero milite in castellania de Monteiz, quando chavaucia dni comitis mandabatur, pro IV lb. bon. Maur. cum X sol. eidem militi persolutis. Qui miles et filii ejus predicti quittaverunt quidquid juris habebant versus predictum albergamentum majoris de Montez et versus predictam Lyonetam et versus Aubertum de Turre de Viviaco ratione predicti so-

[1] Somarius, bête de somme.

marii, sed retinuerunt sibi tantummodo homagium et placitum pro feudo predicto. Inde sunt testes dnus Johannes canonicus Agaun. filius ejusdem militis, etc., et ego Jacobus cantor ecclesie Agaun., qui hanc cartam scripsi et levavi. Actum anno Dni M.CC.LXXI, mense februarii.

789

Jean d'Arbignon, donzel, donne une oche en fief à Pierre meunier de Copet.

1271 (1272), février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 490, ex arch. Agaun., Maj. minut. fol. LXII.

Johannes de Arbignon domicellus, de laude Margarete uxoris sue, dedit in feudum Petro molendinario de Copet quamdam ochiam sitam coram domo des Bales, versus domum Rodulfi de Novilla, apud Sanctum Mauricium, pro LXIII sol. eidem domicello persolutis. Anno dni M.CC.LXXI, mense februarii.

790

Donation de Rodolphe d'Arbignon, donzel, à Jean, donzel du même lieu.

1271 (1272), février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 447, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. LXI.

Noverint universi, etc., quod Rodulfus de Albignon domicellus, de laude Johannete uxoris sue et Johannis filii sui,

vendidit in perpetuum Johanni domicello ejusdem loci et ejus heredibus quidquid ipse Rodulfus habebat vel habere debebat in vacherina et in corvata alpis de Perue et quidquid habebat in corvatis alpium de Ouys, de Valyemo, de Balma et de Suys, pro LV sol. bon. Maur. eidem Rodulfo nomine acquisitionis integre persolutis. Super qua venditione idem ipse Rodulfus promisit esse bonus guerens. Inde sunt testes dnus Henricus miles de Columberio, Girodus dou Perer, Petrus de Salvans mistralis, etc. Actum anno Dni M.CC.LXXI, mense februarii.

791

Legs de Jean de la Cour en faveur de l'hôpital et de la maladrerie de Sion.

1272, 13 mars.

Archives de Valère, F, 162.

* Nos Bonifacius diuina permissione Sedun. episcopus vidimus testamentum quondam magistri Johannis de Curia patris quondam magistri Martini canonici Sedun. octo sigillis sigillatum, quod incipit sic : Anno Dni M°.CC°.LXXII°, in die ueteris carnispreuii, ego magister Johannis de Curia clericus, etc. In quo inter cetera legata vidimus contineri quod idem magister Johannes dedit et legauit hospitali Sedun. et maladerie eiusdem loci cuilibet dimidium fischilinum siliginis censualem, super domum de Malacort, juxta bastimentum, quam tenet Martinus de Nas. Quam testamenti particulam, ne dicta elemosina deperiret, transcribi fecimus per manum Amedei de Reyna clerici, cum sigillo nostro. Datum Seduni, X kl. julii, anno Dni M°.CCC°VII°, inditione quinta.

Sceau endommagé.

792

Testament de Henri de Rarogne, sacristain et vidomne de Sion.

Valère, 1272, 5 avril.

Archives de Valère, F. 1 et 8.

In nomine Dni, Amen. Anno Dni M°.CC°.LXX secundo, nonas aprilis, vacante imperio, Rodolpho de Valle pellina episcopante, ego Henricus sacrista et vicednus Sedun. in bona valetudine constitutus, non vi, non dolo inductus, volens de rebus meis disponere pro remedio anime mee et reuerendi patris Henrici quondam episcopi Sedun. et aliorum progenitorum meorum et inter legatarios diuidere sine scriptis, per nuncupationem dispono facere testamentum in hunc modum. Primo do, lego capitulo Sedun. terciam partem tocius hereditatis mee, ubicunque iaceat, in monte uel in plano, cum iuribus, iurisdictionibus et actionibus et aliis quibuscunque ad dictam terciam pertinentibus. De qua tercia parte volo et ordino quod dictum capitulum assignet quatuor lb. censuales ad opus vnius seruitoris in ecclesia inferiori, qui ibidem perpetue deseruiat in sacerdotali ordine; cuius presentationem dimitto capitulo memorato. Item volo et ordino quod dictum capitulum assignet quatuor lb. censuales de dicta tercia parte dno Willermo dapifero Sedun. meo fratri, ita videlicet quod si dictus dnus Willermus ab Helecha sorore mea sine herede susceplo descesserit, ad prefatum capitulum dicte quatuor lb. libere reuertantur, nisi ab alio uiro heredem legitimum susceperit dna Helecha supradicta, ad quem predicte quatuor lb. deuoluantur. Item volo et ordino ut dictum capitulum assignet de predicta tercia parte triginta sol. censuales capelle Sancti Pauli et decem sol. cens. confraternitati ad honorem

beate Uirginis constitute, ita quod si dicta confraternitas, quod Deus auertat, deficeret, predicti decem solidi ad memoratum capitulum reuertantur. In reliquis uero duabus partibus hereditatis mee heredem instituo Radulphum fratrem meum, et si sine herede legitimo descesserit, substituo sibi capitulum predictum. Ita uidelicet quod si predictus R. frater meus contra predictum meum testamentum siue ordinationem uenire presumpserit uel infringere attemptauerit, ipsum ab illis portionibus in quibus ipsum heredem constitui exheredo, volens et precipiens ut ad prefatum capitulum cum sua tercia deuoluatur. Nolens ut aliqua deductio quarte trabelianice seu tercie debite iure successionis fiat in legatis superius nominatis. Item volo et ordino quod clamores mei de bonis meis mobilibus totaliter emendentur. Que si non suffecerint, super totam hereditatem fiat completio emendationis debitorum. Volo et ordino ut ius quod habeo in capella predicti Sancti Pauli in predicta tercia dicti capituli computetur. Item do, lego prefato capitulo omnia acquisita mea facta et facienda, exceptis decem solidis quos acquisiui apud Chouson, quos debet Christinus de Made, de quibus do, lego quinque sol. ecclesie beati Nicholai de Chouson, et alios quinque sol. altari beati Theodoli Sedun. Si uero aliquid de meis mobilibus, emendatis meis clamoribus, superfuerit, illud do et lego capitulo supradicto. Executores et commissarios meos super hiis deputo decanos qui pro tempore fuerint in ecclesia Sedun., precipiens eisdem sub attestatione diuini iudicii per hoc presens scriptum ut predicta omnia cum consilio capituli fideliter et liberaliter exequantur. Uolo insuper et ordino ut quecunque ad sepedictum capitulum de bonis meis euenerint, cottidianis distributionibus a predictis executoribus integre deputentur. Hanc autem ordinationem feci, saluo michi iure addendi uel diminuendi, mutandi et alterius testamenti, si michi placuerit, faciendi. Uolo siquidem ut presens testamentum ualeat

iure testamenti nuncupativi; quod si non valeat iure testamenti nuncupativi, valeat iure codicillorum, seu cuiuslibet alterius ultime voluntatis. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati: dnus Nicolaus de Bagnes, dnus Gregorius, Radulphus de Leuca, Petrus de Montionet, Petrus de Leuca, canonici Sedun., dnus Petrus curatus Sedun., dnus Johannes curatus ecclesie Sancti Nicolai de Chouson. In premissorum autem testimonium et plenum robur sigillum meum, videlicet sacristie, una cum sigillis testium prescriptorum duxi presenti ordinationi fideliter apponendum. Datum et actum Valerie, anno Dni et mensis suprascriptis.

Sceaux d'office tous intacts. Celui de sacristain représente un prêtre, debout qui de la main droite tient deux clefs et de la gauche un livre sur sa poitrine.

793

Aldis, veuve de Godefroid de Biandrate, major de Viége, se réserve une part de l'héritage dévolu à son fils Jocelin.

Viége, 1272, 28 avril.

Archives de Valère. — De Gingins, Documents pour servir à l'histoire des comtes de Biandrate, pag. 43. — Furrer, III, 86.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Aldis maiorissa de Uesbia, laudacione Willermi et Jocelmi filiorum meorum, michi retinui in porcione hereditatis sue Jocelmi filii mei quicquid debetur de Gebreitun de Gazun usque ad Widema, excepto feodo Johannis Torbiers, quod ibidem iacet, et quicquid inde debet, et pratum maioris de Wolfgruobun, iuxta stratam pupblicam, et II uineas, unam supra Halbzucht et aliam in Dienloren, et feodum et hominium Willemmeis filii quondam Walteri et feodum et hominium Petri Bachelars et Willermi dicti Wala et Jacobi domicelli de Uesbia, cum omni iure

et dominio, et IIII^{or} modiis siliginis seruicii quos Agata de Tholun debet, et II modios quos Petrus capellanus debet, et II modios quos Willermus Wielant debet, que omnia recepi pro XIIII libris quos dictus Jocelmus michi annuatim debebat de porcione sua, et domo in castro de Uesbia cum grenerio et omnibus edificiis ibidem et casalibus et grangia quam emi de Johanni Torbiere et unam libram gingiberis seruicii in Henrico filio Hwc de Termennun, et porcionem meam casus Beatricis de Arennun et dne Hwgunete de Raronia, uel in cartis de Oxula et in facto Rodolphi episcopi Sedun. apud Gomes, uel in aliquo alio casu, et excepto iure et hereditate Gotfredi quondam mariti mei in Italia. Que omnia dictus Jocelmus et heredes sui et hereditas sua tenentur michi contra cartas et omnes conuenciones et contracciones ante dictam conuencionem factas et contra omnes expensis suis omni alia exactione in perpetuum garentire. Adiectum est eciam quod sepe dictus Jocelmus tenetur dimidia debita mea uel Gotfredi quondam mariti mei soluere. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Rodolphus de Morgi, Willermus de Fulense, Willermus clericus et Petrus capellanus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., uice cuius ego Jacobus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Uesbie, anno Dni M°.CC°.LXXII°, IIII° kl. maji, imperio uacante, Rodolpho episcopante.

794

Pierre de Martigny, chevalier, vend diverses possessions à Guillaume de La Tour, de Vevey, chevalier.

1272, 23 juin.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 732, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. VII. — Gallia christ. XII, instr. 514. — Furrer, III, 87.

Nos Petrus de Martiniaco miles et ego Willelmus filius ejus

et ego Ysabella uxor dicti Willelmi notum facimus universis presentem cartam inspecturis quod nos, considerata utilitate nostra, vendidimus et nomine pure venditionis tradidimus dno Willelmo de Turre de Viviaco militi et suis heredibus in perpetuum tres pecias vinee sitas in territorio de Chapuneres .... et medietatem cujusdam domus sitam apud Turrem, que fuit quondam dne Felise de Turre, et medietatem vinee et holchie sitas retro dictam domum, et medietatem cujusdam domus sitam infra recettum de Turre, item partem nostram IV pausarum terre que site sunt in plano de Turre, item omnia alia que habebamus et habere debebamus quacumque ratione in valle de Blunay et in parrochia Portus Vallesii, que omnia sunt et erant de feudo ipsius dni Willelmi, pro XXXI lb. et V sol. Lausan., quas nos habuimus et recepimus a dicto dno Willelmo milite in bona pecunia numerata. Devestimus, etc. Ad hoc interfuerunt testes convocati et rogati : dnus Amedeus et dnus Jacobus de Aent, canonici Agaun., magister Petrus Jollens et plures alii et ego dnus P. helemosinarius Sancti Mauricii, qui hanc cartam scripsi ad preceptum dni G. abbatis Agaun. nomine ecclesie Agaun. Cui si quis, etc. Actum est hoc in vigilia beati Johannis Baptiste, anno Dni M°.CC°.LXXII°. In cuius rei testimonium appositum est sigillum capituli Agaun.

795

Droits du camérier épiscopal de Sion.

Martigny, 1272, 7 août.

Archives de Valère, Registrum Martini de Seduno notarii.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Rod. diuina miseratione Sedun. episcopus licet indignus salutem cum noticia rei geste. Dilecti fidelis nostri camerarii grata seruicia nobis

et ecclesie Sedun. impensa et ipsius clara merita specialiter attendentes, confitemur eidem tamquam bene merito quod ratione seruicii camerarie sue quod ab ecclesia nostra Sedun. noscitur possidere, percipere debet in hospicio nostro lucrum sigilli, ita tamen quod sigillo ceram ministrare tenetur, item morsus mensurabiles candelarum et debet linamenta ministrare, item robas conuenientes vni scutifero, quamdiu scutifer fuerit, et si miles fuerit robas militis, sicuti aliis nostris militibus faceremus, item annonam vni equo et paustum vnius garcionis, item pannos lineos quos a lecto nostro et a nobis eicimus, item totam illam robam quam portat scutifer qui miles a nobis fieri debet ante suam miliciam habere debet, tamen braerium, zonam, cerothecas et cucufam et balneum et patum in balneo debet ministrare eidem; item si contingat nos reconciliare ecclesiam aliquam uel etiam consecrare, debet percipere tanquam camerarius partem suam sicut est hactenus consuetum; item tenet a nobis pro dicta cameraria quadraginta solidos Maur. annuales apud Chamosum; pro quibus omnibus debet nobis homagium ligium et C sol. de placito; item debet XXX solidatas de traythy et nobis tanquam camerarius fideliter deseruire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vnacum sigillo officialis nostri presentibus litteris apponi fecimus ad maiorem roboris firmitatem. Datum apud Martiniacum, VII° ydus augusti, anno Dni M°CC°LXXII°

796

Rodolphe, évêque de Sion, déclare que les églises dépendantes de l'abbaye de Saint-Maurice ne sont pas astreintes à payer de taille pour les dépenses du sacre de l'évêque de Sion.

1272, 30 septembre.

Arch. de l'abb. de Saint-Maurice, Livre de la Val d'Illiés, pag. 99.

Rodulphus diuina miseratione Sedun. episcopus uniuersis

presentes litteras inspecturis eternam in Dno salutem. Cum nos ratione expensarum sacre nostre in ecclesia de Planconey, de Vilagio, de Bagnes, de Saluano, Sancti Sigismundi, de Choex, de Aulono ac de Allio talliam fecissemus, religiosi viri abbas et conuentus monasterii Sancti Mauricii Agaun. dictarum ecclesiarum patroni coram nobis propter hoc querimoniam deponerent vel querelam, dicentes predictas (ecclesias) arrestatione talis tallie penitus immunes esse debere; nos auditis eorum rationibus plenius intellectis, quoniam nobis non constitit dictas ecclesias uel eorum rectores alias huiusmodi talliam persoluisse, a prestatione tallie huiusmodi ipsas uel ipsos pronuntiamus immunes esse debere, ipsos supra dicta tallia quittantes in futurum et penitus absoluentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Saxa, pridie cal. octobris, anno Dni millesimo CC°LXX secundo.

Ex vidimus facto a Guidone de Portis judice in Gebennesio et Chablasio, ap. Sanctum Mauritium, die mercurii post festum b. Mathei apost., anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo, sumpto millesimo in Pascate.

797

Aymon de Louèche, dit d'Ayent, donne à l'évêque de Sion ses droits de péage en garantie de 85 L. qu'il en a reçues.

Sion, 1272, 27 octobre.

Archives de Valère, Liber instrumentorum de Leuca, fol. 99 verso.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Aymo de Leuca, dictus de Ayent, tytulo pignorationis obligani dno Rodulpho miseratione diuina Sedun. episcopo pro quater viginti

et quinque lb. Maur., quas me confiteor recepisse in bona pecunia numerata, quicquid juris habebam in ballis tam nomine ponderis quam suste de Ayert et de Varonna, videlicet vnum obolum nomine soste et vnum obolum nomine ponderis in qualibet balla, que omnia habeo in feudum ab eodem dno episcopo, et ego debeo manutenere dictam sustam et pondus expensis meis; debeo etiam accipere vnum obolum in qualibet balla quam cito persoluero medietatem quater XX et quinque lb., et quam cito persoluero dicto dno episcopo vel eius mandato sepedictas quater XX et quinque lb. Maur. dicta obligatio ad me et ad heredes meos sine impedimento aliquo penitus deuoluatur. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati: magister Raimundus officialis curie Sedun., Vulliermus notarius eiusdem curie, Anselmus de Saxons domicellus et Rodulphus Anueti clericus, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit et scripsit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, in curia episcopali, VI° kl novembris, anno Dni M°CC.LXXII, imperio vacante, dicto Rodulpho episcopante.

798

Agnès du Four vend une vigne à Guillaume Daval.

Ville, 1272, 3 novembre.

Archives de la ville de Sion.

* Notum sit quod ego Agnes de Furno de Vila, laudatione Martini mariti mei, Willelmus filius meus impuber erat, uendidi et in feodum concessi, pro C sol. acquisitionis et pro duobus quartalibus castronis et duabus numatis panis et dimidio sextario uini seruicii soluendis annuatim Bertholdo dol Soler de Vila et pro IIII sol. placiti, Willelmo Daual uineam quam

habebam apud Colles et pratulum meum de Molendino et IIII den. seruicii et VIII den. placiti quos michi debebat Petrus Albus de Bluys. Dictus Bertholdus uel heredes eius debent nuncio qui apportabit eis predictum seruicium prandium. Actum apud Vila, anno Dni M°.CC°.LXXII°, III° nonas nouembris, imperio vacante, Rodulpho episcopante.

799

Accord entre le doyen de Sion et Pierre, major d'Hérémence, au sujet d'un clos de vignes.

Sion, 1272, 18 novembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum discordia verteretur inter dnum Marcum decanum Sedun. nomine decanatus sui, ex vna parte, et Petrum maiorem de Heremencia et Bosonem fratrem eius nomine suo et confratrum et feodatariorum suorum, ex altera, super clauso vinearum quod jacet apud Mulignon, subtus vicum de Sales ex vna parte, et iuxta vineam Willelmi de Sancto Laurencio ex altera, et supra vineam Johannis de Mulignon, per venerabiles viros dnum Willelmum dapiferum Sedun. militem et Aymonem de Turre domicellum et laudatione capituli Sedun. taliter est sopita, quod dicti fratres dederunt et persoluerunt dicto decano octo lb. Maur., pro quibus idem decanus remisit, finauit et quictauit imperpetuum dictis fratribus et confratribus et feodatariis eorum et heredibus eorumdem omnem actionem et querelam quam idem decanus habebat et habere poterat erga ipsos nomine clausi supradicti. Ita videlicet quod si Rodulphus filius quondam Symonis de Turre, a quo ipsi tenent dictas vineas et ipse Rodulphus tenet eas a dicto decano, nollet eis garentire,

ipsi fratres tenentur soluere predicto decano et successoribus suis sex den. seruicii et decem octo den. placiti pro vineis supradictis; nec possunt plus exigere dictus decanus et successores sui a fratribus supradictis nec ab heredibus eorumdem, nisi vsagium supradictum. Inde roganit vtraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Petrus de Leuca canonicus Sedun., Anselmus de Saxon domicellus, Petrus de Seduna, Nicolaus Niger et ego Rodulphus clericus juratus super hoc, qui hanc cartam scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXXII°, XIIII° kl. decembris, imperio vacante, Rodulpho episcopante.

800

Guillaume et Aymon de Blonay confirment une donation faite au sénéchal Guillaume, par Guillaume de La Tour.

1272, 30 novembre.

Documents sur le Vallais. (M. Bordier.)

Willelmus filius quondam Aymonis de Blonay militis eiectus ab omni avoyeria et tutela, et Aymo frater meus (laudamus) Willelmo dapifero jus super domo in precedenti actu data. (Voy. N° 768.)

Dna Fornasis mater nostra et Godofredus maritus eius. 1272, 2 cal. decembris.

801

Droits du comte de Savoie à Vouvry.

1272.

An. Jos. de Rivaz, XII, 455, ex arch. familiæ du Fay de Taney apud Montheolum.

In extentis recentibus dni nostri comitis Sabaudie et prede-

cessorum suorum continetur recognitio generalis hominum parrochie Wuvriaci, facta anno Dni millesimo CC^mo.LXX secundo, prout infra :

Homines de Vuvrier jure . . . . . [1] homines sint ; debent dno comiti cavalcatam, clamam, bannum et omnem justitiam, excepto placito generali.

Item cheneveriam videlicet in quolibet foco unum mustessium, ubi est, vel duos den. Maur. ubi non est canabus, excepto arbergo de Media villa, arbergo de Clauso, arbergo donne Perrete, ubi unus focus in quolibet arbergo de excusala.

De bienneria eodem modo scilicet duos den. in quolibet foco.

Capones dicunt se non debere generaliter.

Item debent manoperam ad castrum Chillionis per tres dies ad sumptus ipsorum.

Item in quolibet foco in plano unum fastum feni, si est, si non est fenum, palee in omnibus in plano. In monte debent uenationes, videlicet garnimentum ad pastus in plano bosco a festo B. Michaelis usque ad festum Omnium Sanctorum. Et si defectus inveniatur in aliquo custodienti pastus LX Maur. pro banno.

Item dnus habet in quolibet urso extra dictum boscum pellem, platas, costiam per tornum anchie, caput et budellum.

Item in quolibet fructu alpis de Verna habet dnus unum serum, unum caseum, qui sunt ut nunc tres.

Notandum de jure dni abbatis Agaun. in ursis de Layes dicunt ut illi de Chaflex.

Psalterius est immunis pro officio salterie, excepto quod debet cavalcatam.

Facta est collatio de . . . . . cum originali per me Martinum de Loes notarium.

[1] En blanc.

802

Pierre de Malacuria vend des vignes à Rodolphe de Mannenberg.

Sion, 1273, 29 janvier.

Archives de Valère.

* Ego Petrus filius quondam Petri Malacuria, ciuis Sedun., de consensu Margarete uxoris mee, uendidi pro triginta et sex lb. Maur. Rodulpho de Manember clauigero curie Sedun., ciui Sedun., uineam apud Vercoma et partem meam quam habeo in vineis deys Quarteries apud Vercoma cum Anthonio fratre meo et Oydelina matre eius, pro quibus uineis varia debentur seruicia. Testes : Wilfermus de Morgi canonicus Sedun., Willermus rector hospitalis. Datum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXXII°, IV° kl. februarii, imperio vacante, Rodulpho episcopante.

803

Aymon, donzel de Lugrin, cède à Jean d'Arbignon, donzel, un fief qu'il tenait de ce dernier.

1272 (1273), 24 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 718, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. VI.

Noverint, etc., quod Aymo domicellus de Lugrins filius quondam dni Aymonis militis, (de consensu) filiorum suorum Henrici et Willelmi, vendidit penitus et quittavit Johanni de Arbignon domicello et suis heredibus quidquid a dicto Johanne tenebat in feudum a ponte dEstablo usque en Col, scilicet Giroldum de Balbuys et alia, si qua in predicto loco habebat,

alte et basse pro VIII lb. et V sol. Lausan. eidem Aymoni domicello integre datis et solutis. Predicta autem tenetur dictus Aymo et sui heredes dicto Johanni et suis heredibus manutenere, defendere et contra omnes guarentire. Ad hoc interfuerunt testes convocati et rogati : dnus Henricus miles de Columberio, Humbertus domicellus de Columberio frater ejus, Henricus psalterus, Banno minister de Yllies et plures alii, et ego P. helemosinarius, qui hanc cartam levavi et scripsi ad mandatum dni G. abbatis Agaun. nomine ecclesie Agaun. Cui si quis, etc. Actum est hoc in festo sancti Mathie apostoli, anno Dni M°.CC°.LXX°.II°. In cujus rei, etc.

804

Accord entre Jean, donzel d'Arbignon, et les hommes de Morcles au sujet des pâturages du mont d'Arbignon.

1272 (1273), 26 février.

Ann. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 719, ex arch. Agaun., Majus minut.

Notum, etc., quod cum discordia verteretur inter Johannem domicellum de Arbignon, ex una parte, et homines des Morcles, ex altera, super pascua que tenebant dicti homines a predicto Johanne in monte de Arbignon, pacificata est in hunc modum, quod predicti homines debent et tenentur solvere annuatim in festo sancti Johannis Baptiste predicto Johanni et suis heredibus IV sol., II den. minus, et in natali Dni tres cupas fabarum reddendas ad Sanctum Mauritium, ubi. dictus Johannes percipiet, et in chavaleria sua unum modium avene, sibi tamen et non suis heredibus. Et sic predicti homines et eorum heredes ab omnibus aliis usagiis sive serviciis pro predicto servicio solvendo in antea a dicto Johanne et ejus heredibus sunt totaliter immunes. Preterea dicti homines et

eorum heredes debent uti in predictis pascuis, sicut hactenus ipsi et predecessores ipsorum uti consueverunt. Ad hoc interfuerunt testes convocati et rogati : Magister Petrus Jollens, Petruz de Verauza, Willelmus Quarterii clericus et plures alii, et ego dnus P. helemosinarius Sancti Mauricii, qui hanc cartam levavi et scripsi ad preceptum dni G. abbatis Agaun. Cui si quis, etc. Actum dominica in quadragesima, anno Dni M°.CC°.LXXII°. In cujus rei, etc.

805

Traité pour le transit des marchandises entre l'évêque de Sion et les marchands de Milan et de Pistoie.

(1271-1273)

Archives de Valère.
Le haut du parchemin a été coupé, le côté gauche est endommagé et il y a des trous au milieu.

.... Uice uersa predicti sindici, suo nomine et nomine vniuersitatis mercatorum et dictorum mercatorum de Pistoria, considerantes quod predictus dnus episcopus non posset pontes et stratas reficere et in bono statu conseruare sine maximis et immoderatis expensis, dederunt et constituerunt voluntarie dicto dno episcopo super qualibet balla panni draperie de Francia et drapi de auro et side et speciarie den. duodecim Maur. pro qualibet balla, et pro quolibet equo de guarda den. duodecim Maur. De ballis vero fustanorum, lane, cere, corduanorum, aquum, marçarie, armature et aliis ballis equiualentibus den. sex. Maur. pro qualibet balla. De ballis vero ferri, azarii et cuiuslibet metalli, saluo auro et argento, den. duos Maur. pro qualibet balla, saluis tribus den. Maur. qui soluebantur aput Sedunum et duobus den. qui soluebant-

tur apud Brigam et vnum den. ad pontem de Rida de antiquis pedagiis, prout est actenus consuetum. Item dederunt eidem duo episcopo et modo suprascripto den. vnum Maur. pro qualibet balla pro manutenendo pontem de Grangiis de Martigniaco et vnum Vian. pro susta illius loci et pro quolibet equo de guarda vnum Maur. Cetera vero pedagia que non continentur in isto instrumento penitus relaxentur, exceptis illis pedagiis siue daciis que leuabantur tempore dni Henrici bone memorie episcopi memorati, que suprascripta excepta soluantur in posterum, prout est actenus consuetum. Insuper predicti sindici, suo nomine et nomine suprascripto, dederunt et constituerunt et ordinauerunt quod dnus Guillelmus dapifer venerabilis patris dni episcopi Sedun. et sui heredes, et non cui dederint, habeant similiter de qualibet balla de qua dnus episcopus accipit den. duodecim Maur. duos den. Maur., et de quolibet equo de guarda duos den. Maur., et pro quibuslibet aliis ballis den. vnum Maur. Quam donationem voluerunt, ordinauerunt perpetualiter permanere, ita quod ipsam alienare non possint vllomodo. Et ipse vero dnus Guillelmus et sui heredes teneantur ipsos mercatores adiuuare et manutenere in omnibus negociis mercatorum siue mercanture in districtu dni episcopi et alibi ubicunque poterint, justicia mediante. Item quod dnus episcopus teneatur precipere ligatori ballarum de Briga quod de cetero aliquas ballas non liget nec deliget, nisi de voluntate mercatorum, et quod mercatores vel nuntii ipsorum possint facere deligare et ligare ballas suas quandocunque voluerint et a quibuscunque voluerint. Item quod dictus dnus episcopus teneatur precipere et procurare quod ponderatores ballarum de Briga teneantur de consilio duorum vel trium mercatorum ponere quolibet anno vnum bonum et fidelem hominem de Briga ponderatorem ad ponderandum ballas mercatorum, et quod dictus ponderator teneatur jurare ad sancta Dei Euangelia in presentia maioris de Nares quod

fideliter et legaliter ponderet ballas quamdiu in dicto officio fuerit constitutus. Item quod vecturales terre dni episcopi qui portant ballas, non possint nec debeant facere inter se aliquod sacramentum siue conuenciones, promissiones siue pacta de ballis portandis in preiudicium mercatorum siue contra mercatores, nisi de consensu et voluntate dni episcopi supradicti. Que omnia vniuersa et singula capitula supradicta, prout superius continetur, tempore regiminis dicti dni episcopi obtineant firmitatem et non ultra, preter donationem dni Guillelmi dapiferi que durare debeat imperpetuum et valere pro se et suis heredibus et non cui dederint. Et dicte partes obligauerunt et se et omnia sua bona ecclesie Sedun. et bona communis et hominum Mediolani et dictorum mercatorum de Pistoria pignor . . . . . vicissim vna pars alteri et altera alteri omnia et singula que superius continentur attendere et obseruare et rata et firma habere et tenere et sic dare, facere et restituere. Et dictus dnus episcopus, de predicto consilio et voluntate, ex vna parte, et dicti sindici, suprascripto modo et nomine, promiserunt quod restituent sibi vicissim omne damnum et interesse et dispendium quod inde haberent uel sustinerent. Et renuntiauit dictus dnus episcopus priuilegio sui fori et omnibus exceptionibus et deffensionibus quibus se tueri posset. Et supradicti sindici, procuratorio nomine communis Mediolani et mercatorum predictorum et predictorum mercatorum de Pistoria, non coacti, nec decepti, nec per aliquem circumuenti, sed propria voluntate predicta dona dicto dno episcopo et soluere dicto dno episcopo, dare et soluere bona fide promiserunt propter rationes superius assignatas. Ad hec autem fuerunt testes vocati et rogati dnus Henricus sacrista Sedun., Conradus de Yporigia, magister Hugo de Festerna, Gontherius de Gigno, Franciscus de Curia maiori, canonici Sedun., magister Ramondus canonicus Tarent. et officialis Sedun., dnus . . . . . Sedun., dnus Aymo de Castelione,

dnus Johannes Huboldi, milites, Petrus Juglar, Jacobus Mistralis, Guillelmus de Drona, Valnerius Magnus, Albertus Salterius et Haubertus de Gauio, ciues Sedun. Nos vero commune Mediolani visis conditionibus . . . . . concordatis per Albertum Liprandi et Fugerium de Arcuei, sindicos et procuratores et nuntios nostros, predicta omnia confirmamus et rata haberi volumus. Ut autem in accipiendis pedagiis memoratis siue donis omnis tollatur dubietas tam per conuentiones habitas inter Henricum predecessorem dni episcopi suprascripti, quam per presentes conuentiones contentas in instrumento presenti, exprimuntur pedagia siue dona que de cetero dari siue leuari debent et non aliqua alia nisi illa que inferius continentur. In primis de qualibet balla panni draperie de Francia et drapi de auro et side et speciarie den. duodecim Maur., et pro quolibet equo de guarda den. duodecim Maur., de ballis vero fustaniorum, lane, cere, corduanorum, aquum, mercerie uel armature et aliis ballis equivalentibus den. sex Maur. pro qualibet balla, de ballis vero ferri, azerii et cuiuslibet metali, saluo auro et argento, den. duos Maur. pro qualibet balla. Item apud Sedun. tres den. Maur. pro qualibet balla. Item apud Sedun. den. sex Maur. pro quolibet equo de guarda. Item den. duos Maur. apud Brigam pro qualibet balla, cum aliis pedagiis ibidem consuetis. Item apud pontem de Ryda vnum den. Maur. pro qualibet balla. Item ibidem quatuor den. Maur. pro quolibet equo de guarda, cum aliis pedagiis ibidem consuetis. Item pro ponte de Granciis de Martigniaco vnum den. Maur. pro qualibet balla et vnum Vianen. pro susta illius loci et pro quolibet equo de guarda den. vnum Maur. Item pro reparatione strate de Aierto[1] vsque ad Vespiam vnum Vianen. pro qualibet balla. Item pro reparatione vie subtus Vertro in loco qui dicitur Guaces vnum Vianen. qui est

[1] Agaren près de Loueche.

datus et concessus Honberto de Ganio et heredibus suis, de qua donatione habet instrumentum factum per manum Homodei notari infrascripti[1]. Pedagia vero dno Guillelmo dapifero concessa leuentur prout est superius expressum. Item seruetur et fiat inter ipsum dnum episcopum et predictos mercatores de Pistoria. . . . . sine consimilia vendicent sibi locum inter ipsum dnum episcopum et dictos de Pistoria, prout superius dictum est inter Mediolan. et ipsum dnum episcopum, exceptis dictis libris trescentis Vianen. In cuius rei memoriam et testimonium nos prefati commune Mediolani . . . . . vna cum sigillo vniuersitatis mercatorum et negotiatorum Mediolani presentem cartam duximus sigilandam. '

Ego Johannes filius Zanebelli Canuo de Vapere ciuitatis Mediolani not., etc.

Le contexte indique que le présent traité a été conclu sous l'épiscopat de Rodolphe de Valpelline, ainsi entre juin 1271 et mai 1273.

Cf. le traité du 15 mars 1291.

806

Mort de Rodolphe de Valpelline, évêque de Sion.

1273, 24 mai.

M. D. R. XVIII, Nécrologe de Sion, 269.

VIIII kl. junii. O. Rodulphus de Val(le pelli)na episcopus Sedun., qui dedit capitulo Sedun. XL (sol.) Maur. super acquisit(ione quam) fecerat a Warnero (de) Rarognia domicello (in) ualle de Heroens ; (de) quibus debent diuidi X sol. sacerdotibus canonicis qui anniuersario suo intererunt.

[1] 14 janvier 1272. Voy. pag. 187, N° 787.

807

Projet d'articles auxquels s'engageraient les chanoines de Sion dans le cas où l'un d'entre eux serait nommé évêque.

Valère, 1273, 26 mai.

Archives de Valère, G. 8.

Nos Henricus sacrista ecclesie Sedun., Gregorius, magister Bernardus, P. de Palatio, Rodulphus de Grona, P. de Leucha, Willermus de Morgia, Rodulphus de Leuca, P. de Moniouet, P. de Granges, P. de Herdes, Viricus de Cathego et Jacobus de Augusta, canonici Sedun., notum facimus vniuersis quod nos omnes conuocati et etiam congregati in ecclesia de Valeria, anno Dni M°.CC°.LXX°.III°, VII° kl. junii, per pulsationem campane ad capitulum celebrandum, recognoscimus omnes vnanimiter quod episcopus Sedun. nichil debet accipere in bonis mobilibus seu immobilibus canonici seu canonicorum Sedun. ex testamento siue ab intestato decedentis seu decedentium, nisi illud quod sibi fuerit in testamento relictum, sed debent bona, nisi fuerint hereditaria, intestati decedentis capitulo remanere. Item quod nichil debet accipere in fructibus personatuum et canoniarum per mortem persone uel canonici non vacantium. Item si per mortem predictos personatus et canonias vacare contigerit, propter quod episcopus fructus percipiat, non tamen potest conferre beneficia uel ecclesias quorum uel quarum collatio uel presentatio pertinet ad dictos personatus seu etiam canonias, sed personis que ad personatus uel canonias predictos assumpte fuerint, debet dictorum beneficiorum seu ecclesiarum collatio seu presentatio reseruari. Item si vassallus uel feudatarius canonici uel persone sine tali herede decesserit per quod feudum ad dnum reuertatur, feudum canonici siue persone ad ipsum libere reuertitur

et in illo episcopus uel alius quicunque nullam accipit portionem. Item si aliquis legauerit ecclesie Sedun. aliquem censum super re feudali siue hominii ligii siue plani, episcopus non potest nec debet inhibere, quam diu potuerit habere vsagium suum a possessore feudi uel legatario; quod si ab altero ipsorum vsagium suum habere non posset, tunc potest sesire feudum suum, quousque habeat hominem suum seu etiam responsalem de omnibus suis vsagiis faciendis. Item quod episcopus non potest domum quam dicitur habere in Valeria nisi canonico Sedun. ecclesie *non suspecto*[1] et aliquod edificium non debet fieri inter dictam domum antiquam dicti episcopi et aulam de Valeria sed debet remoueri camera ibi facta, nec debet episcopus dictum castrum intrare cum armis uel aliter per quod canonici possent admittere castrum vel eciam incurrere periculum uel aliquam lesionem in rebus uel personis. *Item quod episcopus debet ponere castellanos in castris omnibus ecclesie seu mense episcopalis de consilio et voluntate capituli Sedun. Et* (Item) in posicione castellanorum (castrorum omnium ecclesie Sedun.) debet (episcopus) precipere predictis castellanis per iuramentum (ab eis corporaliter supra sancta Dei euangelia prestandum) quod si de eo aliquid h . . . . . acciderit, quod ipsi reddant dicta castra omni occasione, exceptione remota, incontinenti capitulo Sedun. *nec debet eadem castra munire de hominibus comitatus Sabaudie vel suspectis.* Item quod episcopus non potest uocare canonicos Sedun. seu capitulum Sedun. extra castrum de Valeria pro collacione beneficiorum facienda. Item quod bona que Willermus Cocus dedit ad opus vnius seruitoris, videlicet domum quam tenet dnus Renaldus de Martigniaco miles apud Malam Curiam, et domum quam tenet Marchus decanus in Ciuitate et omnia alia

[1] Les mots en italique sont biffés dans l'original, et ceux qui sont placés entre parenthèse ont été intercalés entre les lignes.

bona vbicunque iacent que legauit predicto seruitori idem Willermus, debent esse predicti seruitoris et potest ea capitulum vendicare ad opus seruitoris, qui perpetue deseruiat in ecclesia inferiori in ordine sacerdotali, prout idem Willermus duxit in suo testamento statuendum. (Hec clausula est in dispositione dnorum Cunradi et Marci decanorum, magistri Tad (?) de Uiuiaco et P. de Leucha.) Hec autem omnia, prout superius dicta sunt, vidimus et audiuimus a predecessoribus nostris recordari. Promittentes singulariter singuli et vnanimiter vniuersi supra sancta Dei euangelia pro posse nostro seruare omnia et singula supradicta et facere obseruari, nec uenire ullo tempore contra per nos uel interpositam personam, ita quod si aliquis nostrum promotus fuerit in episcopum Sedun., incontinenti quando confirmatus fuerit jurabit supra dicta Dei euangelia predicta omnia capitulo confirmare et eciam tanquam episcopus consentire. Renunciantes penitus in hoc facto omni iuri consuetudinario et scripto, ciuili et canonico, municipali, litteris, priuilegiis impetratis seu eciam impetrandis, de quibus omnibus de verbo ad verbum oporteat fieri plenariam mentionem, et legi que hec expresse dicit et beneficio quod ista facta sunt sede episcopali vacante et omnibus iuribus, consuetudinibus, beneficiis per que possent predicta anullari seu aliquid predictorum, cum hec fecerimus pro bono pacis et ne possit in posterum super hiis nasci discordia inter episcopos et canonicos Sedun. In premissorum autem testimonium nos omnes prenominati sigilla nostra propria vna cum sigillo capituli presentibus duximus adnectenda. Datum et actum in ecclesia de Valeria, anno Dni M°.CC°.LXX° tercio, VII kl. junii supradictis.

Pas de sceau. Le bas du parchemin est découpé en petites bandelettes dont sept ont été coupées.

Les ratures et additions faites à la rédaction primitive prouvent que nous avons ici un projet et non un acte définitif.

808

Philippe, comte de Savoie, reconnaît tenir la ville de Saint-Maurice en fief du roi d'Angleterre.

Saint-George d'Espéranche, 1273, 25 juin.

Wurstemberger, IV, 465.

Philippus comes Sabaudiæ confitetur recepisse ab Edwardo rege Angliæ in feudum (inter alia) villam S. Mauritii in Chablais, ad retinendum sub eo modo sicut tenuit eam A. comes a Henrico rege, patre prædicti regis[1]; et pro dictis feodis fatetur Philippus fecisse homagium in manibus prædicti regis Edwardi. Apud S. Georgium de Sperenchia, 1273, 25 junii.

809

Henri de Rarogne, sacristain et vidomne de Sion, donne un fief à Martin d'Hérémence.

Valère, 1273, 25 juin.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Henricus sacrista et vicedominus Sedun. dedimus et concessimus in feodum, pro II sol. intragii nobis solutis et III sol. seruicii et VI den. placiti, Martino de Eremencia ciui Sedun. et Cristine vxori eius et heredibus eorum totam terram cultam et incultam quam habebamus apud la Perrery de Corbasseriis, iuxta uineam hospitalis Sedun. et subtus stratam publicam et supra et in fronte campi Petri Binfa et usque ad feodum Cristini Pon-

[1] Voy. tom. I, pag. 386.

toner. Quam terram nos et heredes nostri tenemur eis.... garentire. Inde roganimus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : dnus Johannes de Chouson capellanus noster, Jacobus Thorenci, predictus Cristinus Pontoner, et ego Rodulphus iuratus super hoc, qui hanc cartam leuaui et scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Valerie anno Dni M°.CC°LXXIII°, VII° kl. julii, imperio vacante, Henrico electo existente.

810

Anselme Blatere indemnise Thomas de Stalden pour un dommage supporté par ce dernier.

Stalden, 1273, 2 juillet.

Archives de Valère.

' Nos Anselmus Blatere et Willerma uxor eius confessi sumus quod Thomas de Staldun dampnum accepit pro debitis nostris ualens XXX lb. Maur., pro quibus dedimus dicto Thome II medios bladi seruicii, quos nobis et Willermo Blatere patri nostro Petrus de Albo castro debebat. Testes: Petrus sacrista et Petrus capellanus, qui hanc cartam leuauit, etc. Datum apud Staldun, anno Dni M°CC°LXXIII°, VI nonas julii, imperio et Sedun. sede vacantibus.

811

Etienne Chesal vend un four et un moulin à Guillaume de Frenaunatun.

Naters, 1273, 19 juillet.

Archives de Valère.

' Ego Stephanus filius quondam dni Johannis Chesal de

Nares vendidi pro XXIII lb. acquisitionis et XII den. seruicii et II sol. placiti Willermo filio quondam Aselmi de Frennunatun de Burgise furnum et molendinum cum edificio supra que fuerunt Henrici Fronnunere, cum aqueductu cui Wor dicitur et ortum iuxta furnum. Testes : Marzo miles de Saxo, Johannes Rodier, etc. Datum apud Narres, anno Dni M°.CC°.LXXIII°, XIIII kl. augusti, imperio et episcopali sede vacantibus.

812

Ulric de Varone vend un pré à Ulric de Gessenay.

Sion, 1273, 7 août.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Vldricus de Uarona, laudatione Alasie vxoris mee, uendidi et finaui pro XL sol. michi solutis Vldrico de Gissiney ciui Sedunensi et heredibus eius unum frustum prati situm apud lo Croset, inter pratum magistri Alberti et pratum Jacobi de Claustro ciuium Sedun., soluituris IIII den. seruicii annuatim et XII den. placiti Beatrici relicte Anthonii de Cabanna et heredibus suis, a qua habetur in feudum uendicio supradicta. Quod frustum predictum ego Beatrix et heredes mei tenemur Vldrico de Gissiney.... garentire. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Petrus et Willermus filii quondam predicti Anthonii, Jordanus de Friburgo, ciues Sedun., et ego Rodulphus iuratus super hoc, qui hanc cartam scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°CC°LXXIII°, VII° idus augusti, imperio vacante, Henrico electo existente.

813

Pierre, major de Vex, vend un pré à Marc, doyen de Sion.

Sion, 1273, 8 septembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus maior de Ves, laudatione Annete uxoris mee et Petri filii mei et Nicholete filie mee, alii pueri mei erant impuberes, uendidi et in feudum concessi pro LX[a] sol. acquisitionis michi soluitis et I den. annuatim seruicii et III den. placiti dno Marco decano Sedun. et cui dare, uendere uel legare uoluerit, pratum cum omnibus appendiciis suis quod habebam apud Miriber, in prato Mortous, inter pratum Johannis de Balmussi et pratum Petri de Vernamiesi. Quod feudum ego et heredes mei tenemur dicto dno Marco uel cui dare, uendere uel legare uoluerit, omni alia exactione remota, contra omnes imperpetuum garentire. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: dnus Johannes curatus de Chouson, Boso de Eremencia, Johannes de Balmussi predictus et ego Rodulphus iuratus super hoc, qui hanc cartam scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°LXXIII°, VI° idus septembris, imperio vacante, Henrico electo existente.

814

Jacomolus fils de Delaydus de Bertonis reconnaît devoir 20 L. à Guillaume de Blandrate.

Brigue, 1273, 20 octobre.

Archives de Valère.

* Anno dominice incarnacionis millesimo CCLXXIII, indi-

cione prima, die veneris XII exeunte octubri, in loco Brige, presentibus Gualtino de Scala de Briga et Trancherio de Armegno et aliis testibus Jacomolus filius quondam Delaydi de Bertonis de Douerio, omni exceptione remota, manifestauit se pro mercato accepisse tot pecoras a dno Guillermo filio quondam dni comiti de Blandrato, qui manet ad Uesbiam, pro quibus ipse conuenit et promissit eidem Guillermo dare et soluere lb. XX Maur., minus sol. VI, in certis terminis. Ossides constituuntur Nicolinus Ramucinus de Semplono et Guillermus Mar, filius quondam Ricardi de Fraxenedo.

Ego Guillermus Ramucinus, notar., etc.

* Anno, die et loco quibus supra, talis concordia facta fuit inter dnum Guillermum filium quondam dni comitis Gotefredi de Blandrato, qui manet ad Uesbiam, ex una parte, et Jacomolum filium quondam Delaydi de Bertonis de Douerio, ex altera, occaxione lb. XX Maur., minus sol. VI Maur., quas dictus Jacomolus dare tenebatur predicto dpo Guillermo, quod si supradictus Jacomolus non soluerit predictas lb. XX, minus sol. VI, in quolibet termino, promisit ipsum Guillermum indempnem liberare omnibus modis, et causa sic adtendendi obligauit suprascriptus Jacomolus omnia sua bona pignori.

Ego Guillermus Ramucinus, notar., etc.

815

Quittance de Marguerite de Vinéis en faveur de Guillaume de Vinéis.

1274, 9 janvier.

Archives de Valère.

* Margareta de Vineis, Alaisia eius filia et Aymo Gilermi maritus Alaisie quittant Willermo de Vineis omnes terras et

possessiones quas tunc idem Willermus tenebat, pro viridario sito ante domum dicte Margarete, super quo debentur eidem Willermo IV fischilini grumaliorum, et pro uno jugere campi apud Ginyesi et pro LV sol. ipsis solutis. Testes: Willermus Daual, domicellus, etc. Datum anno Dni M.CC.LXXIV, V idus januarii, imperio et sede vacantibus.

816

Délimitation des territoires dans lesquels les Frères-Prêcheurs des couvents de Lausanne et de Berne peuvent exercer leur ministère.

1273 (1274), février.

Archives du canton de Berne, Liber reddituum conventus Predicatorum, A. 1438, fol. 165.

Noverint universi, quod talis composicio de limitacione terminorum inter conventum fratrum ordinis predicatorum Lausanensium et conventum fratrum Bernensium ejusdem ordinis facta est concorditer per eosdem, videlicet quod dictus conventus Lausanensis dimittit dicto conventui Bernensi totam terram ultra Senonam, a Marlie exclusive ultra versus Ararim, et a Mureto similiter exclusive versus Senonam, a strata publica que ducit versus Condaminam inferius ; item parrochiam de Cellie et parrochiam de Irlant et ab ecclesia Alba inferius totam terram, exceptis vallibus Sancti Himerii et de Peril ; item Biellam et totam terram inferius versus Solodorum. Reliquam terram in diocesi Lausanensi retinet sibi totam cum tota diocesi Sedunensi, de consensu et voluntate prioris et conventus fratrum Bernensium predictorum. Si vero contingeret, quod predictus conventus Lausanensis careret fratre Theutonico, per quem terra theutonica Sedunensis diocesis a Leuca superius exclusive visitari non posset, tunc fratres predicatores Bernenses eandem terram visitare possunt et elemosinas

petere ibidem, prioris conventus Lausanensis qui pro tempore fuerit vel ejus vicarii petita licentia et obtenta, quam tamen licentiam idem prior cum suo conventu revocare valeant, quandoque fratrem habuerint qui sciat Theutonicum ydioma, quem illuc voluerint destinare vel ad petendum elemosinas vel ad predicationis officium exercendum. Hanc autem composicionem procurare tenetur uterque conventus per litteras magistri sui ordinis et priorum suorum provincialium confirmari. In horum omnium confirmacionem et testimonium supradicti conventus duxerunt presentes litteras sigillorum suorum munimine roborandas. Actum anno Dni M°CC°LXXIII°, mense februarii.

817

Donations de Rodolphe de Valère pour l'entretien d'un chapelain de l'autel de saint Jean dans l'église inférieure de Sion.

Sion, 1274, 8 mars.

Archives de Valère, Cartul. du XIII° siècle, fol. 58.

Notum, etc., quod ego Rodulphus clericus filius quondam Rodulphi de Valeria, laudatione Symundi et Ludouici fratrum meorum, dedi irreuocabiliter inter viuos pro remedio anime mee altari Sancti Johannis, sito in inferiori ecclesia, ad opus vnius sacerdotis ibidem celebrantis domum meam que iacet in ciuitate, inter domum Alberti Passeris et domum que fuit Anthonii Azerier, que domus fuit Andree Joculatoris dicti Auentura, et tria frusta vinee quorum vnum iacet apud Nanz, inter vineam Petri de Monjouet canonici Sedun. et vineam Petri de Seduna, et alia duo iacent apud Dorbens, quorum alterum ipsorum jacet apud Petram Cheynner et est trium fossoratarum, inter vineam Vldrici de Temporiua et vineam Walandi de Gragnuesc, et aliud in plano de Dorbens inter vineam Jo-

hannis de Malerna et vineam Blanche molendinarie Sedun., et vnum juger campi situm in Campo Sicco, apud Fontem Bouchier, iuxta pratum quod fuit quondam Willermi de Heruens, et iuxta pratum episcopale. Item dedi eidem altari XIIII lb. Maur. quas michi debet predictus Symundus supra domum quam predictus Rodulphus de Valeria pater meus acquisiuit a capitulo Sedun. et supra pratum de Campo Sicco, situm supra predictum campum. Quod pratum et que domus sunt de consensu predicti Ludouici pro predictis XIIII lb. Maur. obligati. Dedi eciam eidem altari omnia acquisita que ab hac hora in antea duxero facienda. In quibus omnibus retinui michi usum in uita mea pacifice possidendum. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sit vocantur : Johannes de Hospitali presbiter, Willermus de Ayent, Johannes de Baignes, clerici, et Petrus de Leuca canonicus Sedun. qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et concellarii Sedun., vice cuius ego magister Martinus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXX°IIII°, VIII° idus martii, imperio et sede Sedun. vacantibus.

818

Réversale de Philippe, comte de Savoie, en faveur de l'église de Sion, au sujet de la monnaie qu'il avait fait frapper à Saint-Maurice.

Sion, 1274, 7 mai.

Archives de Valère, B. 31. — Cibrario e Promis, Doc. 205.

Nos Philippus Sabaudie et Burgondie comes notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod, cum monetam Maurisiensem cudi apud Sanctum Mauricium fecissemus ac ipsam presentauerimus capitulo Sedun. ad examinandum et probandum eandem, prout per antecessores nostros fieri consueuit, quia dictum capitulum timebat ne sibi uel ecclesie Sedun.,

cuius sedes uacabat, ex hoc in futurum preiudicium proueniret, ad receptionem dubitabat eiusdem. Quibus per presentes litteras concessimus quod per presentationem et examinationem et receptionem prefatas nullum in futurum ecclesie et capitulo predictis preiudicium generetur, quin potius eisdem capitulo et ecclesie ius suum integraliter conseruetur, ac postquam ecclesie Sedun. prouisum fuerit de pastore, post eiusdem pastoris confirmationem et consecrationem, idem pastor quicquid super presentatione, examinatione et receptione Maurisien. ac mutatione fortium de Lugduno, Vianensium, regalium et aliarum monetarum, nec non super omnibus et singulis articulis in presentatione, examinatione et mutatione quarumlibet monetarum ad presens uel in futurum emergentibus actum est, possit integraliter reuocare. Qui si forte quod super premissis actum est ratum habere noluerit, post ratihabitionem nobis has presentes litteras uel dictum capitulum reddere teneatur. Ac e conuerso litteras quas idem capitulum nobis super consimili forma et protestatione concessit, nobis uicissim reddere teneatur, jure et consuetudine Sedun. ecclesie et comitatus Sabaudie utrique partium in premissis omnibus integraliter reseruatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum Seduni, nonas maii, anno Dni M°.CC.°LXX°. quarto.

Sceau rond, aigle aux ailes éployées : † S. PHI DE SABAVDIA COMITIS PALA . . . . BVRGVND . . . .

819

Mort de Henri II de Rarogne, évêque élu de Sion.

1274, 14 octobre.

M. D. R. XVIII, Nécrologe de Sion, 285.

II idus octobris, anno Dni millesimo C(C)LXXIIII, obiit Hen-

ricus de Rarognia s(acrista) et electus in decanum de V(aleria) et in episcopum Sedun., qui (dedit) terciam partem hereditatis (sue) et omnia mobilia sua et acquisita sua, suis (clamoribus) emendatis, capitulo Sedun.

Cet article du Nécrologe de Sion indique clairement que le sacristain Henri de Rarogne a été élu évêque de Sion; trois chartes, celles du 25 juin, du 7 août et du 8 septembre 1273, confirment le même fait; elles mentionnent, en effet, *Henri évêque élu* « *Henrico electo.* » Cependant dans deux autres chartes de la même époque (2 et 19 juillet 1273), ainsi que dans celles des premiers mois de l'année suivante, le siége est dit vacant, « *sede vacante.* » Il y a là une contradiction évidente, qu'il n'est cependant pas impossible d'expliquer. Henri de Rarogne aura été réellement élu évêque, mais son élection aura donné lieu à des contestations et à des difficultés, et on comprend que, dans ce cas, les notaires aient tantôt indiqué l'évêque élu et tantôt dit que le siége était vacant. L'acte du 7 mai 1274 montre toutefois que, à cette date, le chapitre en corps regardait l'évêché comme vacant.

820

Pierre Le Noir vend un cens de quatre fichelins de seigle à Aymon Favre.

Sierre, 1274, 26 novembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus Niger de Ventona, laudatione Aymonete vxoris mee, pueri mei erant impuberes, vendidi et finaui imperpetuum pro L sol. michi solutis Aymoni Fabro de Glarey et suis heredibus IIII^{or} fischilinos siliginis receptibilis reddendos annuatim in natiuitate Dni, assignans sibi dictum censum super vno frustro prati sito apud la Trisanda . . . . . Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Petrus Dauaul, Sygymundus de Sirro, Villermus de Claustro et Johannes de Valcilli, qui

808

Philippe, comte de Savoie, reconnaît tenir la ville de Saint-Maurice en fief du roi d'Angleterre.

Saint-George d'Espéranche, 1273, 25 juin.

Wurstemberger, IV, 465.

Philippus comes Sabaudiæ confitetur recepisse ab Edwardo rege Angliæ in feudum (inter alia) villam S. Mauritii in Chablais, ad retinendum sub eo modo sicut tenuit eam A. comes a Henrico rege, patre prædicti regis[1]; et pro dictis feodis fatetur Philippus fecisse homagium in manibus prædicti regis Edwardi. Apud S. Georgium de Sperenchia, 1273, 25 junii.

809

Henri de Rarogne, sacristain et vidomne de Sion, donne un fief à Martin d'Hérémence.

Valère, 1273, 25 juin.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Henricus sacrista et vicedominus Sedun. dedimus et concessimus in feodum, pro II sol. intragii nobis solutis et III sol. seruicii et VI den. placiti, Martino de Eremencia ciui Sedun. et Cristine vxori eius et heredibus eorum totam terram cultam et incultam quam habebamus apud la Perrery de Corbasseriis, iuxta uineam hospitalis Sedun. et subtus stratam publicam et supra et in fronte campi Petri Binfa et usque ad feodum Cristini Pon-

[1] Voy. tom. I, pag. 886.

toner. Quam terram nos et heredes nostri tenemur eis.... garentire. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : dnus Johannes de Chouson capellanus noster, Jacobus Thorenci, predictus Cristinus Pontoner, et ego Rodulphus iuratus super hoc, qui hanc cartam leuaui et scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Valerie anno Dni M°.CC°LXXIII°, VII° kl. julii, imperio vacante, Henrico electo existente.

810

Anselme Blatere indemnise Thomas de Stalden pour un dommage supporté par ce dernier.

Stalden, 1273, 2 juillet.

Archives de Valère.

' Nos Anselmus Blatere et Willerma uxor eius confessi sumus quod Thomas de Staldun dampnum accepit pro debitis nostris ualens XXX lb. Maur., pro quibus dedimus dicto Thome II medios bladi seruicii, quos nobis et Willermo Blatere patri nostro Petrus de Albo castro debebat. Testes: Petrus sacrista et Petrus capellanus, qui hanc cartam leuauit, etc. Datum apud Staldun, anno Dni M°CC°LXXIII°, VI nonas julii, imperio et Sedun. sede vacantibus.

811

Etienne Chesal vend un four et un moulin à Guillaume de Frennunatun.

Naters, 1273, 19 juillet.

Archives de Valère.

' Ego Stephanus filius quondam dni Johannis Chesal de

Nares vendidi pro XXIII lb. acquisitionis et XII den. seruicii et II sol. placiti Willermo filio quondam Aselmi de Frennunatun de Burgise furnum et molendinum cum edificio supra que fuerunt Henrici Fronnunere, cum aqueductu cui Wor dicitur et ortum iuxta furnum. Testes : Marzo miles de Saxo, Johannes Rodier, etc. Datum apud Narres, anno Dni M°.CC°.LXXIII°, XIIII kl. augusti, imperio et episcopali sede vacantibus.

812

Ulric de Varone vend un pré à Ulric de Gessenay.

Sion, 1273, 7 août.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Vldricus de Uarona, laudatione Alasie vxoris mee, uendidi et finaui pro XL sol. michi solutis Vldrico de Gissiney ciui Sedunensi et heredibus eius unum frustum prati situm apud lo Croset, inter pratum magistri Alberti et pratum Jacobi de Claustro ciuium Sedun., soluituris IIII den. seruicii annuatim et XII den. placiti Beatrici relicte Anthonii de Cabanna et heredibus suis, a qua habetur in feudum uendicio supradicta. Quod frustum predictum ego Beatrix et heredes mei tenemur Vldrico de Gissiney.... garentire. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Petrus et Willermus filii quondam predicti Anthonii, Jordanus de Friburgo, ciues Sedun., et ego Rodulphus iuratus super hoc, qui hanc cartam scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°CC°LXXIII°, VII° idus augusti, imperio vacante, Henrico electo existente.

813

Pierre, major de Vex, vend un pré à Marc, doyen de Sion.

Sion, 1273, 8 septembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus maior de Ves, laudatione Annete uxoris mee et Petri filii mei et Nicholete filie mee, alii pueri mei erant impuberes, uendidi et in feudum concessi pro LX^{a} sol. acquisitionis michi solutis et I den. annuatim seruicii et III den. placiti dno Marco decano Sedun. et cui dare, uendere uel legare uoluerit, pratum cum omnibus appendiciis suis quod habebam apud Miriber, in prato Mortous, inter pratum Johannis de Balmussi et pratum Petri de Vernamiesi. Quod feudum ego et heredes mei tenemur dicto dno Marco uel cui dare, uendere uel legare uoluerit, omni alia exactione remota, contra omnes imperpetuum garentire. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: dnus Johannes curatus de Chouson, Boso de Eremencia, Johannes de Balmussi predictus et ego Rodulphus iuratus super hoc, qui hanc cartam scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°LXXIII°, VI° idus septembris, imperio vacante, Henrico electo existente.

814

Jacomolus fils de Delaydus de Bertonis reconnaît devoir 20 L. à Guillaume de Blandrate.

Brigue, 1273, 20 octobre.

Archives de Valère.

* Anno dominice incarnacionis millesimo CCLXXIII, indi-

cione prima, die veneris XII exeunte octubri, in loco Brige, presentibus Gualtino de Scala de Briga et Trancherio de Armegno et aliis testibus Jacomolus filius quondam Delaydi de Bertonis de Douerio, omni exceptione remota, manifestauit se pro mercato accepisse tot pecoras a dno Guillermo filio quondam dni comiti de Blandrato, qui manet ad Uesbiam, pro quibus ipse conuenit et promissit eidem Guillermo dare et soluere lb. XX Maur., minus sol. VI, in certis terminis. Ossides constituuntur Nicolinus Ramucinus de Semplono et Guillermus Mar, filius quondam Ricardi de Fraxenedo.

Ego Guillermus Ramucinus, notar., etc.

* Anno, die et loco quibus supra, talis concordia facta fuit inter dnum Guillermum filium quondam dni comitis Gotefredi de Blandrato, qui manet ad Uesbiam, ex una parte, et Jacomolum filium quondam Delaydi de Bertonis de Douerio, ex altera, occaxione lb. XX Maur., minus sol. VI Maur., quas dictus Jacomolus dare tenebatur predicto dpo Guillermo, quod si supradictus Jacomolus non soluerit predictas lb. XX, minus sol. VI, in quolibet termino, promisit ipsum Guillermum indempnem liberare omnibus modis, et causa sic adtendendi obligauit suprascriptus Jacomolus omnia sua bona pignori.

Ego Guillermus Ramucinus, notar., etc.

815

Quittance de Marguerite de Vinéis en faveur de Guillaume de Vinéis.

1274, 9 janvier.

Archives de Valère.

* Margareta de Vineis, Alaisia eius filia et Aymo Gilermi maritus Alaisie quittant Willermo de Vineis omnes terras et

possessiones quas tunc idem Willermus tenebat, pro viridario sito ante domum dicte Margarete, super quo debentur eidem Willermo IV fischilini grumaliorum, et pro uno jugere campi apud Ginyesi et pro LV sol. ipsis solutis. Testes: Willermus Daual, domicellus, etc. Datum anno Dni M.CC.LXXIV, V idus januarii, imperio et sede vacantibus.

816

Délimitation des territoires dans lesquels les Frères-Prêcheurs des couvents de Lausanne et de Berne peuvent exercer leur ministère.

1273 (1274), février.

Archives du canton de Berne, Liber reddituum conventus Predicatorum, A. 1438, fol. 165.

Noverint universi, quod talis composicio de limitacione terminorum inter conventum fratrum ordinis predicatorum Lausanensium et conventum fratrum Bernensium ejusdem ordinis facta est concorditer per eosdem, videlicet quod dictus conventus Lausanensis dimittit dicto conventui Bernensi totam terram ultra Senonam, a Marlie exclusive ultra versus Ararim, et a Mureto similiter exclusive versus Senonam, a strata publica que ducit versus Condaminam inferius; item parrochiam de Cellie et parrochiam de Irlant et ab ecclesia Alba inferius totam terram, exceptis vallibus Sancti Himerii et de Peril; item Biellam et totam terram inferius versus Solodorum. Reliquam terram in diocesi Lausanensi retinet sibi totam cum tota diocesi Sedunensi, de consensu et voluntate prioris et conventus fratrum Bernensium predictorum. Si vero contingeret, quod predictus conventus Lausanensis careret fratre Theutonico, per quem terra theutonica Sedunensis diocesis a Leuca superius exclusive visitari non posset, tunc fratres predicatores Bernenses eandem terram visitare possunt et elemosinas

supradictorum capituli et Rodulfi presentibus litteris duximus apponenda. Qui capitulum et Rodulfus sigilla sua posuerunt in signum et testimonium approbationis ordinationis nostre seu dicte. Datum et actum Seduni, septimo ydus januarii, anno Dni millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

Tous les sceaux sont conservés sauf ceux de l'évêque et de Rodolphe de Rarogne.

La fin de cet acte est différente dans la copie du *Cartulaire*; la voici :

Inde rogauerunt predicte partes cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Petrus de Billens canonicus Lausan., Petrus curatus de Melduno, Willermus prior de Biria, Rodulphus de Sancto Martino, Petrus de Secusia, magister Martinus Clerici et magister Petrus de Thora canonicus Augustensis, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego magister Martinus de Curia Sedun. iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni in curia episcopali, anno Dni M°.CC°.LXXV°, septimo idus januarii, Rodulpho comite electo in regem Alemanie promouendum in imperatorem, prefato Pe. electo Sedun. existente.

824

Nicolas, curé de Viége, vend une dîme à Pierre de Funnona.

Viége, 1275, 27 janvier.

Archives de Valère, Cartul. ecclesie de Vespia, fol. 1, N° V.

* Ego Nycolaus curatus de Vespia concedo in feudum Petro de Funnona decimam apud Mulakeren quam abstuli a Nycolao saltero de Vespia, tanquam michi commissam per venditionem predicti Petri factam dicto Nycolao saltero sine laude mea, pro tribus sextariis vini malte seruicii et V fissilinis bladi

seruicii et V sol. placiti et hommagio plano, ad vitam meam. Testes Martinodus de Balschindro domicellus, etc. Datum Vespie, anno Dni M.CC.LXXV, VI kl. februarii, Petro episcopante.

825

Félisoz, fils du chanoine Nanczon, vend une maison et une grange au chanoine Pierre de Granges, métral du chapitre.

Sion, 1275, 27 février.

Archives de Valère, original et Cartulaire du XIIIe siècle, fol. 50.

Notum, etc., quod ego Felisoz filius quondam Nanczonis canonici Sedun., nomine mei et Johannis fratris mei, qui me super hoc constituit procuratorem, vendidi et finaui imperpetuum Petro de Granges canonico Sedun. et mistrali capituli Sedun. pro XV lb. Maur. mihi persolutis, facturo usagia dnis, domum lapideam et grangiam lapideam et plateam sitam inter domum et grangiam predictas, cum ingressibus, egressibus et omnibus aliis appendiciis eorumdem; que domus protenditur usque ad Sedunam et jacet inter domum Petri de la Chauana et domum et casale Willermi de Temporiua fabri, et quicquid iuris, rationis, dominii vtilis et directi habebamus uel habere possemus in omnibus et singulis supradictis. Que omnia fuerunt predicti Nanczonis et debent post decessum nostrum deuolui ad dictum capitulum, nichil michi iuris vel predicto fratri meo in predictis omnibus retinendo. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: dnus Petrus de Leucha canonicus Sedun., Jacobus de Mura, Pe. de Seduna, Anselmus de Chablesio, Jorginus filius Johannis don Maresc et Johannes Aubrici, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., anno Dni M°CC°LXX°V°, III° kl. marcii. Postmodum vero dictus Johannes superueniens laudauit, ac-

ceptauit et approbauit uenditionem et omnia et singula supradicta ex certa sciencia, non ui, non dolo uel in aliquo circonuentus, et rogauit inde cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Petrus de Leucha canonicus et Johannes Aubrici memorati et ego magister Martinus, qui laudationem predicti Johannis recepi et hanc cartam scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXX°V°, IIII° kl. julii, imperio uacante, Petro episcopante.

826

Aymon d'Ayent vend à Pierre, évêque de Sion, trois muids de seigle de cens annuel pour le prix de 88 L.

Louèche, 1275, 21 mai.

Archives de Valère, Liber instrumentorum de Leuca, fol. 88.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Aymo de Ayent, laudatione Willermete vxoris mee, Stephani filii mei, vendidi et finaui in perpetuum pro triginta octo libris Maur. mihi solutis R. patri Petro Dei gratia Sedun. episcopo et eius successoribus tres modios silliginis censuales, quos debet mihi Warnerus filius Anselmi de Jonczana. Quam venditionem ego et heredes mei tenemur dicto dno episcopo et suis successoribus contra omnes, omni alia exactione remota, imperpetuum garentire. Quod si ego aut heredes mei deficiemus in garantatione, assignaui dicto dno episcopo in garantationem domum meam et casamentum meum cum susta et campum situm sub via ante sustam, et campum situm sub via, qui fuit es Jullious, item quatuor jugera campi sita supra viam et decimam quam tenebam a Joanne de Mulinbach, super quibus haberet recursum, donec foret dicto dno episcopo plenarie

satisfactum . . . . Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Joannes Marchis, Rodulphus mistralis de Curia, ciuis Sedun., Petrus de Puteo, Rodulphus filius Ysabelle et Johannes de Dalleto, qui hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. . . . . Actum Leuce, anno Dni millesimo ducentesimo LXXV°, XII kl. junii, imperio vacante, Petro episcopante.

827

Sentence au sujet du vidomnat de Naters.

1275, vers le 23 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Nos Petrus episcopus Sedun. coram nobis egisse Nantelmum de Saxo et Jocelinum de Vrnavas ex una et Rodulphum de Rarognia domicellum (ex altera). Petebant de Saxo et Vrnavaz vicedominatum de Narres ratione dotis eorum vxoris et de Saxo petebat feudum in territorio de Simplono et Narres. Adjudicatur petitum in contumaciam absentis. 1275, ante ascensionem Dni.

828

Guillaume, sénéchal de Sion, vend une maison à Marc, doyen de Sion.

Sion, 1275, 2 août.

Archives de Valère, Gg, 151.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod Willelmus senescalcus Sedun., miles, laudatione Helice vxoris sue, quam laudationem recepit Guichardus curatus de Columberio, pueri

ipsius militis erant impuberes, vendidit et finauit imperpetuum, pro XXIIII lb. Maur. sibi solutis et pro quibusdam meneydis trium sol. et pro V sol. placiti Petro de Leucha canonico Sedun., nomine sue canonie persolvendis, dno Marcho decano Sedun. et cui dare, legare, vendere, vel alio modo alienare voluerit, domum suam sitam juxta stratas publicas palatii maioris ecclesie Sedun. et juxta ortum et domum Rainaldi de Martigniaco militis, que fuit quondam Johannis Huboldi militis, cum omnibus ejus appendiciis et orto, cum stabulo ibidem sito, juxta domum Jacobi de Claustro. Quam venditionem dictus senescalus et heredes sui tenentur dicto Marcho decano et cui dare, legare vel vendere voluerit contra omnes, omni alia exactione remota, in perpetuum garentire. Inde rogavit cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Petrus de Leucha predictus, Petrus de Herdes, canonici Sedun., Jorius de Vernamiesi, Johannes de Intermontes, Aymo mistralis dicti decani, Martinus Deschaux, Petrus Contessons et egò magister Martinus, qui juratus super hoc hanc cartam levavi et scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, IIII nonas augusti, anno Dni M°.CC°.LXXV°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

829

Règlements faits pour le chapitre de Sion par l'archevêque de Tarentaise et l'évêque de Sion.

Valère, 1275, 28 août.

Archives de Valère, G. 6, original, et G. 3, copie.

Anno Dni millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, indicione tercia, die veneris X° kl. semtembris, in presencia mei notarii infrascripti et testium infrascriptorum, reuerendi

in Christo patres dnus Petrus Dei gracia archiepiscopus sancte Tharent. ecclesie, visitacionis officium exercens in ecclesia et dyocesi Sedun., et dnus Petrus eadem gracia episcopus Sedun. vnanimes et concordes, ex potestate et licencia eisdem tradita a capitulo Sedun., conuocato et congregato dicto capitulo, vt moris est, in ecclesia Valerie, prout patet in quodam publico instrumento confecto manu mei notarii infrascripti, currente anno eodem, die martis XIII kl. septembris, etc., que in ipso instrumento continentur, statuerunt et ordinauerunt quod fructus capelle Sancti Pauli Sedun., quam nunc tenet decanus Marcus, post decessum seu resignacionem ipsius decani cedant et conuertantur in distribucionem communem canonicorum Sedun., exceptis centum sol. Maur. quos ex dictis fructibus percipiet vnus sacerdos qui pro tempore ibidem fuerit institutus. Item statuerunt et ordinauerunt quod de communi emantur quatuor cape panni sirici, item vnum ornamentum siricum in ecclesia de Valeria, scilicet tunica, casula et dramatica, et aliud consimile in ecclesia Sedun. inferiori, et hoc compleatur et fiat infra annum et dimidium. Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque deinceps promouebitur in canonicum et in fratrem in ecclesia Sedun., primo anno sue promocionis teneatur soluere juramento super hoc prestando quinquaginta sol. Maur. pro vna capa ad diuinum officium emenda in ecclesia Sedun. Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque in aliquem decanatuum promouebitur siue cantorie in ecclesia Sedun. soluere teneatur centum sol. Maur. pro vna capa ad diuinum officium emenda. Ille vero qui in futurum promouebitur in sacristam, soluere teneatur sexaginta sol. Maur. infra idem tempus et ad causam predictam juramento super hoc prestando. Item statuerunt et ordinauerunt quod ille cui in futurum conferri contigerit canoniam de Laques, tempore sue promocionis soluere teneatur LX sol. Maur. infra tempus et

ad causam predictam juramento super hoc prestando. Item statuerunt et ordinauerunt quod ille cui in futurum conferri contigerit canoniam quam nunc tenet dnus Nicholaus de Grimisolio, uel canoniam quam nunc tenet dnus Nicholaus de Bagnes, uel quam tenet Willelmus de Morgia, uel quam tenet Petrus mistralis capituli, uel quam tenet Petrus de Herdes, soluere teneatur quadraginta sol. Maur. pro vna capa ad diuinum officium emenda in dicta ecclesia infra dictum tempus et ad eandem causam juramento super hoc a quolibet prestando. Item statuerunt et ordinauerunt quod ille cui conferri contigerit canoniam quam nunc tenet dnus Gregorius, Jacobus de Villa nona, Petrus de Montejoueto, soluere teneatur XX sol. Maur. pro vna capa emenda, vt dictum est, juramento super hoc a quolibet prestando. Item alia que circa personatus habentes in ecclesia de Valeria et circa canonias habentes retroactis temporibus statuta fuerunt, innouauerunt et ea preceperunt ex nunc in futurum inuiolabiliter obseruari. Preterea predicti patres considerantes et attendentes facultates seu fructus ecclesie predicte ita tenues et exiles quod non sufficiant ad continuam vnius anni residenciam, et quod ex eis non possunt canonici per totum annum commode sustentari, et ob hec contingat quod plures ex canonicis dicte ecclesie residenciam non faciunt ibidem in aliqua parte anni, et dictam ecclesiam in diuinis officiis multociens defraudari, dixerunt, statuerunt et ordinauerunt in dicta ecclesia Valerie, presente dicto capitulo, cum supradictis statutis, ea que inferius continentur. In primis statuerunt et ordinauerunt quod canonici Sedun. qui nunc habent et obtinent et in futurum obtinebunt prebendas in ecclesia Valerie, ex nunc solummodo teneantur ad residenciam sexdecim edomadarum infra annum faciendam continue siue per interualla, dum tamen infra annum compleat dictam residenciam. Qui annus incipiet in festo B. Marie Magdalene vsque ad aliud festum B. Marie Magd. anno

reuoluto. Et ille canonicus intelligatur facere residenciam quantum ad dictam prebendam qui interfuerit matutino officio vel saltem misse et vesperis, et sic fructus prebende sue et personatus percipiat cum integritate. Hoc addito quod nisi post illas sexdecim edomadas residenciam fecerit per duos menses simul uel diuisim in dicta ecclesia, duo modii siliginis fructuum prebende sue in cotidianis distribucionibus conuertantur. Et ne dicta ecclesia diuino officio post illas XVI edomadas in residuo temporis defraudetur, nichilominus in sua edomada faciat in ipso residuo temporis per aliquem sustitutum in ipsa ecclesia in suo ordine in missa maiori deseruiri. Circa autem primam residenciam que asseritur a canonicis vnius anni nichil penitus innouarunt. Item statuerunt et ordinauerunt quod quatuor canonici ecclesie Sedun. inferioris ad continuam tocius anni residenciam teneantur, prout in ipsa ecclesia hactenus extitit statutum et ordinatum et vsque nunc obseruatum est. Et quia predicti quatuor canonici circa predictam residenciam plus ceteris onerantur, statuerunt et ordinauerunt quod predicti quatuor canonici integraliter habeant et percipiant oblaciones ecclesie inferioris Sedun. que consueuerunt in communes vsus canonicorum Sedun. cedere, exceptis oblacionibus noue misse episcopi Sedun. uel canonici et eciam legatis, votis et candelis. Item statuerunt et ordinauerunt quod si contingat aliquos uel aliquem canonicorum Sedun. ex nunc abesse ab ecclesia Sedun., id est moram ibidem non posse contrahere propter inimiciciam capitalem, nichilominus integre percipiant fructus prebende sue et personatus, ita tamen quod ille qui ex predicta causa absens fuerit, faciat in dicta ecclesia in missa maiori per aliquem sustitutum suo ordine deseruiri in sua edomada. Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque canonicus transferens se ad studium extra terram integre percipiat fructus prebende sue et personatus, petita licencia eundi ad studium a capitulo Sedun.,

licet non obtenta, ita tamen quod in sua edomada per aliquem sustitutum faciat in ipsa ecclesia in missa maiori in suo ordine deseruiri. Item statuerunt et ordinauerunt quod si aliquis canonicorum dicte ecclesie contrahat moram in curia Romana pro negociis ecclesie Sedun. seu dni episcopi Sedun. uel suis propriis, et quod pro suis propriis credatur suo proprio juramento, integre percipiat fructus prebende sue et personatus, ita tamen quod in sua edomada per aliquem sustitutum in ipsa ecclesia in missa maiori in suo ordine faciat deseruiri. Dictus autem dnus episcopus Sedun. in rebelles et contraditores et impugnatores dictorum statutorum uel aliquo tempore contravenientes, uel non obseruantes in scriptis excommunicacionis sentenciam promulgauit. Ad hec autem testes interfuerunt dnus P. Dei gracia abbas Sancti Mauricii Agaun. et dnus Amedeus de Mutiniaco canonicus Agaun. et dnus Poncius prior beati Petri Thar. et dnus Jacobus incuratus de Confleto. Et ad maiorem huius rei firmitatem dictus dnus archiepiscopus et dictus dnus episcopus et dictum capitulum Sedun. huic instrumento sub signo mei notarii sigilla sua apposuerunt in testimonium veritatis. Actum Seduni, in ecclesia Valerie. Et ego Petrus de Secusia, Tharenth. dyocesis, sacri palacii notarius, hanc cartam scripsi rogatus et in hanc publicam formam redegi.

Sceaux pendants de l'évêque de Sion et du chapitre.

830

Accord entre le chapitre de Sion et le doyen Marc d'Aoste au sujet d'une vigne.

Valère, 1275, 1er septembre et 8 novembre.

Archives de Valère, Cartulaire du XIIIe siècle, fol. 52 et LIII.

De uinea de Syniesi data capitulo a decano Marco.

Notum, etc., quod capitulo Sedun. anno Dni M°CC°LXX°V°, sexto idus nouembris, prout moris est, conuocato et eciam

congregato in ecclesia Valerie pro capitulo celebrando, de consensu tocius capituli ibidem extitit taliter ordinatum quod dnus Marchus de Augusta decanus Sedun. dedit et finauit imperpetuum pro remedio anime sue memorato capitulo plantatam vinee quam ipse fecit in loco qui dicitur Synyesi iuxta campos qui fuerunt dni Nanthelmi de Aent militis, prout clausura murorum circumpositorum ipsa plantata designatur. Ita uidelicet quod fructus terre vinee siue plantate cottidianis distributionibus deputentur. Dictum vero capitulum dedit dicto dno decano Marcho ad opus decanatus sui duos modios siliginis annualiter suis successoribus persoluendos pro terra in qua dicta vinea est plantata, que ipsi dno decano inutilis uidebatur et propter hoc ibidem edificauit predictam vineam. Volens et ordinans quod meliorationes sue facte et eciam faciende in terra predicta et ipsa terra remaneant perpetualiter ipsi capitulo pro cottidianis distributionibus faciendis, prout superius est expressum. Recognoscens quod dicta terra in qua facta est predicta plantata non valebat antea decanatui deductis expensis vnum modium siliginis censualem, nec poterat de ea dictus modius aliquatenus ab aliquo homine reperiri. Et propter hanc ordinationem faciendam pluries extitit tractus habitus in dicto capitulo et visum fuit quod per hoc conditio tam decanatus quam capituli meliorata extitit, cum jam dictus decanus dictam vineam nullatenus plantauisset. Dimisit autem dictum capitulum dicto dno decano plantatam prefatam, quamdiu tenebit decanatum superius nominatum, quo ipsum dimittente ad dictum capitulum deuoluatur. Inde precepit dictum capitulum et dictus dnus decanus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Gonradus decanus Valerie, Rodulphus sacrista, Nicolaus de Grimisolio, Nicolaus de Baignes, Petrus de Leuca, Gregorius, Petrus de Palacio, magister Bernardus, sacerdotes et canonici Sedun. et dnus Normandus cantor et cancellarius Sedun., qui hanc cartam recepit, vice cujus ego magister Martinus eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum in ca-

pitulo Valerie, anno Dni M°.CC°.LXX° quinto, kl. septembris, imperio uacante, Pe. episcopante.

831

Jaquette, nièce de Pierre Joculator, vend à Guillaume d'Aoste, recteur de l'hôpital de Sion, pour le prix de 13 L., tous ses droits à la souste de Sion, deux prés et 8 sols de cens.

Sion, 1275, 2 septembre.

Archives de la ville de Sion, Livre de copies marqué P. W., fol. 23, verso.

* Notum sit quod Jaqueta neptis quondam Petri Joculatoris pro debitis suis persoluendis vendidit pro tredecim lb. Maur. Willermo de Augusta rectori hospitalis Sedun. et cui dare vel vendere voluerit, quicquid juris et dominii vtilis et directi habebat in sosta ballarum et eiusdem soste prouentibus et in grangia adiacente dicte soste infra Sedunum et in vinea sita iuxta pratum dni Amedei; vendiditque eidem Willermo pro precio supradicto duo prata sita in territorio de Campo sicco et octo sol. censuales quos debet sibi Petrus Pitez de Bramosio, que omnia fuerunt sibi data in dotem a Petro Joculatore predicto. Quam cartam cum Laurentius de Ves et Jorgius contradixissent, dicta Jaqueta evicit.... cancellarie curie Sedun. Actum Seduni, anno Dni M°CC°LXX°V°, IIII° nonas septembris, imperio vacante, Petro episcopante.

832

Vente faite par Guillaume de Münster.

Münster, 1275, 28 septembre.

Collection du recteur Jean-Antoine de Riedmatten.

* Notum sit quod ego Willelmus filius quondam Vmberti

de Monasterio, laudatione Thome vxoris mee, vendidi pro 15 sol. Johanni et Willelmo filiis quondam Burchardi de Monasterio an dem Velde chiminagia que dicti Johannes et Willelmus michi ex parte dicte vxoris mee debebant de domo Petri Haneſgarten et de casali subtus et de Haneſgarten; que emerant de Waltero in Vico. Testes Willelmus Joyker, Henricus et Willelmus in Curia et Henricus capellanus qui hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego Jacobus capellanus eam scripsi. Actum Monasterii, 1275, 4 kl. octobris, Rodolpho regnante, Petro episcopante.

833

Le pape Grégoire X traverse le Vallais en retournant en Italie après le concile de Lyon.

1275, fin d'octobre.

Vita Gregorii papæ X ab antiquissimo anonymo auctore scripta, ap. Muratori, Rerum Italic. SS. III, 603.

Demum de Lausanna pontifex ipse recedens et discriminosis montis Brigiæ pontibus se exponens, necnon per Lombardiam et Tusciam faciens transitum.... Aretinam civitatem intravit, etc.

Rainaldus, Annales eccles. ad. an. 1275, N° 43.

Interea Gregorius colligendis pro apparatu conficiendo sexennalibus decimis intentus, dum Lausana digrediens cœptum in Italiam iter persecutus Helvetios adibat, aliquot diebus Sedunі moratus, archiepiscopum Ebredunensem exigendis iis a Germanis præfecit.... Præter decimarum colligendarum munus archiepiscopo Ebredunensi in Germania demandatum, novam

illi provinciam Ludovicum et Henricum Bavariæ duces in concordiam adducendi tradidit.

Grégoire X arriva à Lausanne le 6 octobre; le 19, il y consacra l'église cathédrale et il quitta cette ville peu de jours après. Il se trouvait à Sion le 27 du même mois, car c'est ce jour-là que le pape chargea l'archevêque d'Embrun de chercher à faire conclure un accord entre les ducs de Bavière. Cf. *Potthast*, Regesta Pontificum Rom., N° 21085. Cet auteur suppose que cette mission a été donnée à l'archevêque à Lausanne ; le récit de Rainaldi indique clairement que c'est à Sion. — Grégoire X traversa ensuite les Alpes de Brigue (Simplon) et arriva à Milan le 12 novembre.

834

Réversale de Philippe, comte de Savoie et de Bourgogne, en faveur de l'évêque de Sion, au sujet de l'hommage prêté à Saint-Maurice et non près de la Morge selon l'usage.

Saint-Maurice, 1275, 6 novembre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II, ex originali.

Nos Phi. Sabaudie et Burgundie comes notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum ven. in Christo pater dnus P. Dei gracia episcopus Sedun. fecerit nobis homagium apud Sanctum Mauritium Agaunensem pro hiis que ecclesia Sedun. tenet a nobis, et nos eidem dno episcopo ibidem homagium fecerimus pro his que tenemus ab ecclesia Sedun. predicta, non intendimus nec volumus ei per hoc preiudicium generetur in posterum super eo quod in loco qui dicitur Morgia inter Sedunum et Contegium hinc inde fieri consueuerunt hactenus homagia supradicta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Sanctum Mauritium Agaun., die mercurii post festum Omnium Sanctorum, M.CC.LXXV.

(Aquila.)

853

Antoine de Viége vend des vignes à Pierre de Granges, chanoine de Sion.

Viége, 1275, 17 novembre.

Archives de Valère, Original et Cartulaire du XIIIe siècle, fol. XIIII et XV.

C. acquisitionis Pe. de Granges facte a Pe. mistrali ab Anthonio de Vesbia domicello.

Notum, etc., quod ego Anthonius filius dni Walteri de Vesbia militis, laudatione eiusdem dni Walteri et Alasie uxoris mee, pueri mei erant impuberes, vendidi et finaui imperpetuum pro XXIIII^or^ lb. Maur. in pecunia numerata michi datis et solutis Petro de Granges canonico Sedun. et suis heredibus et cuicumque dare, uendere, legare seu alienare uoluerit, vineam meam que Alpiz uuat uocatur, duodecim fossoratarum, et XV fossoratas vinee adiacentes, quas Henricus de Hegolz a me tenet in feudum et debet michi inde hominium ligium, salua fidelitate dni episcopi, et terciam partem uini earumdem fossoratarum, et quinque fossoratas vinee adiacentes quas tenet a me Johannes Sturlin, de quibus michi debet annuatim XVIII sextaria maute et hominium, salua fidelitate dni episcopi. Que omnia iacent inter vicum quo ascenditur de Buele ad vineas et vineas de Sturlingo, et inter vineas dne Aldise comitisse de Vesbia et viridaria de Beringo. Que omnia dimisit michi et heredibus meis in feudum pro VI modiis siliginis censualibus in festo beati Martini ad mensuram de Vesbia annualiter persoluendis. Quos si tunc non soluemus, duplum in crastino soluere teneamur. Ita videlicet quod si de predicto censu et duplo eidem Petro et heredibus suis et cuicumque dare, uen-

dere uel legare seu alienare uoluerit, usque ad vetus carnis priuium proximo futurum non satisfecerimus, ex tunc in antea ad omnia predicta recursum habeant auctoritate propria, sine clama aliqua erga dnum uel alium facienda, et ad ipsos iure perpetuo deuoluantur, ut ex ipsis omnibus et singulis suam possint plenarie facere uoluntatem. Que predicta omnia et singula ego nomine meo et heredum meorum promisi eidem Petro et suis heredibus et cuicumque dare, uendere, legare seu alio modo alienare uoluerit, pro II den. seruicii et III den. placiti, omni alia exactione remota, contra omnes imperpetuum garentire. Renuncians, etc. Promitto, etc. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Walterus curatus de Vesbia, Willermus domicellus, Petrus de Platea et et Petrus capellanus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego Johannes iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Vesbiam, anno Dni M°.CC°.LXX°V°, XV° kl. decembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

836

Aymon, major de Louèche, donne en gage au chapitre de Sion un cens de 15 muids de seigle pour 40 L. qu'il a reçues.

Louèche, 1276, 20 janvier.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. 52.

Notum, etc., quod ego Aymo maior de Leucha, laudatione Willermete vxoris mee et Auete filie mee, pro debitis meis et clamoribus persoluendis, vendidi et titulo pignoris obligaui capitulo Sedun. pro quadraginta lb. Maur. michi in numerata

pecunia persolutis a dicto capitulo quindecim modios ad mensuram Leuce siliginis censuales vsque ad natiuitatem Dni annuatim persoluendos, quos michi debet Petrus filius quondam Raimundi dicti Alamant pro collectura decime dArgessa et de Hemeta et de Tortamaigny, quam collecturam habet a me dictus Pe. in feodum. Quos quindecim modios idem Petrus promisit annuatim reddere usque ad predictum terminum capitulo memorato. Quam collecturam seu gageriam ego et heredes mei tenemur prefato capitulo, quamdiu eam tenuerit, contra omnes omni alia exactione remota imperpetuum garentire. Et assignaui dicto capitulo in garentizationem vineas meas, quarum vna jacet supra vineam que fuit quondam dni Nicolay de Grimisolio canonici Sedun. et alia ou Chastelet, alia uero ou Chastelet et alia in Riueria, et duos modios siliginis censuales, quorum vnum michi debet filius Martini dArgessa, dimidium uero Petrus filius quondam Jacobi ministri et dimidium Vldricus de Crista de Ceseylli. Ad que omnia dictum capitulum recursum habeat uel eius nuncius auctoritate propria sine requisitione alterius iudicis vel querela aliqua dno facienda, si ego aut heredes mei deficeremus in garentizatione predicta, uel si dictum capitulum recuperare uoluerit denarios supradictos, ita uidelicet quod predicta omnia valeant distrahere pro eorum libito uoluntatis. Renunciaui, etc. Possum autem redimere dictam gageriam quocienscumque voluero, semel primitus dictis quindecim modiis dicto capitulo uel eius nuncio persolutis. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Willermus curatus de Leucha, Petrus de Puteo, Petrus dol Maresc et Johannes de Dailleto, qui iuratus super hoc hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego magister Martinus iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Leuce, XIII kl. februarii, anno Dni M°.CC°. septuagesimo sexto, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

837

Jacques, fils d'Aymon Etienne, vend la moitié d'une grange et d'un verger à Pierre de Granges, chanoine de Sion.

Sion, 1276, 26 janvier.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. 50.

Notum., etc., quod Jacobus filius quondam Aymonis Stephani nomine suo, Borgese sororis sue, Willermi fratris sui, Jaquemete matris sue et Anselmi de Saxons domicelli tutoris ipsius et fratrum suorum, pro clamoribus et debitis patris ipsorum, vendidit et finauit imperpetuum pro VIII° lb. Maur. sibi solutis, facturo vsagia duorum, Petro de Granges canonico Sedun. et cui dare, legare vel alio modo alienare voluerit, dimidiam grangiam et dimidium viridarium cum cortina ante iacente grangie et eorum appendiciis, que fuerunt quondam Willermi de Cabanna et que eidem Jacobo fuerunt data et reddita in solutionem a curia Sedun. pro emenda quam fecerat idem Jacobus et frater et sorores eius pro dicto Willermo de Cabanna. Quam venditionem dictus Jacobus et heredes sui tenentur dicto Petro emptori et cui dare uel uendere voluerit, contra omnes omni alia exactione remota imperpetuum garentire. Inde rogauit cartam fieri et testes apponi qui sic uocantar: Anthonius li Prers, Johannes de Vesbia, Petrus salterus de Sueng et ego magister Martinus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M^o^.CC^o^.LXX^o^VI^o^, VII° kl. februarii, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

838

Pierre, évêque de Sion, donne en fief aux bourgeois de Sion la part de péage des marchandises qu'il a acquise de Jorius lo Taco.

Sion, 1276, 29 février.

Archives de la ville de Sion, Livre de copies, P. W., fol. 18.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Petrus Dei gratia episcopus Sedun. vendidimus in perpetuum et in feodum concessimus burgensibus Sedun. pro LX lb. Maur. nobis solutis et pro V sol. seruitii annuatim soluendis in natiuitate Dni et X. sol. placiti, diuisionem omnium ballarum quam acquisiuimus a Jorio lo Taco ciue Sedun., ita quidem quod de illa diuisione soluantur sex lb. Maur. annuatim in custodia de Monte bordeo, quam predicti burgenses soluebant, et si aliquid esset superfluum de diuisione predicta vltra VI lb predictas, illud residuum debet poni in ædificio pontis Rodani. Item si aliquid esset superfluum de predicta diuisione supra VI lb. predictas et de predicto ædificio pontis, illud residuum debet poni ad aptandum barram que est supra pratum dni episcopi quod tangit la Praz. Item si aliquid de his omnibus predictis esset superfluum, similiter illud debet poni in necessitate ville, consilio dni episcopi et burgensium predictorum. Adiunctum est siquidem quod si super diuisionem predictam VI lb. predicte non possent recuperari, prefati burgenses tenentur soluere residuum predictarum sex lb. Quam venditionem nos et successores nostri tenemur.... garentire. Inde rogauimus chartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Reynaldus de Martigniaco miles, Anselmus de Saxons domicellus, magister Michael, Jorius li Tacos predictus, Jacobus Magistri, ciues Sedun., et ego Johannes de Malacuria clericus, qui hanc cartam leuaui et

scripsi vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, anno Dni M°CC°LXX°VI°, II° kl. martii Rodulpho regnante, Petro episcopante.

839

Rodolphe de Noville est déclaré exempt de toute taille dans la commune de Saint-Maurice.

Saint-Maurice, 1275 (1276), 8 mars.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Nos Johannes de Alauardo judex Chablasii pro dno comite Sabaudie notum facimus vniuersis presentem litteram inspecturis quod cum coram nobis contentio et causa diu uentilata fuisset inter sindicos communitatis Sancti Mauricii, ex vna parte, et Rodulphum de Nouilla domicellum, ex altera, super eo quod dicti sindici, nomine quo supra, dicebant et proponebant in iure quod idem Rodulphus soluere et contribuere tenebatur in expensis et de expensis et in talliis et in exennis ville Sancti Mauricii sicut alii burgenses dicti loci, et idcirco petebant ipsum ad hoc per nos compelli. Ad quam peticionem litem contestando dicebat dictus Rodulphus se non teneri, immo dicebat et proponebat se esse debere a predictis peticionibus liberum et immunem, tum quia nobilis est, tum propter quasdam alias deffensiones quas proponebat. Tandem post multas contentiones et atercationes magister Petrus Jollenus et Mauricius Bochi, sindici et procuratores dicte communitatis ordinati per vniuersitatem hominum siue burgensium dicti loci coram nobis uoce preconia congregatam, nomine dicte communitatis, ex una parte, et dictus Rodulphus, ex altera, de predicta contencione de consilio et voluntate predicte vniuersitatis ad talem venerunt transactionem, concordiam atque pacem, quod dicti sindici, nomine quo supra, presente

dicta vniuersitate, soluerunt et quitauerunt predictum Rodulphum et eius heredes de predicta peticione et omnibus talliis et exennis et exactionibus que facte sunt et imposterum fient in villa Sancti Mauricii pro quatuor cupis frumenti quolibet anno soluendis dicte communitati uel eius mandato in festiuitate Omnium Sanctorum, saluo quod dictus Rodulfus quocienscumque ballas portauerit, teneatur soluere vnum denarium de balla dicte communitati, sicut alii vecturarii dicte ville. Item si contingeret villam Sancti Mauricii bastiri, quia guerra esset uel forte timeretur et inde exena fieret, dictus Rodulfus in ea contribuere teneatur legitime secundum suas facultates. Promisit siquidem dictus Rodulfus assetare predictum censum super aliqua rerum suarum, ita quod dicti sindici se habeant uel habere debeant pro contentis; et de omnibus talliis et exennis et exactionibus que usque ad presentem diem per dictam communitatem facte sunt predicti sindici dictum Rodulphum penitus quitauerunt. Testes interfuerunt Johannes de Berna castellanus Monteoli, dnus Jacobus de Nouilla canonicus Sedun. et plures alii. Et in testimonium ueritatis et perpetuam rei memoriam nos predictus judex ad preces partium predictarum presentem litteram sigillo curie dni nostri comitis, vna cum sigillo capituli Agan., tradidimus sigillatam. Datum apud Sanctum Mauricium, dominica qua cantatur Oculi mei, anno Dni M°.CC° septuagesimo quinto.

Sceaux tombés.

840

Guillaume Subsaxo vend une vigne et un champ à Rodolphe, vidomne de Rarogne.

Rarogne, 1276, 16 juin,

Archives de Valère.

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis quod

ego Willermus sub Saxo, filius quondam Warneri de Raronia, laudatione Beatricis vxoris mee et filiarum mearum Salome et Odilie, uendidi et finaui pro XX et I lb. solutis et VI d. seruicii ad festum b. Martini et XII placiti, omni exactione remota, Ro. uicedomino de Raronia et heredibus suis et cui dare uel uendere uoluerit, uineam meam in der Stegebundum et agrum ante iacentem cum uia et aqua et omnibus pertinentiis suis; pro quo seruicio et placito ego et heredes mei et hereditas mea tenemur sibi et heredibus eius et cui dare uel uendere uoluerit, predictam uenditionem firmiter gerentire. Inde rogauimus literam fieri et testes aponi qui sic uocantur: Olricus domicellus de Rarun, Bertoldus frater eius, Jo. minister et multi alii. Actum in platea de Rarun, M.CC.LXX.VI, XVI kl. julii.

841

Jérémie, nièce de Pierre Juglard (Joculator), vend à Guillaume d'Aoste, recteur de l'hôpital de Sion, pour le prix de 100 sols, tous ses droits à la souste de Sion.

Sion, 1276, 19 août.

Archives de la ville de Sion, Livre de copies, P. W., fol. 20 verso.

* Notum sit quod ego Jeremia neptis Petri Juglard quondam ciuis Sedun. vendidi perpetue pro centum sol. Maur. michi solutis Willermo de Augusta rectori hospitalis Sedun. et cui dare vel vendere voluerit, quicquid juris et dominii vtilis et directi habebam in sosta ballarum et eiusdem soste prouentibus et in grangia adiacente infra Sedunum, ratione dotis quam dictus Petrus Joculator dedit michi et assignauit super prouentibus dicte soste et grangia, seu super reliquis bonis suis, vendidique eidem Willermo successionem que michi

posset contingere super omnibus predictis post decessum Petri nepotis mei et filii Riferii dicti Bochibot, et quicquid habere possem in bonis dicti Petri Joculatoris nomine donationis, successionis seu alio quoquomodo. Testes Petrus de Leuca can. Sedun., etc., et ego magister Martinus, qui juratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni, XIIII° kl. septembris, anno Dni M°CC° septuagesimo sexto, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

842

Rodolphe de Rarogne est cité à comparaître devant l'évêque de Sion pour assigner le cens de 15 L. qu'il doit au chapitre de Sion.

Sion, 1276, 7 septembre.

Archives de Valère.

P. Dei gracia episcopus Sedun. dilectis in Christo curatis siue vicariis de Contegio eternam in Dno salutem. Capitulum nostrum nobis conquerendo monstrauit quod cum dudum inter ipsum capitulum, ex una parte, et Radulphum de Rarrognia domicellum, ex altera, per nos et viros vener. et discretos dnos Marchum decanum Sedun., Musardum canonicum eiusdem loci et nobilem virum dnum Aymonem de Turre et . . . castellanum Contegii arbitrium communiter fuerit promulgatum super discordia que uertebatur inter predictas partes super legato prefato capitulo ab Henrico quondam sacrista predicti loci relicto, et dictum arbitrium fuerit a dictis Rad. et capitulo receptum et eciam approbatum, in quo arbitrio inter cetera continetur quod idem Rad. debebat facere assettum siue assignare XV lb. Maur. sepedicto capitulo censuales

ab eodem capitulo perpetualiter possidendas, prout continetur in quadam carta publica nobis a memorato capitulo ostensa [1], idem tamen Rad. predictum assettum siue assignacionem dictarum XV lb. facere non curauit, licet super hoc a dicto capitulo pluries fuerit requisitus. Quo circa vobis mandamus quatenus citetis peremptorie ad aquam que dicitur Morgia, que est citra Contegium, coram nobis uel coram nuncio nostro propter hoc specialiter deputando ad diem iouis post natiuitatem beate Marie Virg. proximam dictum Radulphum ad faciendum dictum assetum, prout faciendum fuerit de consuetudine patrie uel de iure, ad quam diem nisi uenerit et quod iustum fuerit fecerit, nos in ipso negocio sicuti decuerit procedemus. Datum Seduni, anno Dni M°CC°LXX^mo VI°, tercia feria post reuelationem b. Theodoli. Reddite litteras sigillatas mandato nostro executo.

Sceaux de l'évêque et du curé de Conthey.

843

Jacques de Liddes vend la Condémine d'Orsières au prévôt du Mont-Joux.

1276, septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 2, ex arch. Agaun.

* Jacobus filius Ruffi de Ledes et Jaquemeta eius uxor, laudatione Ysabelle et Perrete filiarum suarum, vendunt Martino preposito Montis Jovis peciam terre dictam la Condemina de Orseriis, juxta Dranciam, precio XXXIII lb. Maur. Testes: Anthonius canonicus Montis Jovis, etc., et Willermus Parvus capellanus hospitalis Villenove, qui hanc cartam levavit, vice Jacobi cartarii monasterii Agaun. Datum anno Dni M.CC.LXXVI, mense septembris.

[1] Voy. pag. 222, n° 822 et 823.

844

Jean Marchys vend des terres au prévôt du Mont-Joux.

Villeneuve, 1276, octobre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 2, ex arch. Agaun.

* Johannes dictus Marchys de Villanova, de laude Romete uxoris sue, vendit pro XX lb. Maur. M(artino) preposito Montis Jovis tres posas terre apud Corsallet, duo jugera apud Chastelet, duas posas apud lo Sex de Reyna et tres posas apud Renna. Cartam levavit Willermus de Chillon curatus Villenove, nomine Jacobi cartarii Sancti Mauricii Agaun. Actum apud Villamnovam, anno Dni M.CC.LXXVI, mense octobri.

845

Conrad de Lalden vend sa maison et sa terre à Normand, chantre de Sion.

Naters, 1276, 13 novembre.

Archives de Valère, Cartul. du XIIIe siècle, fol. 50.

Notum, etc., quod ego Conradus de Laudun, Gontrannus filius meus portionem suam habuit, vendidi et finaui pro LXXX lb. michi solutis dno Normando cantori Seduni et cui dare, uendere uel legare voluerit domum meam lapideam sitam in platea de Narres cum omnibus pertinenciis suis, et totam terram meam in der Chylla cum grangia, vineis, pratis, arboribus et sepibus et cum omni iure et omnibus pertinenciis, nichil michi necque heredibus meis iuris in omnibus predictis retinendo, ita quod ipse faciat usagia erga dnos feodorum. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur :

dnus Willermus curatus de Rarun, Petrus et Nicolaus dicti Uyngelynga, Aymo Recych et Jacobus capellanus iuratus super hoc, qui hanc cartam leuauit et scripsit, uice dicti Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum apud Narres, anno Dni M°CC°LXXVI°, idus nouembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

846

Testament de Marc d'Aoste, doyen de Sion.

Sion, 1276, 21 novembre.

Archives de Valère.

* Anno Dni millesimo CC°LXX°VI°, XI kl. decembris, Rodulpho regnante, Petro de Orons episcopo Sedun. existente, nos Marchus decanus Sedun. per testamentum nuncupatiuum legamus pro remedio anime nostre mense episcopali quartas cum vsagiis quas emimus a Nicholao filio quondam Vldrici Carpentarii in vinea quam colit Theodolus filius quondam Jacobi mistralis. Item legamus Petro fratri nostro quinquaginta lb. Maur. Item Jacobo fratri nostro centum sol. Maur. Item Gonterino fratri nostro centum sol. Item Vldrico fratri nostro canonico regulari de Decretalibus nostris illas quas duxerit eligendas, et alias quas dimiserit legamus Jacobo nepoti nostro canonico Sedun. Reliquos autem libros nostros legamus Vldrico nepoti nostro. Item legamus decem lb. Maur. ubi dno Petro de Leucha executori nostro videbitur expedire. Item legamus Martino Dechaz, Aymoni mistrali nostro, seruitoribus nostris, cuilibet quadraginta sol. Maur. Item Petro de Vercorens et Petro Contesson clericis nostris cuilibet sexaginta sol. Maur. Item capitulo Sedun. omnia acquisita nostra facta et facienda, exceptis acquisitis supradictis et excepta vinea quam

acquisiuimus a Rodulpho filio quondam Petri Rodulphi et Bergereta vxore sua, quam per tres annos continuos post decessum nostrum dimittimus dno Petro de Leucha canonico Sedun., post quos tres annos ad capitulum supradictum deuoluatur, et exceptis aliis acquisitis que fecimus apud Augustam, in quibus et in patrimonio nostro constituimus heredes nostros pro equis portionibus et alios aliis inuicem substituimus Petrum, Jacobum et Gonterinum fratres nostros. De quibus acquisitis capitulo legatis est vinea dicta de Ridda, item omnes vinee de Nanz quas acquisiuimus a predicto Nicholao, et prata que acquisiuimus ab eodem apud Sanctum Germanum, ita quod predictum capitulum faciat vsagia erga dnos feudorum. Item legamus eidem capitulo domum nostram cum appendiciis quam acquisiuimus a dno Willermo dapifero Sedun. Item legamus domui leprosorum Sedun. decem sol. Maur., et religiosis sororibus de Leucha decem sol. Maur. et hospitali Sedun. lectum nostrum. Item deputamus super presenti vltima uoluntate nostra executores nostros dnum Nicholaum de Bagnes, cui pro labore suo legamus IIII^or lb. Maur., et dnum Petrum de Leucha predictum, canonicos Sedun., qui predicta omnia teneant quousque clamores nostri tam de ludo quam de omnibus aliis illicite acquisitis et aliis quibuscumque debitis fuerint penitus emendati. Item precipimus quod predictum capitulum pro omnibus sibi a nobis legatis et pro melioratione quam fecimus in domo de Palatio diuidat annuatim super tumulum nostrum viginti sol. Maur. in anniuersario nostro omnibus canonicis et aliis clericis qui in predicto anniuersario interfuerint. Quod si nos alibi quam in ecclesia Sedun. contingerit sepeliri, dicti XX^ti sol. communiter diuidantur inter canonicos et clericos inferioris ecclesie Sedun. et etiam superioris in die anniuersarii predicti. Cetera vero sibi legata ad communes distributiones deputamus, excepta una lampade quam uolumus semper coram altari B. Katherine super pre-

dictis omnibus de die et de nocte per prefatum capitulum ministrari. Notificamus etiam omnibus quod nos non dimittimus Seduni aurum vel argentum nec aliam pecuniam numeratam uel que ualeat numerari, sed tantummodo vinum, bladum, fructus, vtensilia. Adicimus quod donatio de nostra vinea que dicitur Rayes de Syniesi facta memorato capitulo in suo robore perseueret. Interfuerunt ad hoc testes dnus Johannes Passera, dnus Johannes deys Frasses, prebiteri, Jacobus de Mura dyaconus, Willermus et Rodulphus Fargy, matricularii, Petrus de Vercoreins et Petrus Contessons, clerici. Et nos prefatus Marchus in testimonium premissorum sigillum nostrum presenti testamento duximus apponendum. Actum Seduni, in domo predicta de Palatio, anno Dni et die ut supra.

Sceau d'office.... CI DE AVGVSTA DECANI SE....

847

Aymon de Suen vend une vigne à Pierre de Mœrel, curé de Fully.

Sion, 1276, 11 décembre.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Aymo de Sueng, laudatione Aymonete vxoris mee, vendidi pro XII lb. Maur. et pro XV den. seruicii et pro tribus sol. placiti Petro de Morgia, curato de Fulliaco, sacerdoti, vineam meam sitam apud Sanctam Cristinam, iuxta stratam publicam, quam vineam cum reuer. pater Petrus Sedun. episcopus saisiuisset, eandem presentibus Petro de Aent milite, Jacobo de Aniuesio domicello, Vldrico de Gissiney propter predictam venditionem specialiter desaisiuit. Ego magister Martinus hanc cartam leuaui et scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni, III ydus decembris, anno Dni M°.CC°.LXX°VI°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

848

Guillaume de Scala vend des fiefs à Pierre de Loèche, chanoine de Sion.

Sion, 1277, 24 février.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Willelmus de Scala de Briga, laudatione Beatricis uxoris mee dicte Blanchi filie dni Jacobi de Bliuigno militis, uendidi et finaui pro triginta lb. Maur. dno Petro de Leucha canonico Sedun. tria hominia ligia et quadraginta nouem sol. seruicii cum placito, que michi debebant Walterus de Ramphste, Henricus dictus Galina, Walterus de Agro et heredes eorum et feuda que Johannes dictus Kolere et Michael frater eius et predicti homines et comparticipes omnium predictorum tenebant a me, et quicquid iuris, dominii utilis et directi habebam in predictis hominibus et feudis. Jacobus capellanus de Narres hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni, VI° kl. marcii, anno Dni M°.CC° septuagesimo septimo, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

849

Libertés des hommes de Biel.

Mœrel, 1277, 6 mars.

Archives de la paroisse de Biel, copie de M. Ferd. Schmid. — Furrer, III, 89.

Nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi quod ego Marquardus miles de Morgio interrogatus a Stephano de Saxo de Nares, presentibus testibus Thoma de Vios domicello, Nicolao de Glurengen, qui Stephanus missus fuit ad me a Rudolfo de Rupe, qui fuit ballinus dni Petri Dei gracia Sydunensis

episcopi, qui Stephanus querens a me qualiter homines ville de Buele in parrochia de Conches et eorum heredes essent iuridicionis erga me et dnum Chunradum quondam patrem meum, ego vero respiciens veritatem esse salutem anime mee, iuratus super sancta Dei ewangelia veritatem dicendam, dixi quod dicti homines de Buele et ipsorum antecessores sunt liberi allidotarii, quibus wolgariter dicitur eigenletin [1], et non tenebamur ab eis exigere servicium, neque placitum, neque aliquam iuridicionem occasione rerum requerendarum, nisi quod dicti homines manu voluntaria nobis porrigerent vel donarent nostra simplici peticione non temeraria precedente, exceptis vndecim denariis quos tenentur dare annuatim homines supradicti, et insuper coram nobis omnibus de se conquerentibus iusticia comparare tenebantur. Insuper dicti homines infra XL annos non habebant maiorem neque psalterum, nisi aliquem quem ego vel dictus pater meus dnus Chunradus eis proposuerit procuratorem et defensorem, et hoc hominem aliquem inter ipsos. Interfuerunt testes Henricus sacerdos de Morgio, Johannes vicarius de Aragnun, Rudolfus de Morgio domicellus, Willencus dictus Wico, Heimo Flougere, Jacobus Sub via. Ne igitur aliquis huius rei certitudinem possit infringere, dictam literam feci sigilli mei munimine roborari. Actum apud Morgio, anno Dni M°.CC°.LXXVII, II nonas marcii.

Sceau pendant.

850

Michel de Genevois vend un cens à Pierre du Palais, chanoine de Sion.

Sion, 1277, 25 avril.

Archives de Valère.

[1] Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego magister Mi-

[1] Eigenleute.

chael de Gebennio ciuis Sedun. uendidi et finaui imperpetuum pro sexaginta solidis Maur. michi solutis dno Petro de Palacio canonico Sedun. dimidium modium siliginis censualem, quem michi vendiderat Johannes dictus des Abandonnaz et quem sibi dederat Petrus Boni. Actum Seduni, VII kl. maii, anno Dni M°CC°LXX°VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

851

Ulric d'Ollon vend un cens à la confrérie du Saint-Esprit de Sion.

Sion, 1277, 4 mai.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Vldricus dOulons, laudatione Agnetis vxoris mee, quam recepit curatus dOulons, filie quondam donni Mauricii de Mala Curia, Rodulphi et Giroldi filiorum meorum, vendidi et finaui pro quinquaginta et quinque sol. Maur. confratrie maiori Sancti Spiritus Sedun. tres fischilinos siliginis censuales, quos assigno percipiendos super domo sita ad Malam Curiam, quam tenet Alixenz relicta ou Bestondu, etc. Actum Seduni, IIII nonas maii, anno Dni M°.CC°.LXX°.VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

852

André Brun vend un cens à Ulric de Grimisuat.

Sion, 1277, 18 mai.

Archives de Valère, Cartul. du XIII° siècle, fol. XII.

Notum, etc., quod ego Andreas Bruni de Torpatons, nepos

donni Ludouici, laudatione Wethe uxoris mee, Jacoba filia mea impuber erat, uendidi et finaui imperpetuum pro centum et sex sol. Mauric. michi solutis et pro uno pari sotularum Vldrico de Grimisua et Agneti uxori sue et eorum heredibus et cui dare uel uendere uoluerint, dimidium modium siliginis receptibilis soluendum annuatim in festo beati Martini apud Sedunum. Quod si non soluerem in prefato termino, assigno eisdem in garentizationem et eorum heredibus duo jugera campi iacentia ou Creuiz, iuxta campum Martini de Neynda hinc et inde, et vnum iuger campi situm es Alouz, subtus campum Anthonii de Torpatons et iuxta campum Perrete relicte Amidei Fabri ciuis Sedun., et unam rassiam campi sitam subtus viam qua itur apud Granges et iuxta campum Laurencii filii quondam Johannis Lay Amont, et pratum meum situm es Pras des Blancheys, inter pratum Johannis de Grimisua ciuis Sedun. et pratum Petri Blanchout filii quondam Alberte, et duas rassias prati sitas ante domum Martini de Neynda et iuxta pratum Petri Blanchout et iuxta pratum Johannis de Grimisua, et byoletum meum situm super comba Jala subtus Nas; super quibus habeant recursum et eadem teneant et possideant absque clama et contradictione, donec plene eis vel heredibus eorum fuerit satisfactum. Ita si uendiderint dictum censum, illum possim pro precio quo daretur alteri saluis eius proximis pre omnibus rehabere. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: Johannes de Grimisua, Petrus de Prensieres, Stephanus nepos Willermi de Sancto Laurencio, Martinus de Neynda et magister Martinus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego Walterus Magistri iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, XV kl. junii, anno Dni millesimo ducentesimo LXX°VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

853

Accord entre le chapitre de Sion et Henri Albi, chevalier, au sujet d'un fief.

Sion, 1277, 22 mai.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIIIe siècle, fol. 53.

Notum, etc., quod discordia que vertebatur inter dnum Henricum Albi militem, ex vna parte, et capitulum Sedun., ex altera, super feudo quod quondam dnus Aymo de Ventona decanus Sedun. tenebat vel tenere debebat per se uel per alios a dicto dno Henrico et super diuersis querelis et articulis inter ipsos suscitatis occasione dicti feudi siti in territorio Duurie consilio prudendum virorum sopita est in hunc modum, quod dictus dnus Henricus Albi dictum feudum reddidit, crantauit et laudauit dno Petro de Leuca canonico Sedun., recipienti vice et nomine decani Valerie, ad opus capituli supradicti. Item quittauit et absoluit predictum capitulum et omnes feudatarios dicti feudi et omnes illos qui aliquid tenent de dicto feudo nomine vel occasione dicti capituli de omnibus querelis, questionibus, petitionibus quas posset mouere pro se et suis heredibus contra capitulum et predictos tenentes aliquid de feudo supradicto, quocumque modo vel quacumque ratione, vsque ad leuationem presentis carte. Pro qua laudatione et crantatione necnon et pro retentis dicti feudi habuit idem dnus Henricus et recepit centum sol. Maur. sibi integre persolutos. Pro quo feudo dictum capitulum tenetur facere annuatim dicto militi et suis heredibus vnam lb. piperis ad paruum pondus in Assumptione beate Marie Virginis et quinque sol. placiti in morte dni feudi vel in mutatione dicti decani, exclusis omnibus aliis vsagiis, exactionibus et remotis. Inde rogauit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Rai-

naldus de Martigniaco miles, Petrus Fontanna, Anselmus de Saxons, Rodulphus de Aent, domicelli, Petrus Lyonez, Petrus de la Sala et ego magister Martinus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, XI kl. junii, anno Dni M°.CC°.LXX°VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

854

Accord entre le chapitre de Sion et les héritiers de Simon de La Tour au sujet de la dîme de Neindaz.

Sion, 1277, 24 mai.

Archives de Valère, Cartul. du XIIIe siècle, fol. XXV et XXVI.

C. de discordia que erat inter capitulum et heredes Sy. de Turre super decima de Neynda.

Notum, etc., quod discordia que uertebatur inter capitulum Sedun., ab una parte, et Rodulphum filium quondam Symonis de Turre, domicellum, Jaquetam sororem suam et Johannetam uxorem Jacobi de Claustro, Petrum filium ipsius Johannete et dicti Symonis (sic), laudatione dicti Jacobi de Claustro uiri dicte Johannete et curatoris ipsius Petri et auctoritate officialis curie Sedun., ex altera, et laudatione dictarum partium, super nouem modiis censualibus quos dictus Symon olim uendiderat magistro Giroldo Lausannensi, postmodum canonico Sedun., quos assignauit eidem magistro Giroldo percipiendos super decima de Neinda, quam quondam Rodulphus Montelliers tenebat a dicto Symone, et quos nouem modios dedit et legauit idem magister Giroldus dicto capitulo, de quibus nouem modiis non poterat dictum capitulum habere seu recuperare IIII^or^ modios super dicta decima et retentis, de consilio proborum

uirorum taliter est sopita, quod dicta Johanneta et Petrus filius eius assignauerunt dicto capitulo pro portione sua et pro recompensatione vnum modium siliginis censualem annuatim soluendum et reddendum dicto capitulo super decima de Leyserablo. Et dictus Rodulphus assignauit in recompensationem pro portione sua dicto capitulo vnum alium modium siliginis censualem super omnibus bonis suis, possessionibus et rebus aliis, ubicumque sint, tam in monte quam in plano, ad ipsum iure aliquo uel ratione aliqua pertinentibus. Super retentis uero compromissum est a dictis partibus in Anselmum de Sasson domicellum, ita quod post triennium uel ante de consensu capituli possit super retentis predictis dictus Anselmus uel heres suus, si debitum carnis interim persoluerit antequam super retentis fuerit arbitratus, prout sibi uidebitur arbitrari ad requisitionem capituli memorati; et dictum capitulum remisit et finauit imperpetuum dictis Rodulpho, Jaquete et Johannete et Petro et eorum heredibus omnes actiones, querelas, iura, rationes et calumpnias que et quas habebat uel habere poterat contra ipsos occasione predictorum nouem modiorum, exceptis retentis super quibus dictus Anselmus potestatem habet arbitrandi, prout superius continetur. Quam compositionem iurauerunt dicte partes super sancta Dei euuangelia attendere et seruare et nullo tempore per se seu per aliam personam interpositam aliquatenus contrauenire seu contrauenienti modo aliquo consentire. Inde rogauit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: magister Petrus de Thora, Guntherus de Gigno, canonici Sedun., dnus Petrus curatus de Aniuesio, dnus Willermus de Ves, dnus Willermus curatus de Granges, sacerdotes, Anselmus de Sassons domicellus predictus et ego magister Martinus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii. Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, IX kl. junii, anno Dni M°CC°LXX°VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

855

Donations de Pierre Quartéry à son fils aîné.

Monthey, 1277, mai.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 648, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. XXXIV.

Notum sit, etc., quod Petrus dictus Karterii de Sancto Mauricio dedit et concessit, de laude et consensu dne Remunde uxoris ejus et Johannis filii sui, Petro dicto Karterii primogenito filio suo quidquid ipse habet in magna decima de Sancto Mauricio, retento ibidem tantummodo, dum ipse P. pater vixerit, usufructu. Et si idem P. filius liberos de propria uxore non habuerit, post decessum ejus statim hujusmodi donatio ad heredes ejusdem dne Remonde revertatur. Inde sunt testes Jacobus Withan, Udricus de Columberio, P. et Ja. de Magy, burgenses de Sallyono, Remondus de Morcles et dnus Johannes de Lausanna, canonicus Agaun., qui hanc cartam levavit apud Montez, nomine Jacobi cantoris monasterii Agaun. Cui si quis, etc. Actum anno Dni M°.CC°.LXX°. septimo, mense maii.

856

Accord entre Pierre, major de Vex, et Jacques Blanc, au sujet d'un fief.

Sion, 1277, 14 juin.

Copie communiquée par M. Ch. Le Fort.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod discordia que vertebatur inter Petrum majorem de Ves, ab una parte, et Jacobum Album de Herementia et confratres ejus, ex altera, super feudo

quod idem Jacobus tenet a dicto majore, de quo habet plures confratres, quod feudum jacet apud Miribel, laudatione majoris et Jacobi predictorum et laudatione Agnete uxoris dicti majoris, Petri filii sui, Willermete filie sue, alii pueri sui erant impuberes, et laudatione Perete uxoris dicti Jacobi, Christini filii sui, alii pueri sui erant impuberes, quorum laudationem recepit Humbertus clericus en Ves, pro exactionibus, auxiliis, talliis et gravaminibus, serviciis et aliis quibuscumque que idem major petebat a dicto Jacobo, prudentum virorum consilio sopita est in hunc modum : dictus Jacobus solvit et dedit dicto majori decem sol. nomine concordie; item tenetur eidem solvere annuatim duos sol. servicii in Rogationibus et duos sol. et dimidium pro alpegiis in die divisionis animalium et fructum alpis de Miribel et quinque sol. placiti in mutatione majoris et vassali; item tenetur idem Jacobus adjuvare et degravare dictum majorem pro rata feudi quod tenet a dicto majore, pro quo feudo idem major est responsor erga capitulum Sedun. de auxiliis, taliis, serviciis, cavalcatis et aliis gravaminibus que dicto majori fierent ratione dicti feudi, super quibus credendum juramento ipsius majoris (in vi)ta sua, et post decessum ejus juramento heredum ipsius majoris. Dictus vero major quotienscunque sibi a prefato capitulo vel ab aliquo alio nomine capituli aliqua de predictis fierent, tenetur illud intimare dicto Jacobo et successoribus suis qui fuerint dicti feudi responsales, pro quibus idem major et heredes sui tenentur dicto Jacobo, heredibus et comparticipibus suis et heredibus eorum dictum feodum contra omnes, omni alia exactione remota, in perpetuum garentire. Inde rogauit utraque pars chartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Petrus de Leuca, dnus Gregorius, dnus Rodulphus de Grona, dnus Jacobus de Novilla, canonici Sedun., Johannes de Nas et Willelmus de Ves sacerdotes, Petrus dictus Furez de Vernamesi et magister Martinus, qui juratus super hoc hanc char-

tam levavit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. vice cujus ego Walterus Magistri iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, XVIII kl. julii, anno Dni M°.CC°.LXX°. VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

857

Accord entre le curé (de Saint-Martin) d'Hérens et les fils de Pierre, fils de Paris de Nendaz, au sujet de l'héritage de ce dernier.

Sion, 1277, 12 juillet.

Archives de Valère, Cartulaire du XIIIe siècle, fol. III.

Notum, etc., quod discordia que uertebatur inter dnum Willermum de Nenda, curatum de Heruens, ex una parte, et Johannem, Amedeum et Petrum filios quondam Parisii de Nenda, filii quondam ou Juglar de Nenda, ex altera, super hereditate quondam dicti Parisii quam dicti fratres exigebant et petebant a dicto dno Willermo sacerdote et super aliis calumpniis, querelis, petitionibus et rancuris que habebant ad inuicem ratione predictorum, de prudentum uirorum consilio sopita est in hunc modum, quod dicti fratres finant, quictant et remittunt imperpetuum eidem dno Willermo omnes actiones, querelas, iusrationem et calumpnias que et quas habebant erga ipsum dnum Willermum ratione hereditatis predicte uel alterius cuiuslibet rationis usque ad confectionem presentis carte pro XL sol. eisdem fratribus integre solutis. Promittentes per stipulationem solempnem dictum dnum Willermum uel heredes suos super predicta hereditate de cetero non impetere seu super aliquibus predictorum. Inde rogauit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Willermus curatus de Uertro, Petrus filius maioris de Sueng, Rodulphus filius Rodulphi de Ualeria, Willermus de Orseriis

clericus, Petrus maior de Sueng et ego magister Martinus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, IIII° idus julii, anno Dni M°CC°LXX° VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

858

Levée d'une dime papale.

Sion, 1277, 5 août.

Archives de Valère, Registrum Martini de Seduno notarii.
(Extrait)

A° D^i M°CC°LXX°VII°, indic. V, nonas augusti, Seduni. P. de Leucha can. Sedun. tenens locum M. decani Sedun. collectoris decime pro exemptis in prouincia Tharentasiensi a fratre Alberto priore de Gordanicis collectore decime generali in dicta prouincia a sede apostolica deputato, computum reddit:

1° anno recepit	35	lb.	18	sol.	2	den. Maur.
2° » »	41	»	2	»		
3° » »	35	»	7	»	3	»

Debita 2^i et 3^ii anni dicere non valuit.

Eodem die dnus G. decanus Valerie et dnus prior de Granges tenens locum prioris S^ti Petri de Clages collectores decime pro non exemptis in ciuitate et dyocesi Sedun. a dicto fratre Alberto reddunt computum:

1° anno receperunt	162	lb.	19	sol.	7	den. Maur.
2° » »	138	»	13	»		
3° » »	139	»	3	»		
Summa debitorum 2^di anni	50	»	10	»		
» » 3^ii »	54	»	13	»		

Debita non extabant pro 1° anno

859

Assignation d'un cens de 40 sols légué au chapitre de Sion par Jacques de Conthey, donzel.

Sion, 1277, 1er septembre.

Archives de Valère, Original. et Cartul. du XIIIe siècle, fol. 49.

Notum, etc., quod ego Anselmus de Saxons domicellus, administrator et curator bonorum Petri filii quondam dni Aymonis de Turre militis, de consilio dnorum Petri de Aent, Willermi de Ventona, Walteri de Chamoson et Villenci de Grimisua, militum, quadraginta sol. Maur. censuales quos nobilis vir Jacobus quondam de Contegio domicellus legauit et donauit capitulo Sedun. annuatim percipiendos et persoluendos dicto capitulo in tallia et castellania de Granges eiusdem Petri, assigno et assetto capitulo memorato in dicta tallia nomine dicti Petri de Turre annuatim persoluendos, et per dictum capitulum in dicta tallia in festo Omnium Sanctorum annuatim percipiendos. Ex nunc precipiens presenti carta mistrali qui nunc est et qui pro tempore fuerit in predicto loco eiusdem Petri quod dictos quadraginta sol. singulis annis integraliter soluat siue persoluant de dicta tallia pacifice et quiete siue de denariis tallie supradicte. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Gunraldus decanus, Rodulphus sacrista, Normandus cantor Sedun., Johannes de Nas presbiter, Bochuz clericus, Johannes de Ast et milites supradicti et dnus Petrus de Leucha, qui iuratus super hoc hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego magister Martinus eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, kl. septembris, anno Dni M°.CC°.LXX°.VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

860

Réversale de l'évêque de Sion en faveur du chapitre au sujet de la chapelle de saint Paul.

Sion, 1277, 8 octobre.

Archives de Valère.

P. Dei gracia Sedun. episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis noticiam subscriptorum. Noueritis quod cum nos saysiuerimus et in parte recollegerimus fructus siue redditus capelle Sancti Pauli Sedun., quam capellam tenebat Marchus decanus eiusdem loci, et hoc pro querelis siue actionibus quas habemus et habere intendimus contra dictum decanum et fructus et redditus predictos, et dicti fructus et redditus post decessum dicti decani seu quam primum dictam capellam vacare contigerit deputati sint et assignati cotidianis distribucionibus canonicorum seu capituli Sedun., protestamur et dicimus quod nolumus quod per predictam saysicionem siue recollectionem aliquod preiudicium generetur in posterum super capella, fructibus et redditibus supradictis memoratis capitulo et canonicis, sed volumus et concedimus quod post decessum dicti decani seu quam cito dictam capellam vacare contigerit ad prefatum capitulum et canonicos pro dictis cotidianis distribucionibus faciendis, non obstante aliquo iure quod dicamus nos in dictis capella, fructibus et redditibus habere, ipsi fructus, redditus et capella, exceptis centum solidis Maur. deputatis seruitori dicte capelle, deuoluantur. Hec autem fecimus in presencia reuer. patris nostri P. Dei gracia Tharenth. archiepiscopi, qui omnia predicta laudauit, approbauit et etiam ipsi capitulo confirmauit. In quorum testimonium idem dnus archiepiscopus sigillum suum vnacum sigillo nostro

duxit presentibus adnectendum. Actum et datum in capitulo Sedun., presentibus testibus Petro de Byllens et magistro Rodulpho de Viuiaco, canonicis Lausan., et pluribus aliis, anno Dni M°CC°LXX° septimo, feria sexta ante dedicacionem ecclesie Sedun.[1] proxima.

Deux sceaux pendants, endommagés.

861

Vente faite par Jean de Lalden à Pierre de Granges, chanoine de Sion.

Viége, 1277, 19 novembre.

Archives de Valère.

* Johannes de Laudona, laudatione Matelde vxoris sue, Petri filii sui et Odilie nure sue, vendit pro XX lb. Petro de Granges dicto Leonet, canonico Sedun., V fossoratas vinee ante domum suam lapideam et juxta feodum Jacobi domicelli, et vineam ad duas fossoratas et pomarium juxta jacentem que vocantur Kolen Bongarto, juxta feodum Anthonii domicelli, et aliud pomarium et dimidium juger agri et duo sectoria prati et aquam per dimidium diem in septimana. Que omnia dictus Petrus ipsi remisit in feudum pro quadraginta sol. seruicii. Datum Vesbie, anno Dni M.CC.LXXVII, XIII kl. decembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

862

Echange entre Louis de Vinéis, chevalier, et Normand, chantre de Sion.

Naters, 1277, 26 novembre.

Archives de Valère, Cartul. du XIIIe siècle, fol. 50 et 51.

Notum, etc., quod ego Lodoycus de Vineis miles, laudatione

[1] La fête de la dédicace de l'église de Sion se célébrait le 18 octobre, et celle de l'église de Valère le 20 du même mois.

Agnetis vxoris mee, Johannis filii mei, filia mea impuber erat, in concambium dedi et finaui in allodium dno Normando cantori Sedun. et cui dare, vendere vel legare voluerit, totum feudum quod Conradus de Lauduna de me tenebat, videlicet terram illam cui Chilla dicitur, cum seruicio, placito, hominio et dominio et omni iure, nichil michi neque heredibus meis iuris ibidem retinendo. E conuerso dictus Normandus cantor Sedun. dedit in concambium et finauit in allodium michi et heredibus meis totum feudum Nicolai Uingelen cum seruicio, placito, hominio, dominio et omni iure. Hoc adiecto quod predictus Normandus cantor Sedun. debet habere feudum dicti Nicolai cum seruicio, dominio et omni iure quamdiu vixerit, post mortem vero eius michi et heredibus meis iure hereditario deuoluetur. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Rodulphus sacrista Sedun., dnus Nicolaus capellanus dni cantoris, Nicolaus Vingilo et Jacobus capellanus iuratus super hoc, qui hanc cartam leuauit et scripsit, uice sepedicti Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum apud Narres, anno Dni M°.CC°.LXXVII°, VI kl. decembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

863

L'évêque de Sion prend les hommes de Vercorin sous sa sauvegarde.

1278, 1er janvier.

Documents sur le Vallais. (M. Bordier.)

Petrus episcopus Sedun. suscipit in protectionem, defensionem et wardam et tutelam homines et villam ipsam de Vercoren cum possessionibus, justitia mediante. Pro qua warda

tenentur apud Vercoren soluere annualiter unum modium siliginis ad mensuram de Sirro. Testes Walterus de Chamoson, Reynaldus de Martigniaco, milites. 1278, kl. januarii.

864

Le chevalier Henri Albi reconnaît avoir reçu en prêt vingt livres de son neveu Pierre de Granges, chanoine de Sion.

Granges, 1278, 6 mars.

Archives de Valère.

Nouerint vniuersi quod nos Henricus Albi de Grangiis miles confitemur nos nomine meri mutui recepisse in pecunia numerata viginti libras Maur. a Petro de Grangiis nepoti nostro canonico Sedun. et mistrali capituli eiusdem loci, quas viginti lb. promittimus bona fide soluere eidem Petro uel mandato suo ab hac die in vno anno videlicet in instanti carnispriuio vetere. Super quibus dictis viginti lb. in dicto termino soluendis dedimus in manu dicti Petri redditores et obsides infra Sedunum quemlibet in solidum : Petrum Lioneti fratrem suum, Jacobum de Ayento, Johannem Leynim, Uldricum de Saxo de Rossy, Jaquetum fratrem eius et Adam filium quondam Gillaimidi eiusdem loci et Nozanot, una cum ipsis promittentes, etc. Ad hoc interfuerunt testes vocati : dnus Willermus curatus de Grangiis, Aymo de Lenz clericus, Rodulphus de Turre domicellus et Petrus Alegros de Vercorens. Et ad maiorem rei certitudinem in premissorum robur et testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum apud Grangis, anno Dni M°CC°LXX° octauo, II nonas marcii.

Sceau pendant.

865

Testament de Nicolas de Bagnes, chanoine de Sion.

Valère, 1278, 14 avril.

Registrum magistri Martini de Seduno notaril.

* Anno dnice incarnationis M°CC°LXX°VIII°, XVIII kl. mayi, in castro Valerie, dnus Nicholaus de Baignes canonicus Sedun. condit testamentum suum. Heredes instituit Perronetum et Uldricum nepotes suos, filios quondam Martini fratris sui. Varia legat Willermo fratri suo et multis conuentibus ac variis personis. « Item do et lego L. lb. Mauric. pro tribus bonis et ydoneis balistariis mittendis vltra mare pro subsidio Terre sancte, qui jurent quod vltra mare moram contrahent per annum continuum. Item do et lego capitulo Sedun. omnia acquisita mea in territorio Sedun., de Neinda, de Bramosio et de Thourins, apud Martigniacum et in castellania de Martigniaco, ut prouentus conuertantur in distribuciones.... Item volo quod ex predictorum acquisitorum prouentibus centum solidi singulis annis dentur per capitulum vni sacerdoti qui interesse teneatur in ecclesia inferiori singulis horis et singulis hebdomadis teneatur celebrare in altare b. Jacobi apost. tres missas pro remedio anime mee et anime dni Jacobi quondam decani Valerie et omnium fidelium defunctorum..... Item lego dno episcopo Sedun. et mense episcopali vniuersum debitum in quo michi tenebatur ratione mutui facti bone memorie dno Henrico episcopo Sedun., exceptis XV lb. quas teneatur soluere idem episcopus collectoribus eorum que legantur in subsidium Terre sancte pro quarto balistario in dicto subsidio transmittendo. » Executores instituit dnum Gunraldum decanum Valerie, magistrum P. de Thoura canon. Sedun. et dnum P. de Baignes. Testes : G. decanus Valerie, Rodul. sa-

crista, Nor. cantor, Petrus de Leucha, Ja. de Nouilla, P. de Herdes, Gregorius, canonici Sedun.

866

Redevance due au chantre de Sion pour les actes stipulés dans la contrée de Louèche.

Louèche, 1278, 7 mai.

Registrum Martini de Seduno.

* Jo. de Dailleto promittit N. cantori Sedun. soluere XL sol. pro censu cartarum et VI den. pro qualibet carta quas leuabit in contracta de Leucha. Testes Rodulphus de Saxo domicellus, Christinus filius janitoris de Valeria. Datum apud Leucham, anno Dni M.CC.LXXVIII, nonis mayy.

867

Jean d'Arvilar vend un arpent de terre à Anselme de Torpaton.

Sion, 1278, 13 mai.

Archives de la ville de Sion.

* Notum sit quod Johannes dAruilar filius quondam Willelmi Curta Soula de Bramosio, laudatione Willelmete vxoris sue, vendidit, pro sexaginta sol. Maur. sibi solutis et pro vno quartero castronis altero annorum et pro XVIII den. placiti et pro dominio Borcardo de Mustruez facturis, Anselmo de Torpatons de Aniuesio filio Willelmi de Sancto Johanne vnum juger terre situm in fine inferiori de Bramosio, in quo campo dictus Borcardus accipit dominium et vsagia supradicta. Testes dnus Johannes curatus de Bramosio, etc. Actum Seduni, IIII ydus mayi, anno dni M°.CC°.LXX°.VIII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

868

Mathieu, fils de Pierre métral de Louèche, vend à Jacques, vidomne d'Anniviers, le fief qu'il tient de l'évêque de Sion et tout ce qu'il possède dans le Val d'Anniviers.

Chippis, 1278, 16 mai.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Matheus filius quondam Petri mistralis de Leucha et Metehins vxor mea, laudatione Thome fratris nostri et dne Agnetis matris mei Mathei, cuius Agnetis laudationem recepit Johannes de Dalleto juratus cancellarie apud Leucham, presentibus testibus Vldrico de Sirro domicello, Nicholao Nigro de Leucha, Aymone Balistario de Aniuesio, vendidimus et finauimus in perpetuum, laudatione etiam reuerendi patris dni Petri Dei gracia Sedun. episcopi, pro quater viginti lb. et pro sessaginta sol. Maur. nobis solutis et pro vsagiis faciendis, nobili viro Jacobo vicedno de Aniuesio domicello et suis heredibus uel cui dare, legare, vendere seu alio modo alienare voluerit, totum feudum quod habebamus uel habere debebamus a dicto dno episcopo et mensa episcopali et omnia que habemus, possidemus uel possidere seu habere debemus quocunque jure seu quacunque ratione in tota valle de Aniuesio, videlicet a Chipiz superius versus dictam vallem, in terris, domibus, hominibus, feudatariis, seruiciis, placitis, censibus, taliis et vsagiis aliis vniuersis et omnibus rebus aliis, et specialiter maioriam dicte vallis cum omni jure et dominio omnium predictorum. Et nos de omnibus supradictis deuestiuimus et dictum Jacobum inuestiuimus et induximus uel quasi in possessionem corporalem, ita quod quidem pro predictis vsagia facere teneatur.

Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Anthonius de Vespia, Vldricus de Sirro, domicelli, Petrus de Aula de Granges, Aymo Balistarius predictus, Jacobus de Pratis, Johannes de Torrente, Petrus de la Sala de Aniuesio, et Petrus de Aniuesio curatus eiusdem loci, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum apud dictum locum de Chipiz, iuxta ecclesiam, XVII° kl. junii, anno Dni M°.CC°.LXXVIII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante. Quam cartam postmodum in registro repertam ego Girardus de Dallio clericus juratus super hoc fideliter de verbo ad verbum scripsi, etc. Actum in ecclesia Valerie, die mercurii proxima ante festum B. Johannis Baptiste, anno Dni M°CCC°XX tercio, imperio vacante, Aymone episcopante.

869

Les frères Rodolphe et Antoine d'Orsières prêtent hommage lige à l'évêque de Sion.

Sion, 1278, 21 mai.

Registrum magistri Martini de Seduno, notarii.

* Anno dnice incarnacionis M°.CC°.LXX°VIII°, XII kl. junii, indicione VI[a], in palatio episcopali Sedun. et in ciuitate Sedun., discordia que vertebatur inter dnum P. episcopum Sedun. et Rodulphum et Anthonium fratres mistrales dOrsayre super offensis factis dicto episcopo, predecessoribusque suis a dictis fratribus sopita est in hunc modum quod dicti Rodulphus et Anthonius fecerunt hominium ligium perpetum dicto dno episcopo nomine ecclesie Sedun. Promittentes, etc. Testes: dnus Cunradus decanus Valerie, Jaco. de Nouila, Julianus Musardi officialis, canonici Sedun., Walterus curatus de Uesbia

sacerdos, Walterus de Chamoson, R. de Martigniaço, Ay. de Castellione, milites, Gothefredus de Morgia, Rodul. de Gresie, Willermus de Blonay, domicelli, Rodul. mistralis curie, Vldricus de Gissiney, Borcardus mistralis dUroigni.

870

Pierre de Wicherez vend un cens de seigle à Pierre de Prensières.

Sion, 1278, 26 juin.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Petrus Wicherez vendidi pro sex lb. Maur. Petro de Preinsieres ciui Sedun. dimidium modium siliginis censualem ad mensuram Sedun. Quod si non soluerem, assigno in garentizationem eidem Petro domum meam sitam inter ingressum siue uicum existentem iuxta fabricam Willermi de Temporiua et vicum tendentem versus Malam Curiam ; item assigno totale clausum meum situm apud Sanctam Cristinam. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : magister Willermus de Liesc, Willermus de Aniuesio, Petrus Faber de Froudenges et ego magister Martinus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, VI kl. julii, anno Dni M°.CC°.LXX°VIII, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

871

Conon de Châtillon, donzel, reconnaît devoir 13 L. à Jacques de Noville, chanoine de Sion.

Sion, 1278, 9 septembre.

Registrum Martini de Seduno.

* Cono de Castellione domicellus confitetur se debere Jacobo

tam levavit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. vice cujus ego Walterus Magistri iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, XVIII kl. julii, anno Dni M°.CC°.LXX°. VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

857

Accord entre le curé (de Saint-Martin) d'Hérens et les fils de Pierre, fils de Paris de Nendaz, au sujet de l'héritage de ce dernier.

Sion, 1277, 12 juillet.

Archives de Valère, Cartulaire du XIII° siècle, fol. III.

Notum, etc., quod discordia que uertebatur inter dnum Willermum de Nenda, curatum de Heruens, ex una parte, et Johannem, Amedeum et Petrum filios quondam Parisii de Nenda, filii quondam ou Juglar de Nenda, ex altera, super hereditate quondam dicti Parisii quam dicti fratres exigebant et petebant a dicto dno Willermo sacerdote et super aliis calumpniis, querelis, petitionibus et rancuris que habebant ad inuicem ratione predictorum, de prudentum uirorum consilio sopita est in hunc modum, quod dicti fratres finant, quictant et remittunt imperpetuum eidem dno Willermo omnes actiones, querelas, iusrationem et calumpnias que et quas habebant erga ipsum dnum Willermum ratione hereditatis predicte uel alterius cuiuslibet rationis usque ad confectionem presentis carte pro XL sol. eisdem fratribus integre solutis. Promittentes per stipulationem solempnem dictum dnum Willermum uel heredes suos super predicta hereditate de cetero non impetere seu super aliquibus predictorum. Inde rogauit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Willermus curatus de Uertro, Petrus filius maioris de Sueng, Rodulphus filius Rodulphi de Ualeria, Willermus de Orseriis

clericus, Petrus maior de Sueng et ego magister Martinus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, IIII° idus julii, anno Dni M°CC°LXX° VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

858

Levée d'une dîme papale.

Sion, 1277, 5 août.

Archives de Valère, Registrum Martini de Seduno notarii.
(Extrait)

A° D^i M°CC°LXX°VII°, indic. V, nonas augusti, Seduni. P. de Leucha can. Sedun. tenens locum M. decani Sedun. collectoris decime pro exemptis in provincia Tharentasiensi a fratre Alberto priore de Gordanicis collectore decime generali in dicta provincia a sede apostolica deputato, computum reddit:

1° anno recepit	35	lb.	18	sol.	2	den.	Maur.
2° » »	41	»	2	»			
3° » »	35	»	7	»	3	»	

Debita 2^i et 3^ii anni dicere non valuit.

Eodem die dnus G. decanus Valerie et dnus prior de Granges tenens locum prioris S^ti Petri de Clages collectores decime pro non exemptis in ciuitate et dyocesi Sedun. a dicto fratre Alberto reddunt computum:

1° anno receperunt	162	lb.	19	sol.	7	den.	Maur.
2° » »	138	»	13	»			
3° » »	139	»	3	»			
Summa debitorum 2^di anni	50	»	10	»			
» » 3^ii »	54	»	13	»			

Debita non extabant pro 1° anno

859

Assignation d'un cens de 40 sols légué au chapitre de Sion par Jacques de Conthey, donzel.

Sion, 1277, 1er septembre.

Archives de Valère, Original. et Cartul. du XIIIe siècle, fol. 49.

Notum, etc., quod ego Anselmus de Saxons domicellus, administrator et curator bonorum Petri filii quondam dni Aymonis de Turre militis, de consilio dnorum Petri de Aent, Willermi de Ventona, Walteri de Chamoson et Villenci de Grimisua, militum, quadraginta sol. Maur. censuales quos nobilis vir Jacobus quondam de Contegio domicellus legauit et donauit capitulo Sedun. annuatim percipiendos et persoluendos dicto capitulo in tallia et castellania de Granges eiusdem Petri, assigno et assetto capitulo memorato in dicta tallia nomine dicti Petri de Turre annuatim persoluendos, et per dictum capitulum in dicta tallia in festo Omnium Sanctorum annuatim percipiendos. Ex nunc precipiens presenti carta mistrali qui nunc est et qui pro tempore fuerit in predicto loco eiusdem Petri quod dictos quadraginta sol. singulis annis integraliter soluat siue persoluant de dicta tallia pacifice et quiete siue de denariis tallie supradicte. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : Gunraldus decanus, Rodulphus sacrista, Normandus cantor Sedun., Johannes de Nas presbiter, Bochuz clericus, Johannes de Ast et milites supradicti et dnus Petrus de Leucha, qui iuratus super hoc hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cuius ego magister Martinus eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, kl. septembris, anno Dni M°.CC°.LXX°.VII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

860

Réversale de l'évêque de Sion en faveur du chapitre au sujet de la chapelle de saint Paul.

Sion, 1277, 8 octobre.

Archives de Valère.

P. Dei gracia Sedun. episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis noticiam subscriptorum. Noueritis quod cum nos saysiuerimus et in parte recollegerimus fructus siue redditus capelle Sancti Pauli Sedun., quam capellam tenebat Marchus decanus eiusdem loci, et hoc pro querelis siue actionibus quas habemus et habere intendimus contra dictum decanum et fructus et redditus predictos, et dicti fructus et redditus post decessum dicti decani seu quam primum dictam capellam vacare contigerit deputati sint et assignati cotidianis distribucionibus canonicorum seu capituli Sedun., protestamur et dicimus quod nolumus quod per predictam saysicionem siue recollectionem aliquod preiudicium generetur in posterum super capella, fructibus et redditibus supradictis memoratis capitulo et canonicis, sed volumus et concedimus quod post decessum dicti decani seu quam cito dictam capellam vacare contigerit ad prefatum capitulum et canonicos pro dictis cotidianis distribucionibus faciendis, non obstante aliquo iure quod dicamus nos in dictis capella, fructibus et redditibus habere, ipsi fructus, redditus et capella, exceptis centum solidis Maur. deputatis seruitori dicte capelle, deuoluantur. Hec autem fecimus in presencia reuer. patris nostri P. Dei gracia Tharenth. archiepiscopi, qui omnia predicta laudauit, approbauit et etiam ipsi capitulo confirmauit. In quorum testimonium idem dnus archiepiscopus sigillum suum vnacum sigillo nostro

duxit presentibus adnectendum. Actum et datum in capitulo Sedun., presentibus testibus Petro de Byllens et magistro Rodulpho de Viuiaco, canonicis Lausan., et pluribus aliis, anno Dni M°CC°LXX° septimo, feria sexta ante dedicacionem ecclesie Sedun.[1] proxima.

Deux sceaux pendants, endommagés.

861

Vente faite par Jean de Lalden à Pierre de Granges, chanoine de Sion.

Viége, 1277, 19 novembre.

Archives de Valère.

° Johannes de Laudona, laudatione Matelde vxoris sue, Petri filii sui et Odilie nure sue, vendit pro XX lb. Petro de Granges dicto Leonet, canonico Sedun., V fossoratas vinee ante domum suam lapideam et juxta feodum Jacobi domicelli, et vineam ad duas fossoratas et pomarium juxta jacentem que vocantur Kolen Bongarto, juxta feodum Anthonii domicelli, et aliud pomarium et dimidium juger agri et duo sectoria prati et aquam per dimidium diem in septimana. Que omnia dictus Petrus ipsi remisit in feudum pro quadraginta sol. seruicii. Datum Vesbie, anno Dni M.CC.LXXVII, XIII kl. decembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

862

Echange entre Louis de Vinéis, chevalier, et Normand, chantre de Sion.

Naters, 1277, 26 novembre.

Archives de Valère, Cartul. du XIIIe siècle, fol. 50 et 51.

Notum, etc., quod ego Lodoycus de Vineis miles, laudatione

[1] La fête de la dédicace de l'église de Sion se célébrait le 18 octobre, et celle de l'église de Valère le 20 du même mois.

Agnetis vxoris mee, Johannis filii mei, filia mea impuber erat, in concambium dedi et finaui in allodium dno Normando cantori Sedun. et cui dare, vendere vel legare voluerit, totum feudum quod Conradus de Lauduna de me tenebat, videlicet terram illam cui Chilla dicitur, cum seruicio, placito, hominio et dominio et omni iure, nichil michi neque heredibus meis iuris ibidem retinendo. E conuerso dictus Normandus cantor Sedun. dedit in concambium et finauit in allodium michi et heredibus meis totum feudum Nicolai Uingelen cum seruicio, placito, hominio, dominio et omni iure. Hoc adiecto quod predictus Normandus cantor Sedun. debet habere feudum dicti Nicolai cum seruicio, dominio et omni iure quamdiu vixerit, post mortem vero eius michi et heredibus meis iure hereditario deuoluetur. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Rodulphus sacrista Sedun., dnus Nicolaus capellanus dni cantoris, Nicolaus Vingilo et Jacobus capellanus iuratus super hoc, qui hanc cartam leuauit et scripsit, nice sepedicti Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum apud Narres, anno Dni M°.CC°.LXXVII°, VI kl. decembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

863

L'évêque de Sion prend les hommes de Vercorin sous sa sauvegarde.

1278, 1er janvier.

Documents sur le Vallais. (M. Bordier.)

Petrus episcopus Sedun. suscipit in protectionem, defensionem et wardam et tutelam homines et villam ipsam de Vercoren cum possessionibus, justitia mediante. Pro qua warda

tenentur apud Vercoren soluere annualiter unum modium siliginis ad mensuram de Sirro. Testes Walterus de Chamoson, Reynaldus de Martigniaco, milites. 1278, kl. januarii.

864

Le chevalier Henri Albi reconnaît avoir reçu en prêt vingt livres de son neveu Pierre de Granges, chanoine de Sion.

Granges, 1278, 6 mars.

Archives de Valère.

Nouerint vniuersi quod nos Henricus Albi de Grangiis miles confitemur nos nomine meri mutui recepisse in pecunia numerata viginti libras Maur. a Petro de Grangiis nepoti nostro canonico Sedun. et mistrali capituli eiusdem loci, quas viginti lb. promittimus bona fide soluere eidem Petro uel mandato suo ab hac die in vno anno videlicet in instanti carnispriuio vetere. Super quibus dictis viginti lb. in dicto termino soluendis dedimus in manu dicti Petri redditores et obsides infra Sedunum quemlibet in solidum: Petrum Lioneti fratrem suum, Jacobum de Ayento, Johannem Leynim, Uldricum de Saxo de Rossy, Jaquetum fratrem eius et Adam filium quondam Gillaimidi eiusdem loci et Nozanot, una cum ipsis promittentes, etc. Ad hoc interfuerunt testes vocati: dnus Willermus curatus de Grangiis, Aymo de Lenz clericus, Rodulphus de Turre domicellus et Petrus Alegros de Vercorens. Et ad maiorem rei certitudinem in premissorum robur et testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum apud Grangis, anno Dni M°CC°LXX° octauo, II nonas marcii.

Sceau pendant.

865

Testament de Nicolas de Bagnes, chanoine de Sion.

Valère, 1278, 14 avril.

Registrum magistri Martini de Seduno notaril.

* Anno dnice incarnationis M°CC°LXX°VIII°, XVIII kl. mayi, in castro Valerie, dnus Nicholaus de Baignes canonicus Sedun. condit testamentum suum. Heredes instituit Perronetum et Uldricum nepotes suos, filios quondam Martini fratris sui. Varia legat Willermo fratri suo et multis conuentibus ac variis personis. « Item do et lego L. lb. Mauric. pro tribus bonis et ydoneis balistariis mittendis vltra mare pro subsidio Terre sancte, qui jurent quod vltra mare moram contrahent per annum continuum. Item do et lego capitulo Sedun. omnia acquisita mea in territorio Sedun., de Neinda, de Bramosio et de Thourins, apud Martigniacum et in castellania de Martigniaco, ut prouentus conuertantur in distribuciones.... Item volo quod ex predictorum acquisitorum prouentibus centum solidi singulis annis dentur per capitulum vni sacerdoti qui interesse teneatur in ecclesia inferiori singulis horis et singulis hebdomadis teneatur celebrare in altare b. Jacobi apost. tres missas pro remedio anime mee et anime dni Jacobi quondam decani Valerie et omnium fidelium defunctorum..... Item lego dno episcopo Sedun. et mense episcopali vniuersum debitum in quo michi tenebatur ratione mutui facti bone memorie dno Henrico episcopo Sedun., exceptis XV lb. quas teneatur soluere idem episcopus collectoribus eorum que legantur in subsidium Terre sancte pro quarto balistario in dicto subsidio transmittendo. » Executores instituit dnum Gunraldum decanum Valerie, magistrum P. de Thoura canon. Sedun. et dnum P. de Baignes. Testes : G. decanus Valerie, Rodul. sa-

crista, Nor. cantor, Petrus de Leucha, Ja. de Nouilla, P. de Herdes, Gregorius, canonici Sedun.

866

Redevance due au chantre de Sion pour les actes stipulés dans la contrée de Louèche.

Louèche, 1278, 7 mai.

Registrum Martini de Seduno.

* Jo. de Dailleto promittit N. cantori Sedun. soluere XL sol. pro censu cartarum et VI den. pro qualibet carta quas leuabit in contracta de Leucha. Testes Rodulphus de Saxo domicellus, Christinus filius janitoris de Valeria. Datum apud Leucham, anno Dni M.CC.LXXVIII, nonis mayy.

867

Jean d'Arvilar vend un arpent de terre à Anselme de Torpaton.

Sion, 1278, 13 mai.

Archives de la ville de Sion.

* Notum sit quod Johannes dArnilar filius quondam Willelmi Curta Soula de Bramosio, laudatione Willelmete vxoris sue, vendidit, pro sexaginta sol. Maur. sibi solutis et pro vno quartero castronis altero annorum et pro XVIII den. placiti et pro dominio Borcardo de Mustruez facturis, Anselmo de Torpatons de Aniuesio filio Willelmi de Sancto Johanne vnum juger terre situm in fine inferiori de Bramosio, in quo campo dictus Borcardus accipit dominium et vsagia supradicta. Testes dnus Johannes curatus de Bramosio, etc. Actum Seduni, IIII ydus mayi, anno dni M°.CC°.LXX°.VIII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

868

Mathieu, fils de Pierre métral de Louèche, vend à Jacques, vidomne d'Anniviers, le fief qu'il tient de l'évêque de Sion et tout ce qu'il possède dans le Val d'Anniviers.

Chippis, 1278, 16 mai.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Matheus filius quondam Petri mistralis de Leucha et Metehins vxor mea, laudatione Thome fratris nostri et dne Agnetis matris mei Mathei, cuius Agnetis laudationem recepit Johannes de Dalleto juratus cancellarie apud Leucham, presentibus testibus Vldrico de Sirro domicello, Nicholao Nigro de Leucha, Aymone Balistario de Aniuesio, vendidimus et finauimus in perpetuum, laudatione etiam reuerendi patris dni Petri Dei gracia Sedun. episcopi, pro quater viginti lb. et pro sessaginta sol. Maur. nobis solutis et pro vsagiis faciendis, nobili viro Jacobo vicedno de Aniuesio domicello et suis heredibus uel cui dare, legare, vendere seu alio modo alienare voluerit, totum feudum quod habebamus uel habere debebamus a dicto dno episcopo et mensa episcopali et omnia que habemus, possidemus uel possidere seu habere debemus quocunque jure seu quacunque ratione in tota valle de Aniuesio, videlicet a Chipiz superius versus dictam vallem, in terris, domibus, hominibus, feudatariis, seruiciis, placitis, censibus, taliis et vsagiis aliis vniuersis et omnibus rebus aliis, et specialiter maioriam dicte vallis cum omni jure et dominio omnium predictorum. Et nos de omnibus supradictis deuestiuimus et dictum Jacobum inuestiuimus et induximus uel quasi in possessionem corporalem, ita quod quidem pro predictis vsagia facere teneatur.

Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: Anthonius de Vespia, Vldricus de Sirro, domicelli, Petrus de Aula de Granges, Aymo Balistarius predictus, Jacobus de Pratis, Johannes de Torrente, Petrus de la Sala de Aniuesio, et Petrus de Aniuesio curatus eiusdem loci, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum apud dictum locum de Chipiz, iuxta ecclesiam, XVII° kl. junii, anno Dni M°.CC°.LXXVIII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante. Quam cartam postmodum in registro repertam ego Girardus de Dallio clericus juratus super hoc fideliter de verbo ad verbum scripsi, etc. Actum in ecclesia Valerie, die mercurii proxima ante festum B. Johannis Baptiste, anno Dni M°CCC°XX tercio, imperio vacante, Aymone episcopante.

869

Les frères Rodolphe et Antoine d'Orsières prêtent hommage lige à l'évêque de Sion.

Sion, 1278, 21 mai.

Registrum magistri Martini de Seduno, notarii.

* Anno dnice incarnacionis M°.CC°.LXX°VIII°, XII kl. junii, indicione VI[a], in palatio episcopali Sedun. et in ciuitate Sedun., discordia que vertebatur inter dnum P. episcopum Sedun. et Rodulphum et Anthonium fratres mistrales dOrsayre super offensis factis dicto episcopo, predecessoribusque suis a dictis fratribus sopita est in hunc modum quod dicti Rodulphus et Anthonius fecerunt hominium ligium perpetum dicto dno episcopo nomine ecclesie Sedun. Promittentes, etc. Testes: dnus Cunradus decanus Valerie, Jaco. de Nouila, Julianus Musardi officialis, canonici Sedun., Walterus curatus de Uesbia

sacerdos, Walterus de Chamoson, R. de Martigniaço, Ay. de Castellione, milites, Gothefredus de Morgia, Rodul. de Gresie, Willermus de Blonay, domicelli, Rodul. mistralis curie, Vldricus de Gissiney, Borcardus mistralis dUroigni.

870

Pierre de Wicherez vend un cens de seigle à Pierre de Prensières.

Sion, 1278, 26 juin.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Petrus Wicherez vendidi pro sex lb. Maur. Petro de Preinsieres ciui Sedun. dimidium modium siliginis censualem ad mensuram Sedun. Quod si non soluerem, assigno in garentizationem eidem Petro domum meam sitam inter ingressum siue uicum existentem iuxta fabricam Willermi de Temporiua et vicum tendentem versus Malam Curiam ; item assigno totale clausum meum situm apud Sanctam Cristinam. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : magister Willermus de Liesc, Willermus de Aniuesio, Petrus Faber de Froudenges et ego magister Martinus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, VI kl. julii, anno Dni M°.CC°.LXX°VIII, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

871

Conon de Châtillon, donzel, reconnaît devoir 13 L. à Jacques de Noville, chanoine de Sion.

Sion, 1278, 9 septembre.

Registrum Martini de Seduno.

* Cono de Castellione domicellus confitetur se debere Jacobo

de Nouila canonico Sedun. XIII lb. Maur. pro XXII vaccis et IIII vitulis. Testes : Raynaldus de Martigniaco miles et Nicholaus filius eius. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXXVIII, in crastinum natiuitatis beate Marie.

872

Guillaume Bernardi donne en gage à Ulric de Vanel un four dépendant de l'hôpital de Sion.

Sion, 1278, 31 octobre.

Archives de la famille de Torrenté, Copie du XVe siècle.

* Notum sit quod ego Willelmus filius quondam Johannis Bernardi, homo ligius Willelmi de Augusta rectoris hospitalis Sedun., laudatione ipsius Willelmi, obligo titulo pignoris et dimitto Huldrico de Vanello et Agneti vxori sue et sorori mee, pro quinquaginta sol. Maur. quos posuit in melioramentum furni quem teneo a dicto Willelmo, furnum predictum facturo sexdecim fischillinos silliginis censuales eidem Willelmo hospitalario et pro coctura panis hospitalis, dum idem Willelmus regimen tenuerit hospitalis. Quod si regimen dimiserit, ex tunc non teneatur idem Vldricus cocturam facere panis hospitalis predicti. Tenetur insuper idem Vldricus panem portare et reportare dicti Willelmi hospitalarii et quoquere gratis. Additum est quod ego possim habere dictum furnum cum dicto Vldrico solucionem faciam de quinquaginta sol. memoratis. Actum Seduni, II kl. nouembris, anno Dni M°CCLXXVIII, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

873

Jacques de Grône vend à Pierre Léonéti de Granges ses droits sur Martin Grenon et le fief que ce dernier tient de lui.

Granges, 1278, 24 novembre.

Archives de la ville de Sion; Granges.

Notum sit quod ego Jacobus de Grona, laudatione Blanche vxoris mee, Johannis et Margarete liberorum meorum, vendidi in alodium pro viginti octo sol. Maur. Petro Leoneti de Granges quicquid juris utilis et directi et racionis habebam in Martinum Grenon de Chermignon superiori et in feudum ipsius quod tenebat a me. Testes: Willermus de Monte Jouis clericus, Willermus Abelz, Jacobus Gruillens et Willermus curatus de Granges, qui hanc cartam leuauit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum apud Granges, VIII° kl. decembris, anno Dni M°.CC°LXXVIII°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

874

Pierre, évêque de Sion, donne en augmentation de fief à Pierre, vidomne de Martigny, tout ce qu'il a acheté de Perrette de la Tour, épouse du dit vidomne.

Sion, 1279, 7 janvier.

Ann. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 505, ex arch. Agaun.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum nos Petrus Dei gratia episcopus Sedun. acquisivissemus a Perreta filia quondam Stephani de Turre de Sancto Mauritio, uxore dni

Petri vicedni de Martigniaco militis, laudatione ipsius Petri, pro LX lb. Maur. eidem solutis totam hereditatem suam quam habebat apud Ottans, videlicet homines (*au nombre de* 8), terras, decimas et possessiones quas habebat ratione dicte hereditatis et expectabat, et tres homines cum feudo ipsorum sito in territorio de Verneye, prout in carta inde confecta plenius continetur, nos dictum acquiramentum et dictam hereditatem cum tribus hominibus supradictis et eorum feudo, sito et sitis in castellania de Martigniaco, apud Verneye, dedimus et concessimus dicto dno Petro vicedno in augmentum feudi sui hominii ligii nostri. Promittentes pro nobis et successoribus nostris dicto dno Petro et suis heredibus omnia predicta contra omnes in perpetuum garentire. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Reynaldus de Martigniaco miles, Willelmus de Solerio castellanus Sancti Brancherii, Adamus de Martigniaco, Bernardus de Intermontes et magister Martinus qui iuratus super hoc hanc cartam levavit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego Walterus Magistri juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, VII idus januarii, anno Dni M°.CC°LXX° nono, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

875

Guillaume de Collombey reconnaît avoir reçu 80 L. pour la dot de sa femme.

Sion, 1279, 18 janvier.

Registrum Martini de Seduno.

* Willermus de Columberio domicellus confitetur recepisse nomine dotis Anthonie vxoris sue a Theodulo ciue Sedun., fratre dicte Anthonie, quater viginti lb. Maur. Testes: Jacobus

de Nouilla canonicus Sedun., dnus Rayn. de Martigniaco miles, Jo. de Nouilla, H. et Jo. de Columberio, domicelli. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXXIX, XV kl. februarii.

876

Fiefs tenus par la famille de Collombey.

1278 (1279), janvier.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 468, ex arch. Agaun.

Recognitio feodi dni Henrici de Columberio et Humberti fratris sui, prout in extenta antiqua de Montheolo continetur, que fuit facta anno Dni M°.CC°.LXX°VIII°, mense januarii.

Dnus Henricus de Columberio juratus est homo ligius dni comitis et tenet de eo idem Henricus et Humbertus frater ejus et dnus Petrus de Columberio et Petrus et Jacobus de Magno Columberio et Lyoneta soror eorum in feudum albergamentum de la Combassy, etc. Item feudum quod tenent a Willelmo majore Montheoli, etc. Item feudum Rodulfi de Novilla. Item tenet dictus dnus Henricus pro se in augmentum feudi predicti vicedominatum in mandamento Montheoli cum pertinentiis suis, etc. Item cursum aque molendini sui, etc.

877

Pierre d'Ayent, chevalier, nomme Jacques, vidomne d'Anniviers, son exécuteur testamentaire.

Granges, 1279, 5 avril.

Copia litterarum de Ayent, fol. XX, verso.

Notum, etc., quod ego Petrus de Ayent miles in mea vltima

voluntate, laudatione dne Jacobe vxoris mee, constitui meum executorem Jacobum vicedominum de Aniuesio domicellum, nepotem meum, ad emendandum omnes clamores meos et ad omnia debita mea persoluenda et ad omnes helemosinas et legata assignandum.... Testes : magister Jacobus de Ridda, Anselmus de Saxono, Jocelinus de Vesbia, Reymundus de Contegio, domicelli, Chalbertus de Ayent, Vuillencus Rochos, Odo clericus et Aymo de Lenz curatus de Grangiis, qui, etc. Actum apud Granges, nonas aprilis, anno Dni M°CC°LXXIX.

878

Testament de Pierre de Granges, chanoine de Sion.

Valère, 1279, 11 mai.

M. D. R. XVIII, Chartes Sédun., 448.

879

Jean d'Ayent donne le tiers de ses biens à son épouse Marguerite et aux enfants qu'il a eus d'elle.

Chamoson, 1279, 2 juin.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXIX, verso.

Notum, etc., quod ego Johannes filius quondam dni Nantelmi de Ayent militis, Margaretam vxorem meam filiam quondam Amedei de Ayent domicelli et liberos meos ab ipsa susceptos et suscipiendos speciali dilectionis affectione amplectens, eidem Margarete et liberis meis predictis dedi in aduantagium tertiam partem totius hereditatis mee paterne et materne et omnium mobilium et immobilium meorum in do-

minio et castellania de Ayent existentium, inprimis domum meam sitam in castro de Ayent, que fuit quondam dni Nantelmi patris mei, et omne edificium quodcunque habeo infra predictum castrum. Item campum de la Chinal, situm inter campum quondam dni Petri de Ayent militis et pratum Aymonis Manczon. Item totam decimam quam dna Beatrix mater mea percipit annuatim pro usufructu in parrochia de Grimisua et de Aent. Item homines talliabiles infra[scr]iptos et tenementa eorumdem, scilicet Romanum de Sasso Petrum dictum Leytia, Johannem dictum Bray, Johan dictum Archier, Vulliermum filium donni Ludouici Lus, Johannem Berial, Vulliermum Philipi, Albertum d Larsola et confratres suos et illos qui tenent feodum de C[illegible]a a[illegible] Alba, cum omni jure quod in predictis hom[illegible]l o re expecto. Item medietatem de cl[illegible]o Sy[illegible] Item quamdam vineam dictam dou Perer, sitam apud Bou Item quemdam campum quem pater meus tenebat apud Breydi. Quam dictam donationem volo ab omni honere debitorum esse liberam et immunem, volens ut residue due partes hereditatis mee ad solutionem omnium debitorum meorum presentium et futurorum creditoribus meis integre teneantur..... Ita tamen dedi omnia supradicta quod si haberem filios aut filias, vnum uel plures, dicta donatio filiis remaneat libere et quiete et quod dicti filii sorores suas, si quas haberent, teneantur secundum facultates suas honorabiliter maritare. Si vero dicti filii mei, quod absit, sine liberis decederent et filie remanerent, volo quod dicte filie mee a dicta Margareta vxore mea suscepte in dicta donatione et aduantagio dictis fratribus succedant.... Testes : dnus Vullencus de Chamoson curatus, dnus Thomas de Mar canonicus Sancti Mauricii Agaun., Petrus de Mar, Johannes de Araygnon, Jacobus de Mar, Reymondus et Rodulphus de Mar fratres, domicelli, et dnus Johannes vicarius de Chamoson, qui, etc. Actum apud Chamoson, IIII°

nonas junii, anno Dni M°CC°LXXIX°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

880

Guillaume de Scala spécifie les fiefs de trois hommes liges qu'il a vendus à Pierre de Louèche, chanoine de Sion.

Holz, 1279, 22 juillet.

Archives de Valère, C. 32.

* Notum sit quod ego Willelmus de Scala de Briga ostendi et widaui dno Petro de Leucha canonico Sedun. feuda trium hominum ligiorum scilicet Walteri de Tamphte, Henrici dicti Gallina et Walteri de Agro et duorum feudatariorum scilicet Johannis dicti Scolere et Michaelis fratris eius que sibi vendideram. (*Suit la spécification de ces fiefs.*) Jacobus capellanus hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum apud Holz, anno Dni millesimo ducentesimo LXX° nono, XI kl. augusti, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

881

Jacques d'Anniviers, donzel, comme exécuteur testamentaire de son oncle Pierre d'Ayent, chevalier, donne à l'évêque de Sion le droit de patronat de la chapelle de Saint-Michel du château d'Ayent, dotée par le dit Pierre d'Ayent.

Sion, 1279, 16 septembre.

Archives cantonales du Vallais, Liber deseni de Seduno, fol. 307.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum dnus Petrus de Aent miles quondam dotasset capellam sitam infra castrum

de Aent in honore beati Michaelis archangeli, et idem dnus Petrus constituisset et fecisset suum specialem executorem et ordinatorem Jacobum de Anniuisio domicellum nepotem suum super omnibus legatis suis et elemosinis soluendis, clamoribus emendandis et debitis persoluendis et super ordinatione dicte capelle prout dicto Jacobo videbitur ad salutem anime dicti militis expedire; ipse Jacobus, considerans salutem dicti dni Petri et predecessorum suorum, de consilio bonorum virorum et peritorum, presentationem et jus patronatus dicte capelle reuerendo in Christo patri dno Petro Sedun. episcopo et suis successoribus ad presens contulit et in futurum. Inde rogauit cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Petrus de Aniuisio, dnus Petrus de Aent, dnus Joannes de Nas, sacerdotes, dnus Reynaldus de Martigniaco miles, Anthonius Huboldi clericus, Anselmus de Saxone, Joannes Fontanna, Ludouicus de Sirro, domicelli, magister Michael et dnus Normandus cantor qui hanc cartam recepi. Cui si quis, etc. Actum apud Sedunum, XVI kl. octobris, anno Dni millesimo CCLXX° nono, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

882

Pierre Binfa vend une maison et un champ à Pierre de Montjovet, chanoine de Sion.

Valère, 1280, 17 février.

Archives de Valère.

°Petrus filius Petri Binfa, laudatione Beatricis vxoris sue et dicti patris sui, vendit pro XXI lb. sibi solutis, VIII sol. seruicii et II sol. placiti Petro de Monjoueto canonico Sedun. domum in ciuitate et I juger campi in Contaminis, qui campus est de feudo canonie dicti canonici et debetur de eodem vnus

quadrans arietis seruicii in messibus Montisordei. Testis Petrus de Leucha, canonicus Sedun. Aymo de Lenz curatus de Granges cartam leuauit vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Datum Valerie, anno Dni M.CC.LXXX, XIII kl. martii, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

883

Guillaume de Collombey, donzel, reconnaît avoir reçu 110 L. pour la dot et le trousseau de son épouse.

Sion, 1280, 17 février.

Registrum Martini de Seduno.

* Willermus de Columberio domicellus confitetur se habuisse a Theodolo ciue Sedun. plenam solutionem de CX lb. Maur. nomine dotis Anthonie sororis dicti Theodoli et vxoris dicti Willermi et nomine garnimenti et fardelli siue trossel ipsius Anthonie. Testes dnus Willermus senescalcus Sedun., dnus Aymo de Castellione, milites, etc. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXXX, XIII kl. marcii.

884

Accord entre le prévôt du Mont-Joux et Pierre Quartéry au sujet d'un fief.

1280, 28 mars.

Archives du Grand-Saint-Bernard.

Nos Guillelmus Juuini judex in Gebennio et in Chablasio pro illustri viro dno Philippo comite Sabaudie notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum discordia

verteretur inter venerabilem virum et discretum dnum Marcum prepositum domus et ecclesie Montis Jouis, ex vna parte, et Petrum Quarterii burgensem de Sancto Mauricio, ex altera, super hoc quod idem dnus prepositus dicebat et asserebat quod idem Petrus Quarterii tenebat in feudo ab ipso preposito et ecclesia Montis Jouis res infra scriptas, videlicet Petrum de Morcles vocatum Lara, item vnam vineam sitam in territorio de Vignie, juxta vineam Hugonis Wichardi ex vna parte et juxta viam publicam que tendit a dictis vineis versus Vignie ex altera, que quidem vinea vocatur vinea Montis Jouis, pro quibus idem prepositus dicebat et asserebat quod idem Petrus Quarterii debebat eidem preposito et ecclesie supradicte certum vsagium et seruicium singulis annis, in solucione cuius vsagii et seruicii idem Petrus, ut asserebat idem prepositus, cessauerat per longum tempus. Quare idem prepositus dictas res dicebat sibi et dicte ecclesie cecidisse in commissum et ipsas a dicto Petro tamquam commissas petebat. Tandem dicte partes coram nobis conuenerunt in hunc modum et ita transactionem, concordiam et pacem ad inuicem fecerunt, quod dicte res remanent iterum de feudo ecclesie supradicte et quod idem Petrus et sui heredes debent et tenentur dare et soluere singulis annis perpetue preposito Montis Jouis uel eius mandato de seruicio pro predictis sex sol. et sex den. Maur., et idem prepositus remittit nomine suo et ecclesie predicte eidem Petro Quarterii omne jus et omnem actionem que et quam ipse prepositus nomine suo et ecclesie predicte usque ad diem confectionis huius presentis littere occasione uel ratione predictarum encheytarum habebat uel retentarum usagii predicti, ut predictum est, non soluti, et ipse prepositus ipsum Petrum et suos de predictis jure et actione, ut predictum est, soluit et quittat prout melius potest bona fide. In quorum omnium robur et testimonium nos predictus judex ad preces dictarum partium sigillum curie dicti dni comitis pre-

sentibus duximus apponendum. Datum V kl. aprilis, anno Dni millesimo CC° octoagesimo.

Sceau pendant.

885

Jacques de Monthey, chevalier, vend la moitié du plait d'Etiez à Boson de Monthey.

1280, 28 août.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 63, ex arch. Agaun.

* Jacobus de Monthez miles et Beatrix ejus uxor de consensu P. et Girardi filiorum suorum vendunt Bosoni de Monthez, filio quondam Johannis majoris, dimidium placitum generale de Octhiez apud Intermontes, cum placitis, censibus, etc., que habent in parrochia de Vileogio pertinentibus ad dictum placitum generale, pro VII lb. Maur. et X sol., pro quibus obligant vineam suam prope maladeriam apud Monthez. Actum anno Dni M.CC.LXXX, in vigilia beati Bartholomei.

886

Jean de Miége vend un homme lige à Jacques de Noville, chanoine de Sion.

Sierre, 1280, 26 août.

Archives de Valère, S. 36.

* Notum sit quod ego Johannes de Myejo, laudatione Agnetis vxoris mee, Johannis et Thome filiorum meorum et Aymonete filie mee, vendidi et finaui pro quatuor lb. Maur. dno Jacobo de Nouilla canonico Sedun. et Johanni fratri suo et eorum heredibus Willelmum dou Meytein de Cordona, hominem

meum ligium, et totam iuriditionem, jus et rationem quod et quam habeo in eodem et in participibus suis. Testes Rodulphus le Ventona domicellus, etc., et Johannes de Valeilli qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Lctum apud Sirro, ou Maresc, VII° kl. septembris, anno Dni M°.CC°.LXXX°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

887

Donations faites par le chantre Normand au chapitre de Sion.

Valère, 1280, 1er octobre.

Archives de Valère, Original et Cartul. du XIII° siècle, fol. 51.

Notum, etc., quod ego Normandus cantor Sedun. dedi et laudi donatione inter viuos irreuocabiliter pro remedio anime mee et progenitorum meorum capitulo Sedun. sexaginta quatuor sol. seruicii et quinque sol. placiti, quos michi debebat Petrus filius quondam Petri Ruffi de Narres, gener dni Jacobi capellani eiusdem loci, pro terra quam emi a Gonrado de Laudana, que vocatur Chilla, qui LXIIII sol. soluendi sunt in festo beati Martini uel in crastino sunt dupli et duos modios siliginis censuales ad mensuram de Vesbia, quos emi a Petro quondam dicto Grauo de Chastellon in festo beati Martini solsendos uel in crastino duplicatos, et quicquid iuris et rationis habebam in denariis et blado predictis, que in cartis inde confectis, quas capitulo predicto tradidi, plenius continetur. De quibus omnibus me deuestiens dictum capitulum inuestiui, ipsum capitulum in vacuam possessionem predicte donationis inducendo. Ordinaui siquidem et precepi quod pro predicta donatione quatuor lb. Maur. annuatim in cottidianis distributionibus ab octabis resurrectionis Dni in prima et completorio canonicis qui predictis horis interfuerint, dando cuilibet vnum

denarium quamdiu a dictis octabis in antea continue durare poterunt, fideliter diuidantur. Inde precepi cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Rodulphus sacrista, dnus Nicolaus de Baignes, dnus Jacobus de Nouilla, dnus Petrus de Palacio, dnus Gregorius, dnus Rodulphus de Grona, canonici Sedun., et dnus Petrus de Leuca qui hanc cartam leuauit uice mei Nor. predicti, vice cuius ego Walterus Magistri iuratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum in castro Valerie, kl. octobris, anno Dni M°.CC°LXXX°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

888

Pierre de La Tour vend un cens de dix fichelins de seigle et de deux d'orge à Guillaume, sénéchal de Sion.

1280, 25 octobre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. VIII, 79.

En 1280, le 8 des kal. de novembre, le seigneur Willelme chevalier, dapifer Sedun., acheta de Pierre, fils de Chabert (de La Tour) chevalier, pour le prix de XI livres et un denier de service et trois deniers de plaid, X fichelins de seigle et deux d'orge, anciennement acquis par ledit chevalier Pierre, fils de Chabert de la Tour, d'Aymon de Chatillon, chevalier. Lesquels bleds Willelme (major) de Drona doit annuellement sur la dixme du dit lieu.

889

Pierre, évêque de Sion, donne au chevalier Guillaume, sénéchal, un verger situé près des remparts de la ville.

Sion, 1280, 25 novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 590, ex archivo dni du Fey de la Vallaz.

Nos Petrus Dei gratia Sedun. episcopus notum facimus uni-

ris presentes litteras inspecturis quod dedimus in augmen-
m sui feudi dno Willelmo militi, senescallo nostro, virida-
um quod fuit Jacobi Magistri civis Sedun., situm juxta me-
a civitatis Sedun. ex una parte et juxta viridarium heredum
ondam Petri mistralis civis Sedun. ex altera. Quam dona-
nem dicto militi et heredibus suis pro nobis et nostris
cessoribus promittimus in perpetuum garentire. In cujus
i testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appo-
ndum. Datum Seduni, in festo beate Catharine, anno Dni
CC.LXXX.

890

Compromis entre l'évêque de Sion et le comte de Savoie.

Sion, 1280.

Registrum magistri Martini de Seduno notarii.

Anno dominice incarnationis M°.CC°. octogesimo, indycione
II°, in ciuitate Sedun., in aula dni episcopi Seduni, reg-
nte in Allemania ill. rege Ro., in presentia mei notarii et
tium infrascriptorum, cum discordia verteretur inter ill.
rum dnum Ph. comitem Sabaudie, ex vna parte, et reue-
ndum patrem dnum P. episcopum Sedun., ex altera, super
a discordia compromiserunt se ad inuicem et communiter
viros discretos Julianum Musardi can. et officialem Sedun.
in Anselmum de Saxono militem ; idem dnus episcopus
xit, presentauit, obtulit et promisit dictam siue arbitrium
em et tale qualem et quale vellent proferre alte et basse se
nere secundum quod proferrent inuiolabiliter obseruare et
luit cauere et obtulit per fidedignas cautiones attendere et
ruare firmiter quicquid per ipsos arbitros iure uel concordia
ctum, arbitratum fuerit uel prolatum. Ad hec fuerunt testes

vocati et rogati : Ro. sacrista, Nor. cantor, Nycho. de Baignes, P. de Leucha can. Sedun., dnus P. de Aniuesio, dnus Ja. de Montepresbiteri, dnus P. curatus S. Mauricii, sacerdotes, dnus Willermus de Aluiso, Willermus senescalcus Sedun., dnus Walterus de Chamoson, dnus P. vicednus et dnus Rayn. de Martigniaco, milites, Jaco. de Aniuesio vicednus, Ro. de Gresie, Ro. de Rupe, Willermus de Solerio, domicelli, fr. Willermus ordinis Minorum, magister Michael et ego magister Martinus, etc.

891

Ulric de Sierre, donzel, vend un cens à Pierre de Louèche, chanoine de Sion.

Louèche, 1281, 10 janvier.

Archives de Valère, Registr. cancel. Sedun.

* Uldricus de Sirro domicellus, laudatione Lorete vxoris sue, vendit pro XXIII lb. Maur. dno Petro de Leuca canonico Sedun. quinque modios et I fischilinum siliginis censuales ad mensuram de Leuca et II den. seruicii et XVI den. placiti. Testis dnus W. curatus de Leucha. Datum Leuce, anno Dni M.CC.LXXXI, IV idus januarii.

892

Les enfants de Christin Lestrépian vendent la moitié d'une boucherie à Anselme et à Rodolphe de Mar.

Sion, 1281, 17 février.

Archives de Valère.

* Liberi quondam Cristini Lestrepian ciuis Sedun., de con-

sensu Aymonis clauigeri dni Marci decani Sedun., quittant pro XL sol. Anselmo et Rodulpho filiis quondam Petri de Mar medietatem cuiusdam macelli infra Sedunum, alia medietate dictis liberis remanente. Testes: dni Petrus de Morestel et Anselmus de Sassons, milites. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXXXI, XII kl. marcii, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

893

Sentence arbitrale entre l'abbaye et la commune de Saint-Maurice au sujet de l'usage des pâturages et des bois.

Saint-Maurice, 1280 (1281), février.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Notum sit uniuersis presentes litteras inspecturis quod cum discordia dudum mota fuisset inter religiosos uiros dnum P. abbatem et conuentum Sancti Mauricii Agaun., ex una parte, et consules et commune ville Sancti Mauricii, ex altera, super iure pascuorum, boscorum et usamentorum territorii de Sancto Mauricio et de Laueto ex utraque parte Rodani, prout protenditur a veteri torrenti de Matre et ab aqua descendente de Morcles inferius quantum durat parrochia Sancti Mauricii. Dicebant enim dicti religiosi quod dominium dictorum pascuorum, boscorum et usamentorum suum erat et quod ipsi a tempore a quo non extat memoria de contrario, tam per se quam per habentes causam ab eis, in possessione uel quasi pacifica fuerant percipiendi riuagia Rodani, capiendi falcones in montibus et alte et basse percipiendi honores uenacionum que fiebant in dicto territorio, et percipiendi nonas et decimas essertorum ac ascensandi ipsa esserta, pro suo libito, que fiebant in dicto territorio, sine per habitatores dicte ville,

sine per quoscunque alios ipsa esserta fierent, et quod nullus in dicto territorio sine eorum licencia poterat essertare nec usamenta in banno ponere, vnde quicunque contrarium facere nitebantur, hoc in ipsorum religiosorum et sue ecclesie preiudicium attemptabant. E contra vero dicti consules et commune dicebant quod dominium dictorum pascuorum, boscorum et usamentorum spectabat ad eos et quod ipsi a tempore a quo non extat memoria in possessione uel quasi fuerant pasqueandi et boscheandi ac faciendi esserta in dictis pascuis, nemoribus et usamentis pro sue libito uoluntatis, nec inde tenebantur aliquid reddere religiosis predictis, nisi solummodo nonas et decimas essertorum. Tandem de uoluntate partium super premissis auctoritate dni Johannis de Alauardo olim judicis Chablasii extitit inquisitum de plano per discretos uiros dnum Willelmum de Chillione curatum Villenoue et per Johannem de Berna tunc castellanum Monteoli et ville Sancti Mauricii, et inquisitione facta super hoc sub sigillo curie dni comitis Sabaudie publicata, cum dicti religiosi erga discretum uirum dnum Guillelmum Juuini judicem dicti dni comitis in Chablasio instanter peterent ut ipse iudex iuxta illam inquisitionem super premissis ferret sentenciam, idem judex partes monuit ut eis placeret quod dicta discordia ordinatione et arbitrio amicorum communium sopiretur. Cui monitioni dicti religiosi, Johannes Psalteri, Mauricius Bochi, Willelmus Vacherini et Jaquetus Wete, consules et sindici dicti communis, uice et nomine sui et dicti communis, parere volentes compromiserunt tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores in fratrem Petrum de Columberio sacristam et fratrem Petrum de Nouilla, canonicos dicte ecclesie, pro parte dictorum religiosorum electos, et in Mauricium Bochi et Willelmum Grassi, burgenses Sancti Mauricii, pro parte dictorum consulum et sindicorum ac communis electos, et in magistrum Hugonem Wichardi et magistrum

Petrum Jolleni electos pro uno medio a partibus communiter. Quibus fratri Petro de Columberio et fratri Petro de Nouilla, electis pro parte religiosorum dictorum, ac Willelmo Grassi et Mauricio Bochi, electis pro parte dictorum sindicorum et communis, et magistro Hugoni et magistro Petro, electis a partibus pro uno medio, dicte partes concesserunt auctoritatem et potestatem plenariam ac speciale mandatum cognoscendi, diffiniendi et ordinandi super dicta discordia summarie de plano et sine judiciali strepitu, prout voluerint et uiderint expedire, et procedendi in eodem negocio diebus feriatis et non feriatis et iuxta formam inquisitionis predicte et alterius inquisitionis cuiuslibet, si quam dicti arbitri insimul uel duo eorum cum medio uel ipsum medium, si qui de predictis electis a partibus non possent interesse uel nollent, super dicta discordia ac super hiis de quibus hinc inde agitur duxerint faciendam, et promiserunt partes predicte sub pena viginti lb. a parte parti per juramentum inuicem stipulata attendere et complere ac fideliter obseruare quicquid super dicta discordia per dictos sex arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores cognitum, diffinitum, arbitratum fuerit aut dicto, laudo uel compositione amicabili ordinatum, uel si non omnes concordarent per quatuor ipsorum uel per predictos magistrum Hugonem et magistrum Petrum electos pro uno medio, si alii arbitri minime concordarent sibi inuicem nec predictis electis pro uno medio. Est autem conuentum inter partes quod pars arbitrio huiusmodi seu ordinationi parere contempnens tenebitur persoluere penam predictam parti parenti et semper arbitrium huiusmodi seu ordinatio nichilominus in suo robore permanebit. Si quidem nos supradicti sex arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores electi pro partibus et pro uno medio, sicut superius est expressum, in nos compromissum predictum suscepimus super predicta discordia, ac super intentionibus partium

de uoluntate ipsarum partium de plano sine libelli donatione et absque figura judicii ueritatem inquisiuimus diligenter et inuenimus quod dicti religiosi a tempore a quo non extat memoria de contrario, in pacifica possessione fuerunt percipiendi nonas et decimas essertorum que fiebant in dictis pascuis et ascensandi dicta pascua, prout uolebant et sibi expedire uidebant. Inuenimus similiter quod burgenses de Sancto Mauricio a tempore a quo non extat memoria de contrario, in pacifica possessione fuerunt usamentandi, pasqueandi, boscheandi ac essertandi in dictis pascuis pro suo libito, nec inde dabant religiosis predictis nisi nonas et decimas. Vnde de consensu partium compositionem amicabilem siue ordinationem siue arbitrium proferendo diffinimus et dicimus quod dominium dictorum pascuorum in ueritate pertinet ad ecclesiam et religiosos predictos, et quod dicti burgenses in ipsis pascuis possint usamentare, pasqueare et boscheare ac essertare in ipsis pascuis reddendo dictis religiosis nonas et decimas essertorum. Verum quia, sicut in ueritate didicimus, aliqui de dictis burgensibus faciebant esserta sine licentia religiosorum dictorum et ipsa omni tempore clausa tenebant et precipue pascua territorii de Laueto et territorii de Ylles que sunt magis necessaria pascuationibus, occupabant ac nitebantur tenere omni tempore occupata, et propter hoc inter dictos burgenses occupatores et dictos religiosos et suos homines de Laueto et alios burgenses de Sancto Mauricio qui nichil occupauerant inuicem cotidie grauis dissentionis suscitabatur materia, nos deliberatione habita diligenti et communi ecclesie et ville Sancti Mauricii utilitate perspecta, de consensu partium, concorditer ordinauimus quod per plana de Laueto, prout protenduntur a uinea Psalteri sita in pede de Curset a parte inferiori usque ad campum Barnodi a parte superiori, et clauduntur per uiam que ducit ad molendinum de la Choudana et per ripam currentis Rodani, ex una parte, et per pe-

dem uinearum et montis de Laueto, ex altera parte, terre que non sunt debdate debrollientur ad pasqueandum, et similiter per plana de Ylles, prout a dicto campo Barnoudi protenduntur superius per pedem ruinarum de Morcles, ex una parte, per ripam antiqui cursus Rodani, ex altera, terre que non sunt debdate debrollientur ad pasqueandum per dictos religiosos et per habentes causam ab eis, et per ista plana nullus de cetero possit terram colere alio modo quam in figura prati, nisi in oschia sacriste sita iuxta dictum molendinum, nec etiam poterunt dicti religiosi nec habentes causam ab eis de cetero albergare aliquid de dictis planis, nisi in modo et forma quod ille qui albergabitur tenebit illud de quo albergabitur in figura prati et tenebit apertum in omni tempore preterquam a festo beati Johannis Baptiste usque ad Natiuitatem beate Marie virginis, quo tempore illud poterit clausum tenere et non capiet ibi per se nec per alium animalia de Sancto Mauricio et de Laueto, nisi si quis maliciose infra duo dicta festa clausuras frangeret et animalia immitteret, tunc enim liceret animalia capere et detinere pro dampno illato, sed non uerberare nec dampnificare, et ille qui albergabitur hec omnia iurabit sacriste Sancti Mauricii presentibus consulibus dicte ville. Item ordinamus concorditer quod infra dicta plana nullus possit domum siue grangiam construere, nisi de licencia sacriste Sancti Mauricii uel habentium causam a religiosis predictis. Et si quis contra predicta uel aliquid de predictis fecerit, religiosi predicti et habentes causam ab eis possint et debeant destruere clausuras et omnia alia que ibi habebit ille qui contra fecerit, et requisita communitas ville Sancti Mauricii ad hoc faciendum teneatur eis prestare subsidium. Et si dicti religiosi uel habentes causam ab eis infra octo dies post requisitionem dicte communitatis hoc non facerent, dicta communitas auctoritate propria possit hoc facere. Item ordinamus quod superficies trium insularum de Sancto Mauricio et Ver-

neri de Bibicorio que longo tempore fuerint in banno uendantur et pecunia que inde habebitur conuertatur per probos homines in communem utilitatem ecclesie et ville Sancti Mauricii, et postquam dicte superficies fuerint leuate, dicte insule nullo deinceps tempore ponantur in banno, sed usamentis et pacuationibus sint aperte et nullo tempore debeant essertari. In aliis autem locis omnibus, scilicet preterquam in locis albergatis uel ascensatis ac in planis et insulis supradictis, poterunt pro suo libito essertare et meliorationes facere modis quibuscunque sibi uiderint expedire homines de Laueto, de Sancto Mauricio et de Espinasseto, reddendo nonas et decimas religiosis predictis uel habentibus causam ab eis uel censum siue seruicium concordatum. Sed si dicti homines hoc facerent sine licencia dictorum religiosorum uel habentium causam ab eis, ipsi religiosi et habentes causam huiusmodi esserta colere uel alii dare poterunt tercio anno postquam cultura tracta fuerit de ipsis essertis secundum bonos usus agricolarum. Et si contingeret quod communitas Sancti Mauricii pateretur dictas insulas essertari, dicti religiosi uel habentes causam ab eis haberent dominium et nonas et decimas in illis essertis sicut in aliis. Item ordinamus quod omnes ascensationes quas fecerunt dicti religiosi de dictis pascuis ubicumque et facient in futurum, in suo robore permaneant et valeant colendo in figura prati ea que ascensauerunt per plana predicta et per omnia loca alia colendo et faciendo modis quibuscumque ascensatores sibi uiderint expedire. Inter uiam autem que ducit a dicta uinea Psalteri uersus dictum molendinum et ripam Rodani illi qui fecerunt esserta, ea colere poterunt prout volent siue in figura prati siue in figura terre arabilis uel alio quoquomodo sibi placuerit. Item ordinamus quod Mauricius Bochi, Johannes Psalteri et Valterus Giffosus ac alii qui in dictis planis aliquid occupauerunt de dictis pascuis, illud quod occupauerunt habeant et teneant in forma predicta, reddendo

et de censu annuo Mauricius Bochi unum den., Johan-
alteri quatuor den. et Giffosus unum den., alii autem
i occupauerunt sine licencia et laborauerunt circa me-
onem eius quod occupauerunt, illud poterunt retinere
ierint in forma predicta et reddendo nonas et de censu
, prout nos magister Hugo et magister Petrus infra pro-
a Pascha duxerimus ordinandum, uel ipsi cum sacrista
Mauricii concordabunt. Supradicta uniuersa et singula
edicti arbitri, arbitratores siue amicabiles compositores
mus, arbitramur, dicimus et laudamus et per composi-
a amicabilem de consensu partium ordinamus, volentes
cipientes dictis partibus sub pena in compromisso pre-
nterposita ut ea inuiolabiliter attendant, compleant et
ient perpetuo. Nos autem abbas et conuentus predicti,
t nomine nostri et ecclesie nostre, ex una parte, et nos
cius Bochi, Johannes Psalteri, Willelmus Vacherini et
us filius Wete, consules et sindici uniuersitatis ville
Mauricii, uice et nomine nostri et dicte uniuersitatis,
ra parte, supradicta uniuersa et singula laudamus, ap-
mus et ratificamus, promittentes sub pena predicta nobis
m stipulata perpetuis temporibus obseruare uniuersa et
a supradicta. In cuius rei testimonium ad preces et re-
ionem dictorum sex arbitrorum seu amicabilium com-
rum sigilla venerabilis patris dni P. abbatis Sancti Mau-
gaun. et dni P. curati Sancti Sigismundi de Sancto Mau-
ma cum sigillis nostris magistri Hugonis, magistri Petri
i et Jacobi Psalteri apposita sunt presenti littere. Nos
P. sacrista et P. de Nouilla, Mauricius Bochi et Willel-
rassi, quia sigilla propria non habemus, predictis sigillis
iti sumus. Datum et actum apud Sanctum Mauricium,
februarii, anno Dni millesimo CC° octuagesimo.

nent du sceau de l'abbé de Saint-Maurice.

894

Ysabelle, épouse de Guillaume de Martigny, affranchit plusieurs hommes.

Martigny, 1280 (1281), 1er mars.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 53, ex arch. Agaun.

* Ysabella uxor dni Willermi filii dni Petri vicedni de Martigniaco, de voluntate dicti Willermi, affranchiat Hugonem de Fay magno, Christinum ejus nepotem, Petrum filium Giroldi Ruffi et Johannem filium Monjo ejusdem loci pro XXVIII sol. Maur. annuatim persoluendis. Testes : Petrus vicednus predictus, etc. et Willermus prior Martigniaci qui cartam levavit de mandato cantoris Agaun. Datum apud Martigniacum, anno Dni M.CC.LXXX, die sabbati ante vetus carnisprivium.

895

Le chapitre de Sion accorde à l'évêque, pour six ans, la perception des premiers fruits des bénéfices vacants pour l'aider à reconstruire le château de Martigny.

Valère, 1281, 7 mars.

Archives de Valère, B. 25.

Nos capitulum Sedun. vniuersis presentes litteras inspecturis rei geste noticiam cum salute. Noueritis quod cum rev. pater P. Dei gracia Sedun. episcopus sumptuosum opus inceperit in castro Martigniaci, honorabili membro et deffensabili ecclesie Sedun., pro cuius edificacione se obligauit ad solucionem duarum millium, et quadringentarum lb. Mauric. dilecto fideli suo Rod(ulpho) mistrali curie episcopalis Sedun. et castellano predicti castri, nos considerantes quod facultates

ipsius dni episcopi minime sufficerent ad solucionem et constructionem operis supradicti et quod esset sibi honus importabile et uix posset dictum opus ad consummacionem debitam perduci nisi releuaretur a tanto honere expensarum, conuocato capitulo et congregato in ecclesia Valerie per pulsacionem campane, prout moris est, anno Dni M°CC°LXXX° primo, nonas marcii, statuimus et ordinauimus concorditer vna cum predicto dno episcopo et eidem concessimus primos fructus ecclesiarum vacantium in dyocesi Sedun., exceptis ecclesiis et beneficiis in ciuitate et ecclesia Valerie existentibus, ab ipso dno episcopo percepturis usque ad sex annos a die confectionis presentium computandos, ad cuiuscunque collacionem seu presentacionem pertineant ecclesie supradicte, reseruata congrua sustentacione rectoribus et seruitoribus earumdem et saluo iure presentandi, censibus et pensionibus patroni seu patronorum in ecclesiis supradictis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum in ecclesia de Valeria, anno et die quibus supra.

Sceau pendant.

896

Guillaume et Aymon de Blonay vendent un cens de 8 fichelins de seigle à Jean Accenod.

Sion, 1281, 30 mai.

Archives de la ville de Sion.

* Notum sit quod nos Willelmus et Aymo fratres, filii quondam dni Aymonis de Blonay millitis, eiecti ab omni anoeria, laudatione Anthonie uxoris mei Willelmi, Cassons filius meus impuber erat, vendidimus pro quatuordecim lb. Maur. nobis solutis et pro VIII den. seruicii et XII den. placiti Johanni

Accenodi ciui Sedun. octo fischilinos siliginis censuales et IIII den. seruicii, quod bladum cum seruicio Martinus dAlba ciuis Sedun. nobis debebat pro feudo vnius campi qui uocatur Comba, siti en Fontanales, item octo fisch. siliginis censuales et duodecim den. seruicii et tres sol. placiti, quod nobis debebat Agneta filia quondam Johannis Mugnerii super molendino dicto dou Sais, iuxta Saxum ex vna parte et iuxta aquam que dicitur Mugneri ex altera. Valterus Magistri cartam leuauit, uice Normandi cantoris. Actum Seduni, III kl. junii, anno Dni M°.CC°LXXX° primo, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

897

Jean d'Arbignon, donzel, vend deux hommes taillables à Pierre de Collombey, chevalier.

Collombey, 1281, 1er juin.

An. Jos de Rivaz, Opera hist. XII, 73, ex arch. Agaun.

* Johannes dArbignon domicellus vendit dno P(etro) de Columberio militi duos homines ligios et talliabiles, Brunum de Criez et Brunum de Cresta, cum albergamentis, etc. Testes: Henricus de Columberio miles, Martinus de Langiis castellanus Montheoli, etc. Datum apud Columberium, anno Dni M.CC.LXXXI, in festo Pentecostes.

898

Guillaume de Collombey reconnaît avoir reçu 110 L. pour la dot de sa femme, Antoinette, fille de Jacques, métral de Sion.

Saint-Maurice, 1281, 13 octobre.

Archives de l'abbaye de Saint-Maurice.

* Nos Guillelmus Juuini judex in Chablasio, Valesio, Waudo et Gebennesio pro ill. dno Philippo comite Sabaudie, notum

scimus quod in nostra presencia Willermus de Columberio omicellus confessus est se recepisse ex causa dotis Anthonie xoris sue, filie quondam Jacobi mistralis de Seduno centum t decem lb. bon. Maur., quas assignat super homines quos abet apud Martinue in parrochia de Yllies, item super homies suos de Mascherel, item super domum suam de [1].... (in)xta omum dni Henrici de Columberio militis, ex vna parte, et omum Johannis de Columberio domicelli, ex altera, etc. Sub igillo curie dicti dni comitis. Datum apud Sanctum Mauricium gaun., die lune ante festum beati Luce, anno Dni M°.CC°. ctuagesimo primo.

Fragment du sceau.

899

Vente d'un cens faite par le donzel Henri de Collombey à Perronet de Monthey, donzel.

Saint Maurice, 1281, 30 octobre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 61, ex. arch. Agaun.

* Henricus de Columberio domicellus, filius quondam dni iroldi vendit Perroneto de Monthez domicello, fratri dni Jacobi militis, unum modium bladi de redditu annuo super deima de Wurie et tres sol. census pro CIII sol. Maur. Datum gauni, anno Dni M.CC.LXXXI, die jovis ante festum Omnium anctorum.

900

Nicolas, vidomne de Vouvry, affranchit plusieurs hommes.

Vouvry, 1281, 1er novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 88, ex arch. Agaun.

* Nicholaus vicednus de Wurie, de consensu Willermete

[1] Trou au parchemin.

uxoris sue, affranchiat Giraldum filium quondam Hugonis dou Flon de Miez et fratres ejusdem Johannem, Uldricum et Willermum pro centum sol. Maur. Testes : Johannes curatus de Wurie, etc. Actum apud Wuriacum, anno Dni M.CC.LXXXI, in festo Sanctorum Omnium.

901

Jacques de Monthey, chevalier, donne un champ en fief à Martin de Champian.

Saint-Maurice, 1281, novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 62, ex arch. Agaun.

* Dnus Jacobus de Monthez miles, de consensu Beatricis uxoris sue et filiorum suorum Petri et Girardi et Lyonete filie sue, dat ad rectum feudum Martino filio Giroldi de Champian campum situm in Campo Raulent, pro XII sol. Maur. intragii. Testes : Perronetus de Montheolo domicellus, frater dicti militis, Michael mistralis de Espeniz, Petrus de Frasciis cantor Agaun., etc. Datum apud Sanctum Mauricium, anno Dni M.CC.LXXXI, mense novembris.

902

Humbert de Bex vend toutes ses possessions dans la châtellenie d'Ayent à Pierre d'Erdes, chanoine de Sion.

Sion, 1281, 10 décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 69, ex archivo Odetino.

* Notum, etc., quod ego Humbertus de Bacio domicellus, filius quondam Willermi de Bacio, laudatione Isabelle uxoris

mee, pueri mei erant impuberes, quam laudationem recepit curatus de Olono presentibus testibus Mauricio curato de Olono, etc., vendidi pro sexaginta lb. Maur. Petro de Herdes canonico Sedun. homines meos quos habebam in parrochia, castellania et districtu de Aent et quicquid juris, dominii, etc. habebam in dictis hominibus et feudis eorum, videlicet septem casalia. Quam venditionem promittimus in perpetuum garentire. Pro qua garentatione facienda ego (Uldri)cus de Bluvigno domicellus, filius quondam dni Uldrici de Bluvigno, posui prefato Petro obsides Bosonem de Chaler fratrem meum et quatuor alios homines. Testes : dnus Jacobus de Mura sacerdos, Willermus de Annivesio civis Sedun., Willermus mistralis de Bluvigno, etc., et Leonardus de Lenz, qui hanc cartam levavit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., etc. Actum Seduni, IIII idus septembris, anno Dni millesimo ducentesimo LXXX^mo primo, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

903

Le chanoine Jacques de Noville, métral du chapitre, vend une vigne et un pré à Hugues de Rarogne, donzel.

Rarogne, 1282, 6 janvier.

Archives de Valère, Registr. cancel. Sedun.

Jacobus de Nouilla canonicus et mistralis capituli Sedun., nomine eiusdem capituli, dimisit perpetualiter pro L sol. censualibus Hugoni de Rarognia domicello vineam et pratum jacentia supra Chumbon. Testes: dnus P. de Rarognia miles, Warnerus de Rarognia domicellus, P. de Stalde et Nicolaus curatus de Rarognia, qui hanc cartam leuauit. Datum Rarogne, anno Dni M.CC.LXXXII, VIII idus januarii.

904

Jocelin fils de Walter Loup donne une dîme en gage au chapitre de Sion.

Valère, 1282, 9 janvier.

Archives de Valère. — M. D. R., XXIV, 380.

* Jocelmus filius quondam Walteri dicti Lupi de Castellione titulo pignoris obligat pro X lb. capitulo Sedun. decimam suam vini et bladi quam habebat in territorio et parrochia de Castellione, pro collectura cuius decime promisit reddere dicto capitulo VI modios siliginis ad mensuram de Vesbia, pro qua solutione obsides dat Cononem de Castellione domicellum, etc. Testis Vldricus de Sirro domicellus. Datum in castro Valerie, anno Dni M°.CC°.LXXXII°, V idus januarii, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

905

Guillaume de Cheseaux remet tout ce qu'il possède en ce lieu à Pierre d'Oron, évêque de Sion, et à Girard et Amédée d'Oron, frères de l'évêque et il le reprend ensuite d'eux en fief.

(Lausanne), 1281 (1282), 28 janvier.

Archives du canton de Vaud, Lausanne, N° 106.

* Nos officialis curie Lausannensis notum facimus quod in nostra presencia constitutus Willermus de Chesauz domicellus confessus est in judicio coram nobis quod ipse considerata euidenti vtilitate sua et suis vrgentibus negociis que commodius agi non poterant, de laude Agnetis vxoris sue et Petri filii sui, resignauit in manu ven. in Christo patris P. Dei gracia

episcopi Sedun., recipientis et stipulantis ad ipsius, dni G. de Orons cantoris ecclesie Lausannensis et dni Amedei de Orons militis fratrum seu aliorum heredum et assignatorum suorum, quicquid habet et possidet in villa, territoriis, confiniis et appendiciis de Chesauz, videlicet in hominibus, terris, pratis, dominiis, juridicionibus, etc. Et hec vniuersa et singula resignata, vt dictum est, idem Willermus recepit in feodum a dicto dno episcopo Sedun., et pro predictis omnibus fecit homagium ligium in manu dicti dni episcopi Sedun. pre cunctis dnis, recipientis ad opus ipsius et dictorum fratrum, heredum et assignatorum suorum ; volens idem Willermus quod hujusmodi homagium transeat ad heredes. Que vniuersa supradicta idem Willermus juramento ad sancta Dei ewangelia prestito confitetur fuisse vsque ad confectionem presencium de puro et mero allodio suo et per allodium de sua pacifica vestitura. Promittit quidem et asserit idem Willermus quod predicta uel aliquid de predictis nulli hactenus homini vendidit, alienauit, seu pignori obligauit, aut ab aliquo seu aliquibus recepit in feodum, et quod de predictis non debentur cuiquam hominum census, vsagia seu alique pensiones, nisi tres cupe frumenti et totidem auene, que debentur censuales hospitali domus pauperum Montis Jouis in Lausanna. Pro cujusmodi resignatione et homagio factis idem Willermus confitetur se recepisse a dictis dno episcopo Sedun. et fratribus suis quadraginta lb. bonor. Lausan., de quibus se tenet pro pagato. Promiserunt siquidem dicti Willermus de Chesauz, Agnes vxor ejus et Petrus filius eorumdem, etc. In quorum omnium testimonium nos officialis curie Lausan. fecimus apponi presentibus sigillum curie Lausan. Datum anno Dni M°.CC°.LXXX°. primo, V kl. februarii.

Sceau endommagé.

906

Jacques et Guillaume de La Tour vendent un pré situé en Champs-secs à Pierre Godart.

Sion, 1282, 4 mars.

Archives de Valère. — M. D. R. XXIV, 380. (Extrait.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod Jacobus et Willermus fratres, filii quondam Aymonis de Turre, laudatione Jaquemete matris eorum et Clemencie sororis eorum et laudatione Aymonis de Gresie majoris Sedun. domicelli et Beatricis vxoris sue, quam laudem recepit dnus Anselmus curatus de Bouns, de mandato dni Normandi cantoris et cancellarii Se, dun., presentibus testibus Henrico de Bouns, Waltero de Chastellon et Jaqueto de Jussye, adcensauerunt, pro viginti solidis Maur. annis singulis persoluendis in festo Assumptionis beate Marie virg. fratribus memoratis et pro vna libra zinziberis ad magnum pondus soluenda Seduni predicto termino Aymoni de Gresye predicto et pro octo lb. Maur. nomine intragii memoratis fratribus iam solutis, Petro dicto Godart et suis heredibus pratum suum situm en Chancset et grangiam infra sitam cum appenditiis vniuersis prati et grangie predictorum. Quod pratum jacet juxta viam publicam qua itur versus Borny, ex vna parte, et iuxta pratum a la Poubala, ex altera, et habetur in feodum ab Aymone de Gresye majore Sedun. predicto.... Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati dnus Willermus de Ventona miles, dnus Anselmus miles, magister Michael de Gebennio, Petrus salterus de Sueng, Vldricus de Gissiney et Johannes Aubrici, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, IIII nonas marcii, anno Dni M°.CC°.LXXX° secundo, Rodulpho regnante, Petro episcopante. Quam cartam

lnus Gregorius et Jacobus Thorenci frater eius contra-ent, dictus Petrus Gudars passauit et euicit per cogni-m curie reuerendi patris dni P. Dei gratia Sedun. epi-. Actum Seduni, IIII nonas julii, anno quo supra.

907

» Collombey, donzel, reconnaît avoir reçu 30 L. de son parent Perronet lonthey, donzel.

Saint-Maurice, 1282, 21 mai.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 62, ex arch. Agaun.

hannes de Columberio domicellus filius quondam dni i de Columberio recognoscit quod Perronetus de Mon-lomicellus, cognatus suus, frater dni Jacobi militis, sibi XXX lb. Maur. Testes : Jacobus de Monthez miles, P. lumberio canonicus et sacrista (Agaun.) frater suus, Gi-s de Alingio, etc. Datum in claustro abbatie Sancti Mau-anno Dni M.CC.LXXXII, XII kl. junii.

908

Arbignon, donzel, vend son droit de suzeraineté sur le fief de la dîme ivey à Perret Quartéry.

Saint-Maurice, 1282, 22 mai.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 73, ex arch. Agaun.

hannes de Arbignion domicellus vendit Perreto Quarterii etri Quarterii de Sancto Mauricio in puro et libero allo-o XV lb. Maur., dominium et jus quod habebat in feudo e de Laveto a loco dicto Vens ad Avansonet de Morcles,

quod feudum dictus Perretus tenebat a dicto Johanne. Testes: Walterus de Chamoesuns miles, Cono castellanus Sallionis et Contesii, Cono filius ejus, etc. Datum apud Sanctum Mauricium, anno Dni M.CC.LXXXII, die veneris ante festum b. Urbani pape.

909

Prébende due à Girold Chaffard dans le château de Monthey.

1282, 28 septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 386, ex arch. Agaun.

* Giroldus Chaffardi de Montheolo et Willermus filius ejus permutant Guillelmo de Septimo militi, baillivo in Chablasio et Gebennesio pro comite Sabaudie, prebendam quam habebant de victu et vestitu in castro de Montheolo pro VI lb. pro retentis ex pro LXV sol. censualibus. Datum anno Dni M.CC.LXXXII, IX kl. octobris.

Les 65 sols de cens ont été rachetés pour 26 L. en 1292.

910

Vente faite par Guillaume Leycia à Pierre Fontana, chevalier.

Ayent, 1282, 6 octobre.

Archives de Valère.

* Notum, etc., quod ego Willermus filius Petri Leycia de Platea de Ayent, laudatione Agnetis vxoris mee et Willermi filii mei, alii pueri mei erant impuberes, vendidi pro LXII sol. Maur. dno Petro dicto Fontana militi IIII^{or} feschelinos

siliginis annuatim, quos vendidit michi Willermus filius quondam Petri mistralis de Bluuigno et assignauit eos michi recipiendos super frusto prati sito in comba prati Sancti Johannis, inter pratum Petri Bossy et pratum Willenci mistralis de Bluuigno, et super vno frusto vinee apud la Verchiery. Insuper assignaui sibi dictum censum super vno frusto prati apud lo Soler et super dimidio iugere terre subtus capellam Darniosc et super vineam en Vauz, juxta vineam Vldrici de Bluuigno domicelli. Item vendidi eidem vnam fossoratam vinee apud les Albynes de Vauz, inter vineas filiorum Willermi mistralis de Bluuigno. Testes Chalbertus de Ayent, etc., et Petrus Costantini qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii, etc. Actum in platea de Ayent, II nonas octobris, anno Dni M°CC°LXXX° secundo, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

911

Guillaume Hizo vend à Jocelin, major de Viége, toutes ses propriétés situées sur la montagne de Sisicz et les reçoit ensuite de lui en fief.

Viége, 1282, 30 octobre.

Archives de Valère.

* Willermus Hizo de Sisych vendit pro VII lb. Jocelmo maiori de Uesbia quicquid habebat in monte de Sisicz in domibus, casalibus, pratis, etc. Et hec omnia dictus Jocelmus eidem Willermo remisit in feudum pro II modiis et VI fisch. siliginis seruicii. Testis Johannes domicellus. Datum Uesbie, anno Dni M.CC.LXXXII, III kl. nouembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

912

Boson de Vouvry vend sa part du vidomnat de ce lieu à son frère Nicolas.

Vouvry, 1282, novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 85, ex arch. Agaun.

* Boso de Wuriaco filius quondam Humberti dicti Duchet vendit Nicholao fratri suo, de laude Willermete uxoris sue et Anfélise filie sue, partem suam in vicedominatu de Wuriaco, quem quondam tenebat Uldricus Rufus de Sancto Tryphone, pro XXIII lb., Maur. Testes: Johannes de Bacio canonicus Montis Jouis, etc. W. curatus de Viona cartam levavit vice P. de Fraciis cantoris Agaun. Datum apud Wuriacum, anno Dni M.CC.LXXXII, mense novembris.

913

Nicolas, vidomne de Vouvry, libère les frères Francis de l'hommage lige et taillable qu'ils lui devaient.

(Vers 1282).

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 87, ex arch. Agaun.

* Nicolaus vicedominus de Wurie quittat Thorenco, Nicolao et Willelmo dictis Francis fratribus homagium ligium et talliabile pro XL sol. Maur. Et dicti fratres quittant dicto vicedno totam terram quam ab ipso tenebant, excepto uno prato. Testes: Henricus de Columberio miles, Petrus de Columberio canonicus Agaun., Boso frater dicti vicedni, Mauricius curatus de Sancto Mauricio.

914

Traité d'alliance entre les évêques de Coire et de Sion.

1282, 1er décembre.

Gallia christiana, XII, 744.

(Petrus episcopus Sedun.) fœdus pepigit cum Friderico in Rhætia Curiensi episcopo an. 1282 mense Decembri.

Eichhorn, Episcopatus Curiensis, 98.

Interea comites de Monteforti per plures iam annos Rudolpho cæsari minus favebant, præprimis eidem adversabatur Wilhelmus abbas S. Galli. Fridericus (de Monteforti, episcopus Curiensis), nolens a fratribus suis dissentire, in suas partes etiam Petrum episcopum Sedun. pertraxit, quocum iam anno 1282 mense Decembri armorum societatem sub mutui tutaminis pollicitatione inierat.

On n'a pas encore retrouvé le texte de ce traité. Deux historiens grisons disent qu'il a été conclu le 1er décembre 1282. Cf. *Th. von Mohr*, Codex diplomaticus, II, 16.

915

Nicolas, archidiacre de Tarentaise, au nom de Guillaume de l'ordre des Frères-Prêcheurs, relève les chanoines de Sion de l'excommunication que ce dernier avait fait prononcer contre eux.

Chillon, 1282, 30 décembre.

Archives de Valère.

Nos Nicholaus archidiaconus Tharent. vniuersis presentes litteras inspecturis rei geste noticiam cum salute. Cum discretus vir Willermus curatus Villenoue, auctoritate reuerendi patris fratris Guillermi de Tho.... ordinis fratrum Predicatorum, sedis apostolice nuncii, occasione seu pretextu quarum-

dam expensarum eiusdem reuerendi patris fratris Guillermi, in capitulum Sedun. dicatur excommunicacionis sentenciam promulgasse, nos predictus Nicholaus venerabiles viros duos Girardum de Orons decanum Valerie, Rodulphum sacristam, Normandum cantorem, Nicholaum de Bagnies, Gontherium de Gingnoch, Petrum de Leucha, Franciscum de Curia maiori, Petrum de Palacio, Gregorium, Willermum de Ayent, Radulphum de Grona, Petrum de Herdes, Jacobum de Villanoua, Musardum officialem Sedun., Jacobum de Nouilla, Petrum de Thora, Johannem de Chamosom, Jacobum dictum de Augusta, Humbertum de Vileta, Anthonium Hubodi et Petrum de Montejoueto, canonicos Sedun., si in dictam excommunicacionis sentenciam latam, si lata reperiatur a predicto ven. patre fratre Guillermo occasione dictarum expensarum, modo aliquo inciderunt, potestate et auctoritate nobis in hac parte a dicto ven. patre fratre Guillermo commissa absoluimus ad cautelam et dictam excommunicacionis sentenciam seu sentencias, si late reperiantur, totaliter relaxamus. Cum eisdem etiam si occasione predicte sententie seu sentenciarum immiscendo se diuinis officiis irregularitatem aliquam incurrerunt, eadem auctoritate quantum possumus misericorditer dispensamus. In quorum omnium robur et testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Chillyom, III kl. januarii, anno Dni M°CC°LXXX° secundo, sumpto millesimo in Paschate.

916

Jacques de Noville, chanoine de Sion, vend un clos à Pierre de Rarogne, chevalier.

Rarogne (1282).

Archives de Valère, Registrum cancel. Sedun.

* Notum, etc., quod ego Jacobus de Nouilla canonicus Sedun., mistralis capituli Sedun. et nomine eiusdem capituli,

dimisi perpetualiter pro L sol. censualibus dicto capitulo persoluendis dno Petro de Rarognia militi[1] clausum qui dicitur Pascua, qui iacet iuxta Combon inter Rodanum et viam qua itur apud Combon. Idem vero miles assignauit ipsi capitulo in garentationem pro predictis L. sol. dictum clausum et vnum hominem ligium, videlicet Cristinum de Comba de Nas. Testes: Hugo frater eiusdem militis, Warnerus de Rarognia, Cono de Castellione, domicelli, et Ni. curatus de Rarognia, qui hanc cartam leuauit Rarognie.

Cette charte est sans date; mais dans le registre elle se trouve entre deux autres chartes de l'année 1282.

917

Raymond de Conthey reconnaît devoir cent sols à Guillaume d'Aoste.

(V. 1282.)

Archives de Valère.

Raymundus filius quondam Berchtoldi de Contez domicelli confitetur se debere Willermo de Augusta clerico, rectori hospitalis Sedun., C sol. Maur. cum ratione vnius equi olim empti ab eodem, tum ratione vnius modii siliginis census quem dicto rectori vendidit super clausum vinee quem tenet a capitulo Sedun. et a Petro vicedno de Contez.

918

Philippe, comte de Savoie, affranchit d'une redevance de foin les hommes de Collombey, de Muraz, de Troistorrents et de Choex.

Monthey, 1282 (1283), 3 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 77, ex arch. Agaun.

[1] Philippus comes Sabaudie homines de Columberio, de

[1] Une main plus récente a écrit en marge: « Dni Guillelmi de Rarognia nomine hered. »

Mura, de Trestorrentibus et de Choex in mandamento Montheoli affranchiat pro XV lb. Maur. a solutione fasciculi feni in qua sibi tenebantur in majori parte foci existentes in dictis parrochiis. Datum apud Montheolum, anno Dni M.CC.LXXXII, die mercurii post festum Purificationis B. Marie.

919

Décision du chapitre de Sion au sujet d'une vigne plantée par le doyen Marc.

Valère, 1283, 5 février.

Archives de Valère, Registrum cancell. Sedun.

Notum, etc, quod capitulo Sedun., anno Dni M°CC°LXXX°III°, nonis februarii, in ecclesia de Valeria conuocato, vacante decanatu superiori, scilicet Theutonicorum, per mortem ven. viri Marci decani, constituit per prefatum capitulum quod ordinacio facta per predictum quondam Marcum et capitulum de plantata de Syniosi facta et plantata per ipsum decanum in dicto loco iuxta campos qui fuerunt dni Nantelmi de Aent militis, prout clausura murorum circumpositorum dictam plantatam designat, rata sit et firma, videlicet quod dicta plantata sit capituli pro cottidianis distribucionibus faciendis, soluente decano qui pro tempore fuerit II modios siliginis cens. dicto capitulo pro dicta plantata. Huic autem ordinacioni auctoritatem prestitit ven. pater P. Sedun. episcopus tanquam ordinarius et ipsam laudauit. Hiis autem peractis, subsecuta postea electione canonica in dicto decanatu de persona ven. viri magistri P. de Thora, idem P. factus decanus et inuestitus de dicto decanatu et stans in loco ueri decani predicta omnia laudauit. Testes: Ro. sacrista, Nicolaus de Baignes, P. de Leuca, Franciscus de Curia maiore, Ja. de No-

P. de Palacio, Gregorius, Ro. de Grona, canonici Sedun., ...rmandus cantor, qui hanc cartam leuauit in capitulo, Dni M°.CC°.LXXXIII°, nonis februarii supradictis.

920

Jean d'Ayent vend une vigne à Pierre Fontana, chevalier.

Ayent, 1283, 15 mars.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXX.

...um, etc., quod ego Johannes filius quondam dni Nan- de Ayent militis, laudatione Margarete vxoris mee, ven- ...ro vndecim libris Maur. dno Petro dicto Fontana militi ...m meam de Lormey et II sol. et sex den. seruicii quos debebant li Cochet de Sessona pro feudo quod a me te- ...t... Testes Chalbertus frater meus, Johannes filius eius, ...rmus Leytia et Leonardus de Lens, qui, etc. Actum in ... de Ayent, idus marcii, anno Dni M°CC°LXXXIII.

921

Legs de Jacques Coci.

1283, 1er avril.

Archives de Valère.

continentur donationes et concessiones quas fecit Jaco- ...oci ciuis Sedun. in vltima sua voluntate, die jouis ante ...icam de Passione, anno Dni M°CC°LXXX° tercio, jacens ...rmitate de qua obiit.

...primis dedit confratrie Sedun. vnum fich. silig. redditus ...tim et duos sol. Maur. annuatim.

Item dedit ecclesie beate Marie XII den.

Item dedit perpetue confratrie B. Anthonii tres den. annuatim.

Item precepit emendari B. Anthonio uel nunciis suis vnum porcum in pecunia uel in consimili porco quem occidit, qui erat valoris unius porci qui uulgariter appellatur luecheros.

922

Vente faite par Anselme de Reckyngen.

Münster, 1283, 18 avril.

Collection du recteur Jean Ant. de Riedmatten.

* Notum sit quod ego Anselmus de Reckyngen, filius quondam Georgii Stauelekers, laudatione Ithe vxoris mee, vendidi pro II sol. solutis et obolo seruicii et den. placiti Willelmo in Campo de Monasterio porcionem meam in alpibus de Merzenbach et Hobach, que omnia ego et heredes mei tenemur in perpetuum garentire et curie deseruire. Actum Monasterii, 1283, 14 kl. maii, Rodolpho regnante, Petro episcopante.

923

Marguerite, veuve de Perrod Atiria vend un cens à Martin de la Cour.

Sion, 1283, 26 juin.

Archives de Valère.

* Ego Margareta relicta Perrodi dicti Atiria, laudatione Willermi filii mei, uendidi pro clamoribus et debitis quondam mariti mei predicti solvendis magistro Martino de Curia Sedun. vnum fischilinum siliginis et vnum denarium seruicii censua-

les quos michi debebat pro uinea sita in ciuitate Sedun. inter viam qua itur apud Valeriam et Sanctum Genesium et inter saxum Valerie, pro XVIII sol. Maur. Quam uineam cum Petrus Atiriez uendidisset Aymoni Quinczon, idem Petrus et nos cuius heredes sumus, tenemur garentiam de vinea supradicta. Testes : Bertholdus dOulon domicellus, etc., et ego Walterus Magistri, qui hanc cartam scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni, VI kl. julii, anno Dni M°.CC°LXXX° tercio, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

924

Collocation faite par l'official de la cour de Sion en faveur du chapitre sur les biens d'Aymon.

Sion, 1283, 16 juillet.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos officialis curie Sedun., laudatione Agnetis filie quondam Cristini Lesterpyan, uxoris Petri Amici, quod cum dictus Petrus et Agnes posuerint bona Aymonis quondam mariti dicte Agnetis in manu curie Sedun. pro clamoribus et debitis eiusdem Aymonis emendandis, legatis soluendis, nos cognito et probato per confessionem predicte Agnetis quod dictus Aymo tanquam debitor tenebatur in VIII° lb. Maur. capitulo Sedun. ex parte dni Marci decani Sedun., et in sua ultima uoluntate legauerit eidem capitulo Sedun. tres fischilinos siliginis censuales annuatim percipiendos super quinque fisch. silig. quos idem Aymo acquisiuit a Willermo de la Cleua clerico, quos quinque fisch. debebat eidem Aymoni Johannes de la Verna ob causam emptionis predicte, de consensu et voluntate dictorum Agnetis et Petri et ex officio nostro et auctoritate curie dedimus in solutionem VII librarum de predictis VIII lb. VI sol. censuales quos acqui-

sierat dictus Aymo a dicto Willermo de Cliuo super domo sua sita in ciuitate Sedun. et III fisch. silig. ad mensuram de Syrro quos vendiderat eidem Aymoni Petrus filius quondam Vldrici nob. de Ventona et duos fisch. de quinque fisch. supradictis. Reliquos tres fisch. de predictis ratione legati facti ab eodem Aymone eidem capitulo duximus assignandos. Predicta uero acquisita uidimus in cartis quibusdam plenius contineri; quas cartas acquisitorum predicta Agnes et Petrus maritus suus capitulo predicto de mandato curie tradiderunt. Inde roganimus cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: dnus Petrus curatus Sedun., Petrus de Fuillie, sacerdotes, Jacobus Ruffus de Curia, magister Willermus de Liesc et ego Walterus Magistri qui juratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum Seduni, XVII kl. augusti, anno dni M°.CC°.LXXX°III°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

925

Les frères Boson et François de Nerniez vendent une partie de leurs revenus pendant cinq ans pour payer leurs dettes.

Saint-Maurice, 1283, 30 décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 912, ex arch. Agaun.

* Boso et Franciscus fratres dni de Nernie, pro solvendis que debebant Petro de Sancto Germano civi Geben. et aliis, vendunt Jacobo de Novilla canonico Sedun. et Johanni de Novilla fratribus, ad quinquennium, pro CCCC lb. Geben. omnes proventus rerum suarum in valle de Yllies et de Tribus Torrentibus, gageriam quam tenent a dno de Vilar et acquisitiones factas a liberis Girodi de Lugrins, reservatis tamen sibi annuatim LIV lb., etc. Datum Agauni, anno Dni M.CC.LXXXIII, III kl. januarii.

926

Accord entre Pierre et Rolet Quartéry.

Saint-Maurice et Monthey, 1283 (1284), février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 454, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. LXXIX.

' Nouerint universi quod cum discordia verteretur inter Petrum Carterii burgensem de Sancto Mauricio, ex una parte, et Roletum Carterii filium quondam Willelmi Carterii ejusdem loci, ex altera, super quadam fidei jussione quam idem Petrus fecerat ex parte Margarete matris dicti Roleti et liberorum ipsius Margarete in manu quondam P. dicti Fontana militis et Aymonis dicti de Monte Joveto de Granges, pro qua dicebat se sustinuisse magna dampna ad valorem XII lb., tandem dicte partes, mediantibus ' viris prudentibus, ad talem concordiam devenerunt, videlicet quod dictus P., de laude Reymunde uxoris sue et Francisci filii sui, remisit dicto Roleto quidquid de ipso querulabatur pro IIII^{or} lb. et XIX sol. bon. Maur. Hanc autem transactionem ratificaverunt, testibus W. majore Montheoli, Johanne de Columberio, domicellis, Perroneto Carterii de Sancto Mauritio. Actum apud Sanctum Mauritium et apud Montheolum, mense februarii, anno Dni M°.CC°LXXX°.III°.

927

Accord entre Jocelin de Blandrate et Guillaume Ramucinus au sujet d'une dette.

Domo d'Ossola, 1284, 29 juilliet.

Archives de Valère '.

In nomine Dni. Anno dominice incarnacionis millesimo

' Le commencement de cet acte est déjà reproduit plus haut sous le n° 762.

CC.LXXXIIII, indicione duodecima, die sabati tercio intrante julio[1], in burgo Domi, presentibus dno Guidobono de Bacino et dno Guifredo fratri suo et Guifredo filio dicti dni Guidoboni testibus, et pro secundis notariis Ardiçolus notario de Specia de Domo et Guifredo notario de Rod... subscriptis, dicebatur per Guillelmum Ramucinum notarium de Domo, filium quondam S. Morandi, cuntineri in quodam breui facto anno curenti millesimo CC LXX, indicione XIII, die dominico XII exeunte julio, tradito et scripto per dictum Guillelmum, quod dna Aldixa vxor quondam dni comiti Godefredi de Blandate et filia quondam dni Peronerii de Castello et dnus Joncelmus filius eiusdem Aldixie dare tenebatur Stefano Cesallo de Saxo de Natre lb. C Mauricinorum, ut ipsi cunfitebantur. Item dicebatur per ipsum Guillelmum quod predictus Stefanus sibi ceserat jura de predictis lb. C. Mauric. cuntra predictos dnum Joncelmum et dnam Aldixiam, et ad hoc ostendebatur quoddam instrumentum juriscisionis facto anno curente millesimo CC.LXX, indicione XIII, die martis XII intrante agusto, traditum et inbriuiatum per quondam Guillelmum Guaçatum de Tragontano, in quo cuntinebatur quod predictus Stefanus ceserat jura eidem Guillelmo uersus predictam matrem et filium de lb. C. imperialibus cumpleensis in quodam breui tradito et scripto per ipsum Guillelmum sub predicta indictione, die dominico XII exeunte julio, ut supra cuntinetur; in qua juriscisione dicedat predictus Guillelmus errorem intrauenise ponendo lb. C imperiales loco lb. C Mauric. Item dicebatur per predictum Guillelmum quod predictus dnus Joncelmus sibi dare tenebatur lb. X Maur. jure sibi cesso a Manfredolo de Çebiano de Uarexio, ut cuntinebatur in quodam instrumento juricissionis tradito et scripto per Bertramum notarium filium

[1] Le 3 juillet est un lundi et non un samedi; par contre le 3e jour *exeunte julio* est bien un samedi : il est donc probable qu'il y a eu erreur de la part du notaire dans cette indication et qu'il faut lire *exeunte* au lieu de *intrante*.

Obicionis de lo Campo de burgo Rac... Vnde predictus Guillelmus, renunciando omnibus exceptionibus et specialiter exceptioni non recepte pecunie, fuit cunfessus et manifestus se intra nunc et alias recepisse et habuisse a predicto dno Joncelmo ex predictis lb. C Maur., quas dicebat dictus Guillelmus Ramucimus quod predicta dna Aldixia et dnus Joncelmus mater et filius dare debebant predicto Stefano pro predicto breue facto per eum, ut supra, et postmodum sibi jure cesso a predicto Stefano lb. L Maur. Preterea predictus Guillelmus fuit cunfessus et manifestus se recepisse et habuisse plenam solucionem ab ipso Joncelmo de omni eo quod predictus dnus Joncelmus pro se siue pro matre sua uel pro alia persona tenebatur ipsi Guillelmo quacunque de causa, preter de infra scriptis rebus, scilicet de lb. L Maur. ex predictis lb. C Maur. in quibus lb. L Maur. ipse Guillelmus reseruauit jus suum contra predictam dnam Aldixiam et bona sua et fideiusores eius, et ita predictus Guillelmus fecit finem et refutacionem et pactum de non petendo et ulterius de non agendo, necnon tocius sui juris remisicionem jure transacionis in manu predicti dni Joncelmi de predictis lb. L Maur. receptis per ipsum Guillelmum a predicto Joncelmo ex predictis lb. C Maur. et de predictis lb. X Maur. cumpleensis in iuricissione sibi facta a predicto Manfredolo de Çibiano, et generaliter de omni eo quod ab ipso dno Joncelmo petere et apellare poset quacunque de causa, excepto lb. XL Maur. quas quondam dictus dnus Godofredus dare tenebatur Guidolo filio quondam dni Ottonis de Gurda suo nomine et patris sui causa mutui, ut aparebat per quoddam breue factum per Guillelmum Guaçatum notarium, curente millesimo CC LXVI, indicione nona, die martis ultimo nouembris; de quibus lb. XL Maur. predictus Guillelmus dicebat se habere a predicto scilicet Ottone de Guarda, de quibus reseruauit in se omne jus suum, et excepto de lb. XIIII Mar. de quibus predictus Joncelmus tenetur facere secu-

ritatem eidem Guillelmo, justa tenorem pronunciacionis facte per dnum Guidobonum et Guifredum fratres de Bacino, arbitratores elletos inter predictum dnum Joncelmum et dictum Guillelmum, excepto de omni jure eidem Guillelmo cunpetenti in aliquibus terris et fictis et juribus aliis quas et que dictus Guillelmus reperiretur debere habere a qua de causa uersus dictam dnam Aldixiam et omnes personas ablaticum suum; de quibus omnibus predictis reseruauit jus suum quare pro predictis lb. C Maur. uel ocaxione seu obligacione earum, et excepto de aliqua fideiusoria de qua reperiretur cuntra quondam dictum dnum Godefredum teneri uersus dictum Guillelmum per quondam dnum Johannem de Rod... Quam finem et omnia predicta et singula predictus Guillelmus cunuenit et per stipulacionem solempniter cunceptam promisit predicto dno Jocelmo omni tempore de cetero firmam et firma, ratam et rata habere et tenere, non cuntra venire in aliquo de jure neque de facto, et insuper se facturum et curaturum cum effectu adimpleturum quod predictus Stefanus senper erit tacitus et cuntentus in solucione sibi facta de predictis lb. L Maur. ex predictis lb. C Maur. et quod de cetero aliquo tempore dictus Stefanus non mouebit causam, litem, contrauersiam uel questionem predicto dno Joncelmo nec cuntra eum nec alicui alteri persone pro predictis lb. L Maur. sibi solutis ut supra. Quod si non faceret et per omnia adimpleret et inde predictus Joncelmus aliquod dampnum substineret, predictus Guillelmus cunuenit et promisit jandicto dno Joncelmo redere et restituere, et causa sic atendendi per omnia, ut supra cuntinetur, in omnibus et singulis capitulis cum omnibus dampnis et dispendiis et interesse restituendi predictus Guillelmus suprascripto Joncelmo omnia sua bona pignori obligauit, renunciando omnibus legibus et juribus et statutis et ceteris cum quibus cuntra predicta uenire poset. Insuper predictus dnus Joncelmus et predictus Guillelmus in cuncordia preceperunt

quod omnes literas quas inpetrauerunt a curia romana et citaciones inter eos facte sint casse et nulius ualoris a modo inter eos tantum saluo omni jure contra alios et in aliis tali modo quod ista finis non faciat per judicium eidem Guillelmo in omnibus predictis rebus reseruatis et excetatis et inde plura carta.

Ego Anselmus notarius de Rod... hanc cartam tradidi et scripsi et subscripsi.

928

Testament de Jacques, vidomne d'Anniviers, chevalier.

Valère, 1284, 4 novembre.

Archives de Valère, F, 92.

* Anno Dni M°.CC° octogesimo quarto, II° nonas nouembris. Ego dnus Jacobus vicednus de Aniuesio, miles, de bonis meis dispono per nuncupationem in hunc modum. In primis instituo michi heredes filiam quam suscepi a dna Guigona vxore mea et prolem quam ab ea suscipiam, si Deo placuerit. Ordino circa sepulturam meam, quod si contingat me decedere in prouincia Tharentasiensi uel in ciuitate uel diocesi Lausannensi, quod caro mea separata ab ossibus prout congruencius fieri poterit sepeliatur in ecclesia Sancte Euffemie de Aniuesio; medietas uero ossium sepeliatur in abbacia de Altaripa; alia uero medietas sepeliatur in abbacia de Augia de Friburgo, Lausan. diocesis. Item lego dno episcopo Sedun. viginti lb. Maur. semel; ecclesie Sancti Mauricii Aganen. duos sol. censuales; ecclesie Sancti Petri de Clages duodecim den. cens.; altari Sancti Michaelis in Valeria duos sol. cens.; seruitori Sancti Johannis in Valeria duos sol cens.; confratrie Sancti Spiritus in Aniuesio tres modios siliginis cens. super les quar-

tes de Aniuesio, quas pater meus habuit a dno episcopo Sedun. in concambium ; dicte confratrie vnam eminam calderie quam debeo percipere annuatim in alpe de Lalex et duos sol. cens. super feudum Alberti de Turbillon ad salsandum dictum fructum. Huic autem totali legato facto dicte confratrie talem condictionem appono quod dicti tres modii cum dicto fructu per manus confratrum die martis post octabas Pasche pauperibus integraliter erogentur. Item capitulo Sedun. lego tale vsagium quale michi debet Martinus de Loy dictus de Jargeys, item decem lb. Maur. semel, que omnia ponantur in acquisitis pro anniuersario meo celebrando die obitus mei. Item ecclesie de Grona lego vnum feschelinum grumallorum censualem ; ecclesie de Chipiz vnum fesch. grumal. cens. ; ecclesie Sancti Stephani de Granges quatuor sext. vini cens. ; ecclesie Sancti Jacobi de Granges duo sext. vini cens. ; hospitalibus de Jherusalem, de Monte iouis et de Sancto Anthonio cuilibet sex den. cens. ; hospitali de Salqueno duos fesch. fabarum cens. preter illos sex quos debebam eidem hospitali ; Willermo filio meo naturali homines et feudatarios et omnia que acquisiui a dno Petro de Ventona milite, iacentia in valle de Anniuesio, et vnum modium vini et duodecim sol. Maur. censualia, que acquisiui a Willermo filio quondam donni Ludouici de Vineis de Syrro, et decem septem fesch. siliginis cens. quos acquisiui ab Ysabella filia quondam Jacobi Albi nepotis mei, laudatione Rodulphi mariti sui, iacentes in Pessei, et tale acquisitum quale feci ab Anselmo de Bramuens filio donne de Sancto Johanne in hominibus et feudatariis, iacentia in valle de Aniuesio, et quatuor modios silig. cens. et duos homines ; que omnia post decessum ipsius Willermi ad heredes meos totaliter deuoluantur. Item lego eidem Willermo viginti lb. Maur. semel ; capelle Sancti Jacobi de Aniuesio quinque sol. cens. ; et est sciendum quod huiusmodi donationem feceram antequam inter me et seruitorem prefate capelle, ex una

parte, et curatum Sancte Euffemie, ex altera, super eadem capella compositum extitisset. Item lego ecclesie Sancte Euffemie de Aniuesio viginti duos sol. cens.; abbacie de Altaripa decem lb. Maur. cens.; Fratribus Predicatoribus de Lausanna decem lb. Maur. semel; Fratribus Minoribus eiusdem loci decem lb. Maur. semel; Fratribus Minoribus de Dogmo centum sol. Maur. semel. Item uolo quod executores mei expendant triginta sol. Maur. in pauperibus calciandis et centum sol. pro pauperibus induendis semel, in valle de Aniuesio. Item uolo quod executores mei faciant legi trescenta sexaginta sex psalteria post obitum meum, et pro quolibet dentur legenti quatuor den. Item uolo quod todidem missas dicti executores procurent pro anima mea celebrari et cuilibet celebranti tres denarii offerantur. Item uolo quod executores mei faciant legi vigilias mortuorum quolibet die usque ad annum, videlicet vesperas et nouem lectiones, et propter hoc legenti dentur viginti sol. Maur.; et septem psalmos et letaniam similiter usque ad annum, pro septem psalmis dentur quinque sol. et pro letania quinque sol. Et hoc totum pro missis, psalteriis, septem psalmis, letania et vigiliis detur Anthonie sorori mee, si vixerit, qui hoc adimplere procuret; alioquin executores mei hoc faciant. Item ordino quod in omnibus indulgenciis venientibus in ecclesia Sancte Euffemie detur in qualibet indulgencia prima die vnus den. et postea quolibet die vnus obolus, quamdiu durabit, et hoc duret per annum integrum. Item ordino quod dna Guigona vxor mea, si contigerit me premori eidem, dnus et dna remaneat hospicii mei et bonorum meorum omnium mobilium et immobilium secundum consuetudinem istius terre, dum sine marito permanebit; si autem matrimonium cum alio contraheret, lego sibi pro rationibus quas heberet in hospicio meo et in bonis meis quadraginta lb. Maur. annuales in vita sua tantum; item volo quod in bonis meis mobilibus ipsa dna Guigona habeat partem

suam cum supradictis quadraginta lb. Item lego triginta lb. Maur. pro duobus balistariis mittendis in subsidium Terre Sancte, si contigeret de me aliquid humanitatis ante expletionem uoti mei ultramarini. Huius mei testamenti executores instituo dnum Petrum de Thora decanum Sedun., dnum Ludouicum de Aniuesio et dnum Anselmum de Saxon milites. Item lego decano predicto decem lb. Maur. semel, dno Ludouico predicto sex lb. Maur. semel, dno Anselmo predicto sex lb. Maur. semel pro recompensatione laboris eorum. Testes: Rodulphus sacrista, Normandus cantor, Petrus de Erdes, Jacobus de Augusta, canonici Sedun., magister Martinus curatus de Heroens, Anthonius de Vesbia, Willermus Albi de Granges, domicelli. Et nos predicti testes in testimonium veritatis sigilla nostra presenti testamento duximus apponenda. Datum et actum in castro Valerie, die et anno quo supra. Et ego prefatus dnus Jacobus hoc testamentum meum proprio sigillo signaui.

Restent les sceaux de Rodolphe sacristain, de Pierre de Herdes, de Jacques d'Augusta (aigle à deux têtes) et d'Antoine de Viége.

Au dos: Testamentum dni Ja. cum petitionibus quas faciebat dnus Jo. filius eius Alisie relicte W[i] de Aniuesio.

929

Alexandre Clerc donne un pré en hypothèque à la maison du Mont-Joux pour une somme de cinquante sols.

Saint-Rémy, 1284, 6 novembre.

Archives du Grand-Saint-Bernard.

* Anno Dni M°CC°LXXX° quarto, indicione XII, VIII idus nouembris, apud Sanctum Remigium, in domo dni Thebaldi

sacerdotis, coram testibus, uidelicet dno Thebaldo rectore ecclesie Sancti Remigii et Petro mistrali Sancti Remigii, Alexander dictus Clericus de Sancto Remigio donauit sancte domui pauperum Montis Jouis vnam peciam prati cum fundamento, que iacet sub Scalario Montis Jouis, de laude Jacobete uxoris sue, quousque dicte domui soluerit quinquaginta sol. Viennenses, quos confessus est se recepisse a dno Thoma de Viuiaco sacrista dicte domus. Hanc donationem laudauit Cortesa mulier de Sancto Remigio, de cuius feudo dicta pecia esse dicitur.

Ego Jacobus Boneti, notarius, etc.

930

Rodolphe d'Ayent, donzel, vend la moitié de l'alpe de la Chiseréta.

Sion, 1285, 9 février.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXXIIII.

* Rodulphus de Ayent domicellus, laudatione Aymonete vxoris sue, vendit pro decem lb. sibi solutis et pro IIII den. seruicii et VIIII den. placiti Villermo mistrali de Platea de Ayent et Vullermo Leytia medietatem alpis de la Chiesereta et quicquid juris habebat en la choudere, alpeagio, etc. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXXXV, V idus februarii.

931

Donation faite à l'hôpital de Salquenen par Pierre d'Ayer.

Louèche, 1285, 11 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 115, ex arch. Communit. de Sarquen.

* Petrus de Hayer de Aniuesio, laudatione Agnetis vxoris

sue, Anthonie filie sue et Willermi de Saxo de Narres mariti dicte Anthonie, dat hospitali de Salqueno XVIII den. servicii, III sol. placiti et X sol. redditus a pluribus hominibus debitos. Datum Leuce, anno Dni M.CC.LXXXV, III idus februarii.

932

Pierre de Morestel, chevalier, affranchit Guillaume de Pre-Reyhe de toute taille.

Granges, 1285, 21 février.

Arch. de l'abbaye de Saint-Maurice.

* Ego Petrus de Morestello miles, laudatione Ysabelle vxoris mee, Petri, Willelmi et Aymonis filiorum meorum, Alye et Ysabelle filiarum mearum, Perreta filia mea impubes erat, adfranchizaui imperpetuum, liberos et immunes constitui, pro XXIX lb. et X sol. Maur. nomine intragii et pro duobus sol. seruicii et pro IIII sol. placiti et pro XX sol. auxilii ad nouam miliciam et ad filias meas uel heredum meorum maritandas, Willermum de Prato Reyhe de Baynes, hominem meum ligium et heredes eius ab vxore sua legitime procreatos ab omni tallia, ita tamen quod dictus Willelmus et heredus eius remaneant homines mei ligii, omnibus exactionibus remotis, exceptis bannis et clamis et caualcatis, retento tamen michi alto dominio. Actum apud Grangias, IX kl. marcii, anno Dni M°CC°LXXXV°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

933

Accord entre Guillaume d'Aoste, recteur de l'hôpital de Sion, et Pierre, neveu de Pierre Joculator, au sujet d'un droit de péage à la souste de Sion.

Sion, 1285, 8 avril.

Archives de la ville de Sion, Livre de copies, P. W., fol. 25 verso.

* Notum sit quod cum inter Vullielmum de Augusta recto-

ɛm hospitalis Sedun., ex una parte, et Petrum filium Riferii
ıcti Bochiboth, nepotem quondam Petri Joculatoris ciuis
ɛdun., ex altera, super perceptione vnius oboli pro qualibet
ılla nomine soste ipsarum ballarum discordia verteretur pro
› quod idem Vullielmus asserebat dictam perceptionem,
ıstam et obuentionem dicti oboli nomine dicte soste pro qua-
ɔet balla ad se pertinere, donec de expensis quas in nutriendo
ctum Petrum et ministrando eidem necessaria per decem
ınos et amplius pro dicto Petro Riferii fecerat, necnon de
ıinquaginta lb. Maur. quas quondam Petrus dictus Joculator
ɛderat Jacobe et Hieremie neptibus suis in dotem percipien-
ıs super dicta sosta et obuentionibus eius, idem Vullielmus
nerat a prefatis Jacoba et Jeremia prout de venditione facta
ıper hoc a dicta Jacoba constat per instrumentum factum
ıno Dni millesimo ducentesimo septuagesimo quinto et quarto
ɔnas septembris; item de venditione facta super hoc a dicta
ɛremia constat per instrumentum factum anno Dni millesimo
ıccentesimo septuagesimo sexto, XIIII° kl. septembris; item
ɛ dicto testamento per transcriptum antenticatum anno Dni
illesimo ducentesimo septuagesimo septimo, XVII kl. januarii.
ındem communibus amicis interponentibus partes suas dicta
ıscordia sopita est in hunc modum, videlicet quod prefatus
ɛtrus dedit dicto Vulliermo in satisfactionem expensarum
ıas idem Vullielmus fecit in nutriendo dictum Petrum, media-
tem obuentionum dicti oboli pro qualibet balla nomine dicte
ıste et casamentum quod dicte soste adiacet. Quodquidem
ısamentum idem Petrus Joculator emit a Petro filio quon-
ım Giroldi de Anniuesio et Ysabella uxore eius. Reliquam
ɛro medietatem dicti oboli idem Petrus concessit dicto Wul-
ɛlmo de Augusta titulo pignoris pro septem lb. Maur. eidem
ɛtro persolutis, donec prefatus Vullielmus de dictis septem
ɔ. necnon et de omnibus expensis quas soluendo censum
ıdi et cetera vsagia in quibus dicta sosta et casamentum te-
ɛntur aut in restauratione seu melioratione dictarum soste

et casamenti fecerunt, per recollectionem dicte medietatis soste fuerit integre solutus. Recognoscit insuper idem Petrus filius Riferii et concessit quod dictus Vullielmus seu assignatus eius habeant pacifice sucessionem post mortem ipsius Petri et Riferii dotes predictas quinquaginta lb. Maur. et omne jus quod dicte Jacoba et Hyeremia habent super dicta sosta prout in prefato testamento et chartis venditionis continetur; quequidem instrumenta idem Petrus per omnia laudauit. Testes: dnus Franciscus de Curia maiore canonicus Sedun., dnus Johannes curatus de Chouson, etc., et magister Martinus, qui hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Actum Seduni in ecclesia beati Theodoli, VI idus aprilis, anno Dni millesimo ducentesimo octogesimo quinto, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

934

Testament du chanoine Normand, chantre de Sion.

1285 (av. le 6 mai).

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 64, ex arch. Valeriano[1]. (Extrait.)

Il légue d'abord in succursum Terre sancte pro voto nostro complendo IV lb. Maur. Item damus et legamus ad fabricam ecclesie de Viridi valle pro viagio in quo tenebamur ibidem C sol. Maur., à l'église de Conches II sols, à celle d'Aragnon II sols, à celle de Morgia II sols, à celle de Xeinplon II sols, à celle de Narres II sols, à celle de Viége II sols, à celle de Praborgne II sols, à celle de Saint-Nicolas de Chouson II sols, à celle de Rarogne II sols, à celle de Louèche II sols *censuales*.

[1] Comme il ne m'a pas été possible de retrouver l'original de ce testament aux archives de Valère, je dois me borner à publier l'extrait suivant fait par le chanoine de Rivaz.

Item ordinamus et disponimus quod Jocelinus vicednus de Narres maritus Mathilde neptis nostre faciat annuatim donam unam in mayo apud Narres pauperibus de duobus modiis siliginis ad mensuram de Narres et de duobus seraciis, quodlibet pretio VI sol., ibidem confectis ad modum loci, censualibus. Si le vidonde Jocelin est négligent à faire cette done, il en charge le vén. chapitre, à qui il légue XX sols pour son anniversaire.

Heredes nostros constituimus Agn[illegible] uxorem Rodulphi de Briens, Agnetem filiam quondam [illegible] sororis eiusdem Agnetis, Matheldam, Margaretam Pet[illegible] et Anthonium neptes et nepotes nostros pro portionil[illegible] q[illegible] cuilibet debentur secundum usum et consuetudine[illegible] terre[illegible] stre.

Il nomme pour ses exécuteurs t[illegible] ntaires Nicolaum de Bagnes, Jacobum de Novilla et P[illegible] de Leucha, canonicos Sedun. Témoins: dnus Petrus cur[illegible] Sedun. et dnus Johannes curatus de Chouson. 1285.

Normand d'Aoste, chantre de Sion, est mort le 6 mai 1285. — Voy. *Nécrologe de Sion*, pag. 266.

935

La chancellerie de Sion est réunie au chapitre.

Valère, 1285, 22 mai.

Archives de Valère, D. 22.

Anno dnice incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo quinto. in castro Valerie, infra ecclesiam, hora tercia, XI kl. junii, indictione XIII, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, capitulum Sedun. per pulsationem campane, prout moris est, conuocatum et etiam congregatum in predicta ecclesia pro capitulo celebrando, statuerunt et ordinauerunt

communi consensu, auctoritate et voluntate rev. patris P(etri) Dei gracia episcopi Sedun., ea que inferius continentur et in littera dictorum episcopi et capituli sigillis eorumdem que inferius similiter de verbo ad verbum inseritur sigillata videtur plenius contineri. Cuius statuti et litterarum tenor talis est Nos capitulum Sedun. notum facimus vniuersis quod anno Dni millesimo CCLXXXV°, XI kl. junii, per pulsationem campane, prout moris est, conuocati et etiam congregati pro hiis que sequuntur inferius specialiter constituendis et etiam ordinandis, habito super hiis sepius diligenti tractatu in capitulo nostro et requisita sepius voluntate singulorum de capitulo, considerantes euidentem necessitatem et vtilitatem terre et ecclesie Sedun., constituimus et ordinamus communi consensu quod cancellaria et carte quam et quas olim tenuerat cantor ecclesie nostre, sint perpetualiter capituli in futurum pro cottidianis distributionibus, que erant valde tenues et exiles, ad augmentum diuini cultus[1]. . . . . faciendum, easdem cancellariam et cartas dictis distributionibus perpetuo deputantes. Constituimus etiam predicta. . . . . periculum super registro vbi carte terre episcopatus Sedun. continentur amittendo, cum quondam per incur. . . . . tiam seu malitiam cantorum qui pro tempore in ecclesia nostra fuerant, dictum registrum fere totum amissum si . . . . . et quedam pars ipsius registri nichilominus sit amissa. Considerantes etiam quod cantor qui pro tempore fuerit sufficientes habebit redditus secundum statum et facultates aliarum dignitatum eiusdem ecclesie de hiis qui sunt assignati dicte cantorie sine cartis et cancellaria supradictis, et quod modicum habet onus ex officio ipsius cantorie, juramus etiam supra sancta Dei ewangelia tactu corporali singuli canonici de capitulo et etiam sindicus capituli pro capitulo quod nos nunquam vllo tempore contra ordinationem et constitutionem predictas per nos uel

[1] Trou au parchemin.

personam interpositam veniemus, et si quis nostrum promotus fuerit ad dictam cantoriam, quod ipse incontinenti post dictam promotionem suam constitutionem et ordinationem predictas laudabit et inuiolabiliter obseruabit, dando super predicta approbatione et laudatione capitulo predicto tale instrumentum quale eidem capitulo super hiis videbitur expedire. Et cum dnus episcopus ex antiqua et approbata consuetudine ecclesie nostre Sedun. fructus percipiat et percipere debeat prouentuum dicte canthorie et cancellarie primi anni vacantium per mortem siue resignationem cantorie, volumus et concedimus ne cantor qui pro tempore veniet fructus dicte cancellarie iam vnitos . . . . batos dictis distributionibus sibi posset aliquatenus vendicare, quod quocienscunque decanatum nostrum. . . . . vacare contigerit, dictus dnus episcopus fructus dicte cancellarie et decanatus integre percip . . . . . volumus autem et promittimus facere homagium ligium dicto dno episcopo de dicta cancellaria per vnum . . . . . nostris vice et nomine nostri capituli Sedun. Nos vero P. de Orons diuina miseratione Sedun. episcopus, cognoscentes dictas ordinationes et constitutiones vtiles et necessarias ipsi ecclesie et etiam toti terre, auctoritatem prestitimus tanquam ordinarius predictis ordinationi et constitutioni, easdem constitutionem et ordinationem auctoritate predicta affectu beninolo confirmantes, vniendo et approbando dictam cancellariam et cartas distributionibus supradictis. Statuentes etiam de consensu ipsius capituli quod si quis uel aliqui venerit uel uenerint aliquo vnquam tempore contra constitutionem et ordinationem predictas, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Si vero vniuersitas, communitas uel collegium aliquid contra constitutionem vel ordinationem predictas attemptauerit, eo ipso se nouerit interdictum. In cuius rei testimonium nos prefati episcopus et capitulum sigilla nostra duximus apponenda. Actum et datum in capitulo, anno Dni millesimo

CC°LXXXV°, et kl. supradictis. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati: Marchus matricularius ecclesie Valerie, Willermus dictus Fastos, Jaco. de Narres et Jacobus de Maresco clerici, et ego magister Martinus de Seduno aule regie et sacri palacii publicus notarius omnibus ipsis interfui et in hanc formam publicam fideliter. . . . . et signum meum in robur firmitatis et testimonium omnium premissorum.

Anno dnice incarnationis millesimo CCLXXX quinto, in ecclesia castri Vallerie, XI kl. junii, hora d. . . . . indictione XIII, regnante in Alamagnia ill. rege Rodulpho, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, capitulo Sedun. per pulsationem campane, prout moris est solito, congregato et etiam conuocato, Johannes de Chamoson cantor prefate ecclesie de dicti capituli voluntate et in ipso capitulo laudauit, approbauit et ratificauit statutum et ordinationem factum et factam a dicto capitulo et confirmatum a rev. patre dno P. Sedun. episcopo, prout in litteris sigillis dictorum episcopi et capituli sigillatas, quarum tenor inferius inseritur, continetur, cedens, dans et finans perpetualiter de consensu et ad requisitionem predictorum episcopi et capituli memorato capitulo si quid juris habebat uel habere debebat aut in posterum posset habere in cancellaria et cartis que olim tenuerat cantor ecclesie Sedun., jurans supra sancta Dei ewangelia tacta corporaliter et spontanea voluntate contra vniuersa et singula supradicta que inferius continentur vllo vnquam tempore per se uel personam interpositam non venire. Considerans et recognoscens dictam ordinationem et statutum vtilem et necessariam fore imposterum ecclesie predicte pro cotidianis distributionibus faciendis et se posse secundum conditionem et statum aliarum dignitatum sepedicte ecclesie de fructibus cantorie sine cartis comode sustentari. Quarum litterarum predictarum tenor talis est. Require in precedenti folio. Nos capitulum Sedun., etc., totum tenorem. Renunciauit sic qui-

dem dictus Johannes cantor in hoc facto ex certa sciencia et spontanea voluntate exceptioni doli et.... beneficio restitutionis in integrum, priuilegio beneficiorum ecclesiasticorum, omnibus litteris impetratis et etiam impetrandis et omni beneficio juris canonici et ciuili et etiam consuetudinario que sibi possent contra predicta uel aliquid de predictis modo et tempore quolibet suffragari, et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere. Ad hec fuerunt testes vocati, etc. Require in precedenti folio et instrumento.

Ego vero Johannes Kipman de Durstein ciuis Sedun., publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, virtute commissionis per rev. in Christo patrem et dnum nostrum dnum Andream miseratione diuina archiepiscopum Colocen. perpetuum administratorem ecclesie Sedun. per sedem apostolicam specialiter deputatum, comitem et prefectum Vallesii, michi desuper facte prenotata et preinserta instrumenta duo, prout in prothocollo discreti viri quondam magistri Martini de Seduno aule regie ut supra notarii, ipso iam viam ingresso carnis vniuerse, descripta repperi et notata, ita fidelius ut potui manu propria exemplaui, nil adiecto nec remoto, etc.

936

Vente d'un cens faite par Aymon de Châtillon, chevalier, à Antoine, fils de Warner le Grand, son gendre.

Sion, 1285, 3 juin.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Aymo de Castellione miles, laudatione Henrici filii mei et Aymonis de Ruppe tutoris ipsius, cuius laudem recepit magister Martinus, do et concedo perpetualiter Anthonio filio quondam Warnerii Magni genero meo..... pro XXIIII^{or} lb. et XV sol. Maur. michi

solutis XL sol. Maur. censuales soluendos annuatim in festo beati Martini hyemalis, quos michi debet Rodulphus filius quondam Symonis de Turre domicelli super homines suos des Agietes et super alia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura ex quadam compositione facta inter me et Rodulphum predictum, prout in carta super ipsa compositione confecta plenius continetur.... Idem vero Anthonius tenetur dicto Rodulpho soluere VI den. seruicii et XII den. placiti pro XL sol. supradictis. Pro quibus XL solidis annualibus..... dictus Anthonius, laudatione Anthonie vxoris sue, quittauit et finauit michi Aymoni militi predicto, Henrico filio meo predicto et nostris heredibus perpetualiter quinquaginta vnum sol. Maur. quos eidem Anthonio assignaueram ego Aymo miles predictus percipiendos super tallia de Syrro et de Seduno, donec ego uel heredes mei sibi et Anthonie vxori sue XXIIII^{or} lb. et XV sol. predictos persoluissemus nomine dotis sue. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati dnus Willermus senescalcus Sedun., dnus Johannes curatus de Grimisua, dnus Petrus curatus de Sancto Germano, Willermus rector hospitalis, Willermus Albus decimator de Magi, Petrus de Premsieres, Willermus de Salnaria, Johannes de Malacuria, Johannes filius quondam Johannis de Grimisua et Walterus Magistri, qui iuratus, etc., vice cuius ego magister Martinus eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, III° nonarum junii, anno Dni M°CC°LXXX°V°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

937

Boson de Chaley, donzel, donne un jardin à Reynald, curé du même lieu.

Chaley, 1285, 23 août.

Archives canton. du Vallais, Registrum R. cancel. Sedun. pag. 88.

* Ego Boso de Chaler domicellus, laudacione Felise uxoris

mee, dedi dno Reynaldo curato de Chaler, tanquam benemerito et pro eius voluntate facienda, ortum meum situm apud Chaler. W. curatus de Vercorens cartam leuauit. Datum apud Chaler, anno Dni M.CC.LXXXV, X kl. septembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

938

Jean de Saxon vend un cens à Jaquet Maréchal.

Sion, 1285, 9 septembre.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Johannes de Saxons, laudatione Philippe vxoris mee, vendidi pro XXXIIII sol. Maur. Jaqueto Marescalco filio quondam Johannis Brandis de Bougye Millon et Raimunde vxori sue ciuibus Sedun. duos fischilinos siliginis censuales. Testes Johannes curatus de Nas, Jacobus Cuprifaber. Actum Seduni, V ydus septembris, anno Dni M°.CC°.LXXXV°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

939

Amédée, comte de Savoie, charge le juge du Chablais et le châtelain de Chillon de prendre des enquêtes sur le ban du vin et la levée des leudes à Saint-Maurice.

Chillon, 1285, 15 septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 111, ex archiv. oppidi Sancti Mauricii.

Amedeus comes Sabaudie dilectis suis magistro Rodulpho de Viuiaco judici nostro Chablasii et Anthelmo Porterii castellano Chillionis salutem et sinceram dilectionem. Ex conquestione dilectorum et fidelium nostrorum burgensium Sancti

Mauricii intelleximus quod castellanus noster Montheoli et dicti loci Sancti Mauricii nostro nomine iniuriatur, vt asserunt, super venditione banni vini, quod bannum vini dicti burgenses consueuerunt habere et redimere precise quolibet anno pro decem sol. Maur., quos soluebant, et nullum bannum ei qui vendebat ponebatur, et ita seruatum fuit ibidem in franchesia dicte ville et post donec ad tempus quo Petrus de Barna fuit castellanus, qui primus dictum bannum posuit et mandauit. Item super leyda et leuatione leyde dicti loci de qua non solebat leuari nisi secundum consuetudinem antiquam, in cuius leuatione intolerabiliter aggrauantur. Quare vobis mandamus quatenus inquiratis simpliciter et de plano qualiter de predictis utebatur antequam castellania deueniret ad manum dne Margarite quondam comitisse de Quiburgo amite nostre et post, et jus ipsorum et nostrum secundum quod judicaueritis ipsis et nobis observetis et obseruare faciatis. Si vero ad predicta exequenda tu castellane non poteris habere commode dictum magistrum Rodulphum propter egritudinem suam vel alia de causa, volumus quod tecum voces Jacobum de Villanoua canonicum Sedun. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro tradidimus sigillatam. Datum apud Chillion, in crastino exastationis Sancte Crucis, anno Dni M.CC.LXXX quinto.

R. L. P.

939 bis.

Jean d'Aubonne reconnaît devoir 260 L. à l'évêque de Sion son oncle et son tuteur, pour dépenses faites par celui-ci pour ses affaires pendant sa tutelle.

1285, septembre,

Mém. et doc. de Genève, XIV, 186.

* Notum sit omnibus quod ego Johannes filius quondam Ja-

cobi condni de Albona, de mandato dicti patris mei et dne matris mee tanquam minor annis hactenus extiterim in tutela vener. in Christo patris dni P. Dei gratia episcopi Sedun., avunculi mei dilecti, ego dictus Johannes, de voluntate dicti dni episcopi Sedun. exiens de tutella ipsius et remanens mei iuris, remansi debens dicto dno episcopo Sedun. in confectione presentium facto legali computo cum eodem, uidelicet CCLX Lausan. libras pro meis negotiis tutela durante peractis et debitis persolutis. Promittens dicto dno episcopo Sedun. singulis annis solvere in festo beati Johannis Baptiste XXIIII lb. Lausan. donec plene solutus fuerit de summa pecunie supradicta. Quas XXIIII lb. si dicta die singulis annis non solverem, ex tunc furnos et linguas de Albona possessione apprehendat. De quorum possessione pacifica eidem dno episcopo Sedun. dedi fidejussores et obsides, videlicet D. Jacobum de Monterichier militem et Nicholum de Dysy domicellum, quemlibet ipsorum pro medietate, qui in defectu presentium pactionum tenentur reverti ad dni episcopi hostagia in Viviaco cum propriis expensis per quindecim dies continuos ad requisitionem suam. Quibus elapsis tenentur continuo sibi dare vadia que possint duci vel portari, de quibus venditioni expositis possent haberi dicte XXIIII Laus. lb. In quorum omnium testimonium ego dictus Johannes debitor et ego dictus Nicholaus fidejussor et obses, quia sigilla propria non habemus, rogavimus et fecimus apponi presentibus, videlicet ego Joh. sigillum rever. in Christo patris dni Willelmi Dei gratia episcopi Lausan., ego vero dictus Nicholaus sigillum dni Willelmi de Alingio militis, et nos Jacobus de Monterichier miles alter fidejuxor et obses una cum sigillis predictis sigillum meum apposuimus. Actum anno Dni millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mense septembris.

940

Pierre, évêque de Sion, donne en fief à Godefroid de Mœrel, donzel, la dîme des vignes qu'il a acquise des filles de Guillaume de Louèche, dite dîme de la Cour.

Sion, 1285, 7 octobre.

Liber instrumentorum de Leuca, fol. 87.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Petrus Dei gratia Sedun. episcopus, laudatione capituli nostri habiti in presentia testium infrascriptorum, videlicet dni Anselmi de Sassons militis, Willermi dni de Montagnie, Amedei de Montaignie, Willermi de Contez, Nycolai Biffa, Willermi Jasto, clericorum, in ecclesia Vallerie, XIIII kl. nouembris, dedimus et contulimus in perpetuum pro homagio ligio nobis facto nomine ecclesie Sedun. . . . . sol placiti Gothefredo de Morgia domicello, filio quondam viri nobilis dni Markardi de Morgia militis, et suis heredibus tanquam benemerito totam decimam vinearum quam acquisiuimus ab Agneta et Aymoneta sororibus, filiabus quondam Willermi de Leuca domicelli, laudatione Johannis et Rodolphi fratrum de Ayent, domicellorum, maritorum suorum ; que decima percipitur super vineis sitis et jacentibus super viam de Dala; que decima dicitur decima de Curia, excepta decima vinearum duarum quas colit Rodulphus mistralis noster de Leuca, extimatas quasi XIIII fossoratas, sitas es Quartes, quarum vna jacet inter duas vias super vineam hospitalis de Leuca ; item alia jacet ibidem es Quartes juxta vineam dicti hospitalis et super vineam Petri Fabri de Leuca. Item dedimus eidem Gothefredo viginti solidos Maur. censuales quos acquisiuimus a Joanne lo Ros. . . . . assignatos super albergamento suo Joanne superius nominato et tres sol. quos nobis debet nomine seruicii Perral dictus

Daual de Syrro ratione prati sui, siti a Cheytro subtus viam qua tenditur versus Gyronda ; quod pratum accepit a nobis in feudum dictus Petrus, hominium et certa vsagia in quibus nobis tenetur et nostris successoribus retinendo. Item damus eidem Gottofredo et suis successoribus tres modios silliginis censuales ad mensuram Leuce, quos acquisiuimus ab Aymone de Leuca dicto de Ayent, quos debet Warnerus filius Anselmi de Joutzana, prout in carta inde confecta plenius continetur, cuius tenor talis est: (Voy. pag. 230, N° 826.) Quem garentiam contentam in dicta carta nobis assignatam dicto Gothefredo et suis heredibus assignamus, etc. — Inde precepimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Walterus de Chamoson, dnus Anselmus de Sassons, milites, Warnerus de Rarognia , Willermus dnus de Montagnie , Rodulphus de Ayent, domicelli, Rodulphus mistralis de Leuca, Perrial Daual morans apud Sirro, predictus Willermus de Contez et magister Martinus qui, etc..... Actum Seduni, nonis octobris, anno Dni millesimo ducentesimo LXXX quinto, Rodulpho regnante, predicto dno Petro episcopante.

941

Pierre du Palais, chanoine de Sion, cède un chesal à Jean Espous.

Sion, 1285, 19 octobre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Petrus de Palatio ciuis et canonicus Sedun., laudatione magistri Martini ciuis Sedun. et Vldrici de Gissiney ciuis Sedun., dimisi et concessi perpetualiter, pro tribus sol. Maur. censualibus annuatim in natali Dni persoluendis et pro III den. seruicii annuatim in dicto termino et pro placito quod inde acciderit dicto magistro

et suis assignatis persoluendis, Johanni dicto Espous ciui Sedun. et suis heredibus vnum casale situm Seduni apud Glauiney iuxta domum ipsius Johannis, etc. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : dnus Johannes Boniamici sacerdos, Christinus de Rouueri, Willèrmus dictus Cheurotins et ego Walterus Magistri, etc. Actum Seduni, XIIII° kl. nouembris, anno Dni millesimo ducentesimo LXXX^mo^ quinto, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

942

Aymon Gillermos vend une vigne à Jacques, vidomne d'Anniviers.

Granges, 1285, 20 octobre.

Archives de la ville de Sion.

Ego Aymo dictus Gillermos de Syrro vendidi, pro septem lb. et decem sol. Maur. nomine acquisitionis et pro IIII den. seruicii Petro Dauz persoluendis et pro VIII den. placiti, dno Jacobo vicedno de Aniuesio militi vineam meam de Loulognyer sitam in Vineis. Testes : dnus Ludouicus de Syrro miles dictus de Aniuesio, Rodulphus de Turre domicellus, etc., et dnus Rainaldus curatus de Chaler, qui cartam leuauit. Datum apud Granges, anno Dni M.CC.LXXX.V, XIII kl. novembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

943

L'évêque de Sion vend la majorie de Sierre.

1285, 28 octobre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Venditio per Petrum episcopum facta Theodulo de majoria

de Sirro et feudo de Morgia, videlicet decima, pretio 120 lb. 5 kl. novembris 1285.

Sans date.

Controversia inter episcopum P. et Theodulum majorem Sirri. Pronuntiatum ut Theodulus dictam majoriam in feudum habere debeat uti et feudum de Morgia.

944

Martin de Fulense prête hommage à Jacques chevalier de Viége.

Viége, 1286, 9 janvier.

Archives de Valère.

Nouerint vniuersi presentem litteram inspecturi quod ego Jacobus miles de Uesbia remisi et finaui Martino filio Petri de Fulense hominium si quod michi debebat. Sed dictus Petrus debet michi hominium salua fidelitate dni episcopi Sedun., quod hominium idem Petrus michi fecit. In huius rei testimonium presentem cartulam sigillo meo proprio sigillaui. Datum Uesbie, anno Dni M°.CC°.LXXXVI°, die mercurii proxima ante festum beati Ylarii.

Sceau pendant.

945

Théodule, fils de Jacques, métral de Sion, vend un cens à Jean Fontana, donzel.

Sion, 1286, 11 janvier.

Archives de Valère. — M. D. R. XXIV, 381.

Notum sit quod ego Theodolus filius quondam Jacobi mis-

tralis ciuis Sedun., laudatione Agnetis vxoris mee, quam laudationem recepit Aymo de Moleing clericus iuratus cancellarie Sedun., presentibus testibus Willermo de Olono priore de Gironda et Andrea marito Aymonete relicte Willermi de Vineis, vendidi pro quadraginta lb. Maur. Johanni dicto Fontana domicello sexaginta sol. Maur. censuales, quos michi debent heredes Lietot de Merdenson et confratres eius annuatim pro feudo quod tenent a Willermo de Turre auunculo meo. Item vnum modium siliginis censualem qui michi debetur super prato de Puta Fontana, quod tenet dnus Jacobus de Bluuigno miles. Qui LX sol. vna cum dicto modio dati fuerunt a dicto Willermo nomine dotis dne Johanne matri mee, quando prefatus Jacobus pater meus ipsam in uxorem desponsauit. Testes dnus Anselmus de Sasson miles, Anselmus Fontana, etc., et ego Walterus Magistri qui, etc. Actum Seduni, III idus januarii, anno Dni M°.CC°.LXXX°VI°, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

946

Traité arbitral entre Amédée V, comte de Savoie, et son frère Louis.

Lyon, 1285 (1286), 14 janvier.

Monumenta hist. patriæ, Char. I, 1570. — Mém. et doc. de Genève, VIII, 224. (Extrait.)

Anno ab incarnatione Dni M.CC.LXXXV, die lune in crastino festi B. Ylarii, XIX kl. februarii. Cum controversie verterentur inter ill. viros D. Amedeum comitem Sabaudie, ex una parte, et D. Ludovicum de Sabaudia fratrem ipsius, ex altera, occasione successionum paterne et materne, etc., ipsi compromiserunt in arbitros, qui pronunciauerunt quod dictus D. Amedeus comes debeat cedere dicto D. Ludovico fratri suo in

Valesio castrum de Seyllon, item castrum de Conteysio, cum omnibus eorumdem juribus, honoribus, dominiis, etc. Item assignet dictus D. Amedeus comes dicto D. Ludovico CCCC lb. Vien. singulis annis percipiendas in pedagio S. Mauricii Agaun., vel in pedagio Villenove de Chillon, si in pedagio S. Mauricii integre percipi non valerent. Item pronunciauerunt quod dictus D. Ludovicus debeat facere D. Amedeo comiti fratri suo, nomine comitatus Sabaudie, homagium ligium de predictis castris Valeysii. Actum Lugduni, in ecclesia domus milicie Templi.

947

Pierre du Raffor vend des terres aux frères Etienne, Jacques et Guillaume du Larzier.

Chamoson, 1286, 28 janvier.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Petrus dol Raffor de Chamoson, laudatione Philippe uxoris mee, Giroldi, Petri, Martini et Agnetis liberorum meorum, uendidi et finaui pro triginta sol. Maur. Stephano dou Larzier, Jacobo et Willelmo fratribus suis unam peciam campi sitam en Braes, item in Campo Longo unam peciam campi, item unam peciam campi en Arzilles, item in prato Molendinorum unam peciam prati, item dimidiam sectoratam prati sitam en Cuyns, item unam peciam prati sitam ol Pontet, item unam peciam campi sitam en Commoleres, item in alpe de Chalent unum dozan daissement. Testes Jacobus dAlba, etc., et dnus Johannes olim vicarius de Chamoson qui hanc cartam leuauit, vice cuius ego Walterus Magistri eam scripsi. Actum apud Chamoson, V kl. februarii, anno Dni millesimo ducentesimo LXXX° sexto, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

948

Pierre de La Tour, au nom des communautés du Vallais, établit un procureur pour contracter un emprunt.

Sion, 1286, 9 février.

Archives de Valère, Registr. Mart. de Seduno.

* P. de Turre domicellus, dnus Castellionis in Valesio, p(rocura)tor communitatum terre Valesii, constituit nomine dictarum communitatum suum procuratorem Johannem de Dailleto clericum fratrem dni Vldrici de Dailleto canonici Lausan. morantem in curia Romana ad contrahendum mutuum de LXXX lb. minorum Turon., usque ad Assumptionem B. Marie Virginis. Sub sigillis dicti Petri et P. decani Sedun. ac Vldrici de Sirro domicelli. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXXXVI, V idus februarii, incarnatione sumpta in natali Dni secundum consuetudinem diocesis Sedun.

949

Guillaume, major de Monthey, vend deux vignes à Brunet de Chatel des Frasces.

Monthey, 1285 (1286) 19 mars.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 61, ex arch. Agaun.

* Willermus major de Montheolo domicellus et Johanneta ejus uxor, de laude Francisci eorum filii, vendunt Brunetto de Castello Frasciarum unam vineam sitam in loco antiquitus vocato Couvalone et nunc Criez, et aliam sitam in Plan Vigniez pro LX lb. Maur. et duobus sextariis annuatim redden-

dis ecclesie sancte Marie de Bellomonte. Datum in castro Montheoli, anno Dni M.CC.LXXXV, XIV kl. aprilis.

950

Guillaume, fils d'Aymon Stephani, remet à Pierre de Morestel un fief qu'il tenait de lui.

Sion, 1286, 21 mai.

Archives de Valère.

* Willermus filius quondam Aymonis Stephani ciuis Sedun., laudatione Jacobete matris sue, Jacobi fratris sui et Clemencie sororis sue, remittit Petro de Morestello militi duos modios siliginis censuales et quatuor fischilinos frumenti et quatuor den. seruicii et vsagium et dominium quod habebat super molendinum extra portam ultra molendina, inter domum Petri de Cor et saxum de Turre, pro XX lb. Maur., quod molendinum tenebat a dicto milite de feudo homagii ligii. Testes : Rodulphus curatus de Gronna, Willermus de Augusta rector hospitalis Sedun., Petrus vicarius de Heruens, etc. Datum Seduni, anno Dni M°.CC°.LXXXVI°, XII kl. junii, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

951

Le pape Honorius IV confirme les possessions de l'hospice de Saint-Bernard du Mont-Joux.

Rome, 1286, 11 juin.

Archives de l'hospice du Grand-Saint-Bernard.
Mémoires et documents de Genève, XV, 2me partie, 28.

Honorius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis

preposito hospitalis Sancti Bernardi de Monte Jouis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter, dilecti in Dno filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et hospitale Sancti Bernardi de Monte Jouis, Sedun. diocesis, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes vt ordo canonicus qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem hospitale impresentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Dno, poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : locum ipsum in quo prefatum hospitale situm est cum omnibus pertinentiis suis. In predicta diocesi ecclesiam Sancti Petri de Burgo Montis Jouis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Georgii de Ledes cum pertinentiis suis, Sancti Nicolai de Orseres, Sancti Stephani de Sancto Brancherio et Sancte Marie de Martiniaco ecclesias cum omnibus pertinentiis earumdem, domum Montis Jouis de Seduno cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Michaelis de Turri Seduni cum pertinentiis suis, Sancti Petri de Lenz, de Alyo et de Rupe ecclesias cum omnibus pertinentiis earumdem, grangiam de Rupe cum terris, possessionibus et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Nouauilla cum pertinentiis suis, ecclesiam de Cors cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Ypoliti de Vuuriaco cum pertinentiis suis,

ecclesiam Sancte Marie de Bellomonte cum pertinentiis suis, jurisdictionem temporalem et quicquid iuris in predicto monte Sancti Bernardi hospitale uestrum noscitur obtinere. In diocesi Lausannensi hospitale de Viuiaco cum terris, possessionibus et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Septem Salis cum pertinentiis suis, cellam de Monte presbitero cum ecclesia et capella dependente ab ea ac jurisdictione temporali, hominibus, redditibus et omnibus pertinentiis suis, de Merduno et de Friburgo hospitalia cum terris, possessionibus et omnibus pertinentiis eorumdem, de Fauerniaco et de Aprili ecclesias cum pertinentiis earumdem, cellam de Betens et cellam de Silua cum pertinentiis earumdem, hospitale et capellam Sancti Johannis de Lausana cum pertinentiis eorumdem, villam de Estue cum hominibus, jurisdictione temporali, redditibus, terris, possessionibus et omnibus pertinentiis suis et ecclesiam Sancti Nicolai quam habetis ibidem cum capella dependente ab eadem et omnibus aliis pertinentiis suis, ecclesiam de Beria cum pertinentiis suis, cellam de Serra cum pertinentiis suis, hospitale de Lator situm iuxta castrum de Jogni cum pertinentiis suis et jurisdictionem temporalem et quicquid iuris habetis in eadem diocesi Lausanensi. In diocesi Basiliensi ecclesiam de Ferretes cum capellis dependentibus ab eadem ac ceteris possessionibus et pertinentiis earumdem. In diocesi Gebennensi ecclesiam Sancte Marie de Melerea cum villa eiusdem loci, homines, jurisdictionem temporalem et quicquid iuris habetis ibidem, ecclesiam de Marins cum pertinentiis, grangiam de Vigniaco cum pertinentiis suis, jus patronatus et quicquid iuris habetis in ecclesiis Sancti Michaelis de Tholons, de Germaniaco et Sancte Marie de Noueç, homines quos habetis in loco qui Concisa uulgariter nominatur, cellam que dicitur Elimosina de Rumiliaco in Albanes cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Lupi de Versoya cum pertinentiis suis, necnon terras, possessiones et redditus ac alia

iura et bona que habetis in eadem diocesi Gebennensi. Prebendam quam habetis in maiori ecclesia Augustensi, Sancti Benigni et Sancti Jacobi de Augusta ecclesias cum terris, possessionibus, redditibus, vineis et omnibus aliis pertinentiis earumdem. In diocesi Augustensi, ecclesiam Sancti Georgii cum pertinentiis suis, vineam de Bibiano cum pertinentiis suis, vineam de Reppo cum pertinentiis suis, uillam et grangiam de Sancto Eugendo cum hominibus et pertinentiis suis, hospitale de Castellione cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Petri de Donatio cum pertinentiis suis, jus patronatus quod habetis in ecclesiis de Sancto Remigio et de Sancto Eugendo et de Stipulis. In ciuitate et diocesi Iporiensi ecclesiam Sancti Michaelis de Cursoria cum pertinentiis suis, Sancti Martini de Plano, Sancti Stephani de Monte, de Grimoldens, de Fauria et Sancti Saluatoris de Burgaro Masino ecclesias cum pertinentiis earumdem. In ciuitate Vercellensi ecclesiam Sancti Bernardi de Vercellis cum pertinentiis suis. In diocesi Vercellensi ecclesiam Sancti Secundi cum pertinentiis, annuum redditum sex librarum Viennensium quem percipitis ab abbate et conuentu Sancti Andree Vercellensis pro capella de Sancto Germano. In diocesi Nouariensi ecclesiam Sanctorum Philippi et Jacobi cum pertinentiis suis. In diocesi Taurinensi ecclesiam Sancti Bernardi cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Martini de Cyriaco cum pertinentiis suis et annuum redditum duodecim librarum Papiensium quem percipitis a fratribus ordinis Humiliatorum de Cliuasio pro ecclesia quam habetis ibidem. In diocesi Messanensi ecclesiam Sancti Petri de Capiz cum capellis dependentibus ab eadem et aliis pertinentiis suis. In ciuitate et diocesi Bisuntinensi cellam de Bisuntio cum omnibus pertinentiis suis, cellam de Asclens cum pertinentiis suis, grangiam de Sancto Pharel cum pertinentiis suis, cellam de Bellaaqua cum pertinentiis suis et hospitale de Salins cum pertinentiis suis. In diocesi Lingonensi hospitale de Valle de

Senson cum pertinentiis suis, grangiam et vineam quas habetis in loco qui dicitur Pratet cum pertinentiis earumdem, hospitale de Vorzy cum pertinentiis suis, cellam quam habetis apud Barrum super Secanam cum pertinentiis suis. In diocesi Eduensi cellam Sancti Bernardi sub Monteregali cum pertinentiis suis et unam prebendam quam habetis in ecclesia de Espesses. In ciuitate Trecensi hospitale Sancti Bernardi cum grangiis, redditibus et omnibus pertinentiis suis. In diocesi Trecensi hospitale quod dicitur Domus Dei de Seçana cum grangiis, possessionibus et omnibus pertinentiis suis. Juxta Remis hospitale quod dicitur Dei Meritum cum pertinentiis suis. In diocesi Remensi grangiam que dicitur La Folia cum pertinentiis suis. In diocesi Metensi cellam de Ponte Sancti Vincentii cum pertinentiis suis. In diocesi Antisiodorensi hospitale Sancti Bernardi de Apagniaco cum pertinentiis suis, ecclesiam et villam de Branches ac homines et jurisdictionem temporalem quos habetis ibidem. In Anglia, in diocesi Londonensi ecclesiam de Haueringes que dicitur Musterium Cornutum cum capellis dependentibus ab eadem, necnon decimas, homines, possessiones et quicquid juris habetis ibidem, et manerium de Sothona cum pertinentiis suis. Item decimas, redditus, prouentus et quicquid juris in ecclesiis, capellis, cellis, grangiis et hospitalibus supradictis cum terris, pratis, uineis, nemoribus, vsagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in uiis et semitis et omnibus aliis libertatibus et inmunitatibus suis. Sane noualium uestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in hospitali uestro professionem

fas sit sine prepositi sui licentia de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promouendi a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochie uestre, si eam habetis, nullus sine assensu diocesani episcopi et uestro capellam seu oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegiis Romanorum pontificum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusue personis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus nec eorum deuotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi tamen excommunicati uel interdicti sint aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salua tamen justicia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad jus ecclesiarum uestrarum spectantes et que ab aliis detinentur redimendi, reducendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent restituendi libera sit uobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte uero te eiusdem loci prepositu uel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quauis subreptionis astutia seu uiolentia preponatur nisi quem fratres communi consensu uel fratrum maior pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in pos-

terum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus vt infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus hospitali uestro concessas, nec non libertateset ex emptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus quoque vt nulli omnino hominum liceat prefatum hospitale temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica justicia et in predictis decimis moderatione consilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum ipsum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Dni Redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Dni nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(L. S.) (Monogr.)

Honorius catholice ecclesie episcopus SS.

† Ego Franciscus Benteuengia Albanensis episc. SS.

† Ego Fr. Latinus Ostiensis et Uelletrensis episc. SS.

† Ego Fr. Jeronimus Penetrisnus episc. SS.

† Ego Hugo tt. Sancti Laurencii in Lucina presbiter cardinalis SS.

† Ego Comes tt. Sanctorum Marcelli et Petri presbiter cardinalis SS.

† Ego Gaufridus tt. Sancte Susanne presbiter cardinalis SS.

† Ego Matheus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis SS.

† Ego Jordanus Sancti Eustachii diaconus cardinalis SS.

† Ego Jacobus Sancte Marie in Via et lata diaconus cardinalis SS.

Datum Rome, apud Sanctam Sabinam, per manum magistri Petri de Mediolano sancte Romane ecclesie vice cancellarii, III idus junii, indictione XIIII, incarnationis dominice anno M°.CC°.LXXXVI°, pontificatus vero dni Honorii pape IIII anno secundo.

Bulla plumbea: HONORIVS. PP. IIII.

952

Egidius de Casuri investit d'un fief Pierre du Palais, chanoine de Sion.

Sion, 1286, 13 juin.

Archives de la ville de Sion.

Anno Dni M°.CC°LXXXVI°, indicione XIIII[a], idus junii, in ciuitate Sedun., in cymiterio beate Marie ecclesie cathedralis, dnus Petrus de Palacio canonicus Sedun. recipiens ab Egidio filio quondam dni Guidonis de Casuri doctoris legum inuestituram feudi quod idem dnus Petrus et antecessores eius tenent seu tenuerunt a bone memorie dno Armando de Saxo de Narres milite et antecessoribus et successoribus eius, reco-

gnouit se tenere ab eis in planum feudum domum suam sitam in ciuitate Sedun., in vico Prati dni episcopi, et vnam fossoratam vinee que iacet apud Bouson, pro quo feudo idem dnus Petrus confessus fuit se debere predicto Egidio nomine suo, dne Agnetis matris sue et fratrum suorum decem sol. placiti in mutatione dni vel feudatarii, item viginti sol. expendendos communiter in hospicio, ita quod idem dnus Petrus sit hospes cum duobus famulis donec predicti viginti sol. sint communiter expensati, quibus communiter expensatis dictus dnus Petrus non tenetur dnis dicti feudi aliam credenciam seu traity facere, donec de dictis viginti sol. a dnis dicti feudi fuerit persolutus, asserens quod dicta traity et credencia fuit facta prefato dno Armando per Petrum de Randogny quondam patrem ipsius dni Petri, de qua traity siue credencia dicti Petrus et Petrus pater et filius non fuerunt postea persoluti. In hiis autem omnibus prefatus dnus Petrus et Egidius sibi deliberacionem plenariam reseruarunt. Testes: dnus Rodulphus dictus de Grona canonicus Sedun., Petrus de Magy, Johannes Amici de Nas, presbiteri, Willelmus de Augusta rector hospitalis Sedun., Willelmus Albi de Granges domicellus et ego Walterus Magistri de Seduno notarius presens instrumentum redegi et signum meum apposui.

953

Jacques de Noville, chanoine de Sion, vend un cens de 16 fichelins de seigle à l'hôpital de Sion.

Sion, 1286, 27 juin.

Archives de la famille de Torrenté, Copie du XVe siècle.

Notum sit quod ego Jacobus de Nouilla canonicus Sedun., laudacione Johannis de Nouilla fratris mei, vendidi pro XIIII

lb. Maur. Willelmo de Augusta clerico, rectori hospitalis Sedun., sexdecim fichillinos silliginis censuales et quatuor den. seruicii et sex sol. placiti. Quorum modium debent Arencius de la Mura et Willermeta vxor eius super viridario suo sito apud Platta. Quatuor vero fichillini debentur michi pro tercia parte molendini superioris de Bayart, quos debet Willelmus des Plans tenens dictum molendinum. Actum Seduni, V° kl. julii, anno Dni M°CC°LXXXVI°, Rodulpho imperante, Petro episcopante.

954

Emprunt contracté par les frères Boson et François, coseigneurs de Nernier.

1286, juin.

Ann. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 127, ex arch. Agaun.

* Boso et Franciscus fratres, domicelli, condni Nerniaci, vendunt Petro de Sancto Germano civi Geben. et Johanni dicto de Novilla de Sancto Mauricio XV lb. et X sol. Maur. annui redditus et VII modios et VI cupas ordei et duos modios et VI cupas fabarum annuatim percipiendos super hiis que dicti fratres habent in valle de Ylliez et in parrochia de Tribus torrentibus, pro precio CCXX lb. Maur. Laudat venditionem Guillielma uxor dicti Bosonis. Datum anno Dni M.CC.LXXXVI, mense junii.

955

François de Viége donne en fief l'alpe de Guinals.

Viége, 1286, 22 juillet.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Franciscus

filius dni Jacobi militis de Vesbia, laudatione Agnetis vxoris mee, pueri erant impuberes, vendidi, finaui et dimisi in feudum pro sexdecim lb. solutis et sex denariis seruicii in festo beati Martini uel duplum in crastino et pro duodecim denariis placiti, omni alia exactione remota, Petro in dem Beckem de Oysel filio Petri, Willermo, Anselmo filiis Petri im Holz et Willermo filio Henrici im Holz et participibus eorum et heredibus eorum tres partes in superiori alpe que vocatur Guinals et stauela pertinentia ad tres illas partes cum casamentis, viis et cum pertinenciis, et retinui michi et meis heredibus in supra dictis tribus partibus jurisdicionem et . . . . . que omnia erant quondam Chononis domicelli de Castellun. Item retinui michi et meis heredibus omnes querelas et querimonias quas ego uel dictus Chono habebamus uel habere poteramus super Anselmum de Rufinun de Oysel et cum participibus eius et super Johannem filium Petri molendinarii de Castellun. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur : Dnus Jacobus, Marguardus de Balchyedro, Joncelmus filius dni Petri, Petrus Kofman de Castellun et Petrus capellanus de Vespia, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, uice Normandi cantoris et cancellarii Sedun. Cui si quis, etc. Actum apud Vespiam anno Dni M°.CC°. LXXX°.VI°, XI kl. augusti, imperio vacante, Petro episcopante.

(Levata VII° idus augusti, anno Dni M°CCC° decimo).

Il y a évidemment erreur dans les indications chronologiques de cette charte : en 1286 l'empire n'était pas vacant et le chantre Normand était mort. D'un autre côté, la vacance de l'empire a cessé en 1273 par l'élection de Rodolphe de Habsbourg, et Pierre d'Oron n'a été élu évêque de Sion que vers la fin de l'année 1274. Il est ainsi impossible de concilier ces différentes indications chronologiques.

Il est cependant possible que la date elle-même soit exacte. Remarquons, en effet, que nous n'avons ici qu'une expédition de l'acte faite (*levata*) en 1310; or, dans les minutes les notaires n'inscrivaient pas à l'ordinaire les noms du chancelier, de l'empe-

reur ni de l'évêque ; et ces noms n'étaient insérés que dans l'expédition elle-même. Lorsque, comme dans le cas présent, une nouvelle expédition se faisait d'après la minute, longtemps après la stipulation de l'acte, on comprend que les erreurs de ce genre étaient faciles.

956

Agnès, *salterissa* de Saint-Maurice, cède à Martin, curé d'Hérens, ses droits sur une vigne située en Lentine.

Sion, 1286, 18 août.

Archives de Valère. — M. D. R. XXIV, 381.

' Alix salterissa de Sancto Mauricio, filia quondam Walteri Lupi de Castellione, Petro filio suo clerico presente, pro XXV lb. quittat magistro Martino curato de Heruens, ciui Sedun., quicquid juris habebat super quadam vinea en Lentina, quam dicebat sibi datam fuisse a quondam Petro Aremberti primo marito suo, dicto magistro asserente quod dicta vinea sibi vendita fuit a magistro Alberto carpentatore, cui Alberto dnus Aymo de Castellione frater dicte Alix miles vendiderat jam elapsis octo annis. Testes : dnus Petrus vicarius de Magy, Johannes sacerdos frater magistri Martini, etc. Datum Seduni, anno Dni M.CC. LXXX.VI, XV kl. septembris, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

957

Philippine, sœur de Guillaume Hyrisson, donne un fichelin de froment de cens à la confrérie du Saint-Esprit, à Sion.

Sion, 1286, 12 septembre.

Archives de Valère.

' Notum sit quod ego Phelippa soror Willermi Hyrisson de

Ayent dedi post decessum meum confratrie Sancti Spiritus de Seduno et confratribus eiusdem confratrie vnum feschelinum frumenti censualem, quem acquisiui a Petro Castaing ciui Sedun., in dedicacione Sedun. persoluendo, quem debet Johannes filius donne Mabilie de Malerna, et cartas super hoc confectas reddidi mistralibus confratrie supradicte. Actum Seduni, II idus septembris, anno Dni M°.CC°.LXXX° sexto, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

Au revers du parchemin.

Si vis invenire cartam emptionis dicte Philippe de dicto fich. fr^li^, facias eam requirere in registro cancellarie Sedun., videlicet in quaterno de Aent, anno Dni M°CC°LXXXVI, tenor talis est.

Notum, etc., quod ego P. Casteras ciuis Sedun. vendidi et fi. pro XVII sol. Maur. Phe. sorori Wi. Herisson de Aent ciui Sedun. I fich. fru^li^ etc.

958

Manumission de deux hommes taillables à miséricorde.

Lugrin, 1286, 14 décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 135, ex arch. Agaun.

* Petrus dictus de Castellione de Lugrino domicellus, Jacobus clericus frater eius, Willermus, Aymo et Reymundus filii dicti Petri manumittunt Perretum filium a la Marya de Champery et Johannetum maritum Willermete sororis ejusdem Perreti talliabiles ad misericordiam, ita quod sint homines ligii et liberi ipsorum, pro XXVII lb. Maur. Datum apud Lugrinum, anno Dni M.CC.LXXXVI, XIX kl. januarii.

959

Pierre, évêque de Sion, investit le sénéchal Guillaume des droits de la sénéchalie, et le chapitre ratifie cette investiture.

Sion, 1287, 7 janvier et 13 février.

Liber instrumentorum de Seduno, etc., fol. 26 et 27.

Nos Petrus Dei gratia Sedun. episcopus notum facimus vniuersis quod nos uidimus et diligenter inspeximus quamdam litteram sigillatam tribus sigillis, non vitiatam, non corruptam, cuius tenor est superius descripta [1]. Nos uero Petrus Dei gratia Sedun. episcopus predictus, certificati de jure siue juribus senescallie prout superius continetur, virum nobilem dnum Vullermum senescallum nostrum militem et curie Sedun. de predictis juribus et suis rationibus in senescallia per presentem litteram inuestimus, ipsum in corporali possessione inducentes. In cuius rei testimonium presenti littere sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Seduni, VII idus januarii, anno Dni M°CC°LXXX° septimo.

Capitulum Sedun. vniuersis presentes litteras inspecturis subscriptorum notitiam cum salute. Noueritis nos uidisse et legisse de uerbo ad uerbum quasdam litteras sigillatas uero sigillo pendente reuerendi patris dni Petri Dei gratia episcopi Sedun., non abolitas, non cancellatas, nec aliqua parte sui diminutas, quarum tenor talis est: Nos Petrus Dei gratia, etc. (ut supra.) Que omnia predicta contenta in dictis litteris nos prefatum capitulum laudamus, approbamus et ratifficamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum in ecclesia Valerie, idus februarii, anno Dni M° ducentesimo LXXX^mo^ septimo.

[1] Voy. pag. 177, n° 777.

960

Pierre, évêque de Sion, approuve un échange de maison fait entre Pierre Casteins et Guillaume d'Aoste.

Sion, 1287, 13 janvier.

Archives de Valère.

Notum, etc., quod nos Petrus Dei gratia Sedun. episcopus, audita permutatione domus quam Petrus Casteins fecit Willermo de Augusta rectori hospitalis Sedun. de domo lapidea que quondam fuit Willermi de Sancto Paulo inter duos vicos, in ciuitate Sedun., iuxta magnum pontem et aquam de la Siuna, ac de cameris eidem domui adiacentibus, que camere sunt de feudo nostro, dicto Willermo laudamus dictam permutationem, retentis antiquis vsagiis, videlicet VIII den. serv. et II sol. placiti. Testes: dnus Anselmus de Saxons, dnus Jordanus de Blexens, milites, dnus Johannes frater magistri Martini presbiteri, Nicholaus filius dni Rainaldi di Martigniaco militis, et ego magister Martinus, etc. Actum Seduni, ydus januarii, anno Dni M°.CC°LXXX septimo, Rodulpho regnante, Petro episcopante.

961

Le chevalier Vautier de Chamoson est subrogé aux droits de Pierre et de Guillaume de La Tour pour un cens dû par l'évêque de Sion.

Sion, 1287, 21 janvier.

Archives de Valère. Registrum cancel. Sedun. — M. D. R. XXIV, 402.

Notum, etc., quod cum bone memorie dnus Henricus episcopus Sedun., predecessor noster, accepisset titulo pignoris

seu obligationis a dno P. de Turre seniore milite et Willermo de Turre domicello XIIII lb. Maur. censuales in quibus mensa episcopalis tenebatur eisdem annuatim super Contaminis et Plantatis pro XLVI marchis argenti, iidem miles et Willermus voluerunt et preceperunt dno P. de Orons episcopo Sedun. ut de dictis XIIII lb. censualibus dno Walthero de Chamoson militi, genero dicti Willermi, in posterum responderet et dicta mensa episcopalis et idem Waltherus dictas XLVI marchas solueret dno episcopo memorato ad redimendum obligationem et pignus memoratum. Ad hoc fuerunt testes: dnus Jordanus de Blessens, dnus Jacobus de Mar, dnus Rain. de Martigniaco, milites, Anthonius de Vesbia, Gothefredus de Morgia, Willermus de Plantata Martigniaci, Ro. de Gresie, Nicholaus filius dicti dni Rain., domicelli, Ay. Monteillier et magister Martinus qui hanc cartam leuauit Seduni, XII kl. februarii, anno Dni M°CC°LXXX°VII°, Ro. regnante, P. predicto episcopante.

962

Sentence au sujet de l'héritage de Marquard de Mœrel, chevalier.

1287, 21 janvier.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

In presentia D. Walteri de Chamoson militis, vices gerentis in temporalibus D. Petri episcopi, comparuit Thomas Viosia (?) miles, deputatus nomine episcopi, ex una parte, et Nicolaus de Glurigen filius D. Marquardi de Morgia militis, ex altera, pro sedanda discordia vertente super eo quod Nicolaus petebat hereditatem sui patris quam tenet episcopus, et fuit sopita quod Nicolaus percipiat hereditatem predictam a Massona superius et medietatem dicte hereditatis inferius pro homagio

faciendo episcopo ; alia medietas infra Massonam sit episcopi. 12 kl. februarii, 1287.

10 kl. decembris, 1287, fidejubet Nicolaus quod satisfacere velit pronuntiato premisso.

963

Donation en faveur de l'hôpital de Jérusalem.

Sion, 1287, 8 février.

Archives de Valère, Regist. Martini de Seduno.

* Agnes relicta Vldrici de Grimisua ciuis Sedun. dat hospitali de Jherusalem C sol. Maur. semel, soluendos infra annum post obitum suum fratri P. de Vallibus rectori domus de Sarqueno, nuncio dicti hospitalis. Datum Seduni, anno Dni M.CC.LXXXVII, VI idus februarii, Petro episcopante.

964

L'évêque de Sion donne au chapitre les fruits des canonicats vacants qui appartenaient à la mense épiscopale.

1287, 11 février.

Archives de Valère, Registrum cancell. Sedun.

Notum, etc., quod nos Petrus Dei gracia Sedun. episcopus, considerata euidenti necessitate capituli Sedun., vt thesaurus ecclesie castrum Valerie custodiatur firmius et vt ipsa ecclesia diligentius officietur, damus et concedimus perpetuo pro cotidianis distribucionibus ampliandis nostro capitulo memorato omnes fructus qui solent ad nostram mensam episcopa-

lem canoniarum vacantium deuenire. Ad hec fuerunt testes dnus Jaco. de Nouilla, dnus P. de Leucha, Anthonius Huboldi, dnus Franciscus de Curia maiore, canonici Sedun., dnus Willermus senescalcus Sedun. miles, Nicholaus filius dni Rayn. de Martigniaco militis, P. de Viuiaco, frater Ro. conuersus claniger curie Sedun. et magister Martinus qui hanc cartam leuauit Seduni, III ydus februarii, anno Dni M°CC°LXXXVII°, Ro. regnante, P. predicto episcopante.

965

Testament de Pierre d'Oron, évêque de Sion.

Sion, 1287, 12 février.

Archives de Valère, F. 111.

† In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Nos P. Dei gracia Sedun. episcopus, sanus mente licet infirmus corpore, attendentes quod nichil est quod magis hominibus debeatur quam quod supreme voluntatis liber sit stilus, et liberum quod iterum non redit arbitrium nostrum, condimus et facimus testamentum nuncupatiuum in modum inferius annotatum, in presencia testium infrascriptorum et ad hoc a nobis vocatorum et rogatorum. In primis eligimus sepulturam nostram in nostra ecclesia Sedun., et concedimus capitulo nostro in quantum possumus pro remedio anime nostre quod omnes fructus canoniarum vacantium qui solent ad mensam nostram episcopalem deuenire primo anno quo vacabant, ad dictum capitulum deuoluantur in futurum pro cotidianis distribucionibus augmentandis, quia per hec (preu)idimus quod ecclesia Sedun. diligencius officiabitur et fiet custodia firmior castri Valerie, quod est thesaurus ecclesie principalis. Item legamus curato Sedun. XX sol. Maur., in quibus capitulum ni-

chil percipiat. Item damus et legamus Giroldo de Xyens, Humberto barbitonsori nostro, Nicholao dal Crest, Perrierdon, Willermo Baul, Hugoni de Pousye et Morascano familiaribus nostris cuilibet XL sol. Maur. Item legamus ou Wixo et Ro. dicto Vilan et Johannygnye seruientibus nostris cuilibet XX sol. Maur. Item Nicholao Raynaldi camerario nostro L sol. Maur. Item Johanni de Viuiaco III modios vini. Item Humberto nepoti nostro, dicto Chapel, vnum runcynum quem emimus a Gothefredo des Raspes. Item Peterlino de Conches clerico nostro XL sol Maur. Item Walpheuroc de Seya LX sol. Maur. Item Ro. de Graygnerueyz, Walthero fratri suo, Walthero Champyon, Fabro de Raroygnya, Donzello dEscandulins, ou Mayorat et Ruffo Mazerenc, cuilibet ipsorum XL sol. Maur. Item damus et legamus Henrico de Macde, P. filio suo, Petro de Vercorens ou Sarrazin, cuilibet ipsorum XL sol. Item Jacobo Forester, P. Coci, Warnero Porterii, cuilibet ipsorum XL sol. Item cuilibet altari in ciuitate Sedun., in ecclesia inferiori et superiori, quinque sol. Maur. Item hospitali, capellis Sancti Pauli, Sancti Michaelis, Sancti Petri, Sancti Genesii cuilibet V sol. Item fratri Ro. celerario nostro IIII lb. Maur. Volumus autem quod omnia predicta dnus Waltherus de Chamoson miles exequatur de bonis nostris mobilibus ad mensam nostram pertinentibus et clamores nostros emendet in quantum se poterunt extendere dicta bona, quorum quo ad predicta ipsum constituimus et ordinamus executorem nostrum, et rogamus ipsum ut dictam executionem recipiat, et pro labore suo legamus eidem sex modios vini percipiendos ab eodem de primis receptis castri Sete. Item donamus et legamus dilecto fratri nostro G. de Orons fratri nostro (sic), cantori Lausan. et decano Valerie, omnia bona nostra mobilia et immobilia, vbicunque sint et vbicunque a castro Martigniaci inferius et superius, si patrimonialia inuenirentur uel alia qui non essent de mensa, et volumus quod dictus frater noster det pro re-

medio anime nostre abbatie Altecriste, Lausan. dyoc., C sol. Lausan., hospitali Sancti Bernardi in Monte Jouis LX sol. Laus., item cuilibet abbacie existenti in dicta dyocesi Lausan. XX sol. Laus., et omnia alia que anime nostre salubrius viderit expedire faciat. Item volumus quod dictus dnus Waltherus inquirat per iuramentum dni Rainaldi de Martigniaco veritatem de quadam cuppa argentea a dicto dno Rainaldo accomodata, ut asserit; quod si per iuramentum dicti dni Rainaldi inuenerit esse prout asserit, de restitucione conueniat cum eodem. Item volumus, ordinamus et legamus magistro Ro. de Romanmostier medico C sol. Laus. Item magistro Martino capellano nostro C sol. Maur.; et volumus quod dictus dnus Waltherus eisdem satisfaciat de bonis nostris episcopalibus supradictis. Volumus eciam quod si quam aliam donationem facimus per nostram litteram uel alio modo legitimo, quod robur habeat firmitatis. Volumus autem quod hec vltima voluntas nostra valeat iure testamenti nuncupatiui, quia testamentum nuncupatiuum facere intendimus, quamuis ipsum in scriptis redigi fecerimus vt melius memorie commendetur; et si non valeret iure testamenti nuncupatiui, valeat iure codicillorum et iure cuiuslibet alterius vltime voluntatis. Ad hec fuerunt a nobis testes vocati et rogati: P. de Billens canonicus Lausan., dnus Nicholaus de Baignes, dnus Jaco. de Nouilla, P. de Herdes, dnus Franciscus de Curia maiori, Anthonius Huboldi, Petrus de Vesbia, canonici Sedun., et dnus P. de Leucha can. Sedun., dnus Willelmus senescalcus miles, magister Rodulphus de Romano monasterio, dnus Jo. de Ayllyo, dnus Jacobus incuratus de Boullo, Nicholaus Raynaldi, Willelmus Pelerini de Lausanna, Johannes de Villa noua, Hubertus Chappelz, et rogauimus viros venerabiles dnum P. de Leucha, dnum Nicholaum de Baignes, P. de Herdes, dnum Franciscum, Anthonium Huboldi, dnum Jacobum de Nouilla, can. Sedun., dnum Willelmum senescalcum, dnum Johannem

de Allyo, dnum Jacobum Agassat et magistrum Martinum capellanum nostrum, ut presenti vltime voluntati nostre sigilla sua apponant et idem magister Martinus inde publicum faciat instrumentum. Et nos predicti rogati ad sigillandum sigilla nostra vna cum sigillo ipsius reuerendi patris ipsi vltime voluntati duximus apponenda. Datum et factum Seduni, feria quarta ante festum beati Valentini, anno Dni M°.CC°.LXXX°. septimo.

Restent les sceaux plus ou moins intacts de

PET D LEV....AN. Tête en profil, étoile derrière.

NICHOLAI D BAGNES CAN SEDVN. Agneau, croix allongée, banderolle, deux étoiles.

PETRI D HE....CANO SEDVN. Personnage à genoux, sous une niche.

S FRANC.... Aigle éployée.

ANTO....CAN SEDVN. Aigle éployée.

S WILHI SENESC(AL)CI SEDVNEN. Deux personnages marchant, le premier plus grand que le second, habillés d'une robe qui descend jusqu'aux genoux; le premier a un bâton à la main gauche et de la droite tient un objet qui est probablement un vase. La partie supérieure du corps du second est endommagée.

S JOHIS D A....PELLNI. Fleur de lys surmontée d'une étoile.

IACOBI CV(RA)TI DE BVL(LO). Main tenant une clef à double penne, avec une étoile à gauche et un croissant à droite.

S....RI..RTINI. Main, trois doigts élevés, étoile de chaque côté.

966

Mort de Pierre d'Oron, évêque de Sion.

1287, 18 février.

Archives de Valère, Nécrologe inédit de l'église de Sion, du milieu du XIV° siècle.

XII kl. martii (18 février). Obiit dnus P. de Orons episcopus Sedun. qui dedit XXXVI sol. Maur. redditus super talia suo-

rum hominum de Brignon, quos debet collector dicte talie decanus eius frater.

Nécrologe de l'église de Lausanne, ap. M. D. R. XVIII, 110.

13 februarii. Obiit Petrus de Orons episcopus Sedun., pro quo celerarius in missa anniversarii presentibus distribuit II panes cuilibet, item magis II quart. vini cuilibet.

Comme on le voit, les Nécrologes des églises de Sion et de Lausanne indiquent la mort de Pierre d'Oron à deux jours différents. Il est naturel d'accorder plus d'autorité au premier.

967

Jacques de Noville, chanoine de Sion, donne en fief un verger et une maison à Martin Malnaura.

Sion, 1287, 18 mai.

Archives de Valère, P. 152.

' Notum sit quod ego dnus Jacobus de Nouilla canonicus Sedun., laudatione capituli eiusdem loci, dedi in feodum in perpetuum pro vno modio siliginis censuali Martino dicto Malnaura viridarium meum situm iuxta molendinum de Stra ex una parte et aquam de Seduna ex altera, cum domo sita in dicto uiridario et omnibus appendiciis suis. Quod si ego dictus Martinus deficerem in solutione dicti census prefato dno Jacobo, assigno sibi in garenciam vineam meam sitam apud Sanctam Christinam, item campum meum situm en Turbillon in pendente uersus Rodanum. Testes Anthonius Uboldi, Petrus de Uesbia, canonici, et Johannes sacerdos frater magistri Martini, qui hanc cartam leuauit, uice capituli Sedun. cancellariam tenentis. Actum Seduni, XV° kl. junii, anno Dni M°.CC°.LXXX° septimo, Rodupho regnante, sede Sedun. vacante.

968

Testament de Pierre d'Erdes, chanoine de Sion.

1287, 31 mai.

Archives de Valère, F. 182.

Ego Petrus de Herdes canonicus Sedun., curatus ecclesie de Contez, dispono testamentum meum in hunc modum. In ecclesia Sedun. meam eligo sepulturam. Instituo michi heredes Rodulphum et Humbertum in bonis meis qui michi euenerunt tam ex paterna quam ex materna successione. Item ordino ut in ecclesia de Valeria vnum altare construatur in honore beatissime virginis Katherine, cui altari continue deseruiat vnus sacerdos bonus et honestus, qui missam in altare predicto ter in ebdomada ad minus celebrare teneatur, vnam pro remedio anime mee et antecessorum meorum et omnium fidelium defunctorum, aliam vero de B. Maria et terciam de B. virgine Katherina, et nichilominus teneatur horis canonicis in ipsa ecclesia continue interesse. Pro supradictis exequendis lego vnum modium siliginis censualem, item vineam quam acquisiui a Theodolo ciue Sedun., item triginta sol. cens., item vineam apud Mulignon. Item lego viginti sol. Maur. annuales ecclesie Sedun., item alios decem sol. Item lego episcopo Sedun. centum sol. semel. Item volo quod persoluantur de bonis meis viginti lb. Maur., (quas) pater meus relinquit pro duobus clientibus mittendis in subsidium Terre Sancte, quando esset generale passagium. Item lego decem lb. pro vno cliente mittendo in subsidio Terre Sancte in passagio generali. Item lego Humberto fratri meo et heredibus suis quos suscepit ab Agnete vxore sua acquisitum quod feci ab Hum-

berto de Bez filio quondam Willermi de Bez, in recompensationem dotis dicte Agnetis alienate, item triginta quinque lb. quas michi debet dnus Willenchus de Grimisua miles. Item lego centum sol. pro ornamentis ecclesiasticis emendis et pauperibus ecclesiis largiendis infra dyocesim Sedun. Item relinquo decem lb. Maur. semel ponendas pro edificatione altaris quod precipi edificari in ecclesia de Valeria, si contingeret me decedere ante edificationem ipsius altaris. Item lego altari quod construxi in ecclesia Sancti Seuerini a parte domus ecclesie, omnia que continentur in littera sigillo dni episcopi Sedun. sigillata. Item relinquo Johanni nepoti meo altare quod dotaui in ecclesia Valerie. Item constituo Nicholaum nepotem meum seruitorem perpetuum in ecclesia de Contez in altari quod ibi construxi. Item dono dno Francisco et Aymoni fratribus meis tale acquisitum quale feci a dna Emma matre ipsorum et recollecturam quartarum de Neynda, item decem lb. semel. Statuo executores meos dnum Petrum decanum, dnum Nicholaum de Bagnes, dnum Franciscum fratrem meum, can. Sedun., et dnum Rainaldum de Martigniaco militem. Magister Martinus hanc cartam leuauit, II° kl. junii, anno Dni M°CC°LXXX°VII°, Rodulpho regnante, sede vacante.

Le chanoine Pierre d'Erdes est mort le 2 juin. Voy. *Nécrologe de Sion*, 271.

969

Testament de Pierre du Palais, chanoine de Sion.

Sion, 1287, 18 juin.

Archives de Valère, F. 122.

* Ego Petrus de Palatio canonicus Sedun. dispono testamen-

tum meum in hunc modum. Primo recommendo animam meam dno nostro Jhesu Christo et B. M. V. et B. Theodolo patrono meo in ecclesia Sedun., et in ipsa ecclesia cum auunculo meo dno Nicholao meam eligo sepulturam. Instituo heredes meos Jaquetam sororem meam et Willermum filium suum in bonis que michi uenerunt ex successione paterna et materna. Item cum dnus Nicholaus auunculus meus michi et patri meo mutuasset XXX lb. Maur., insuper receperim XXV lb. Maur. nomine executionis sue de bonis suis et ipse in sua vltima uoluntate onerauerit de IIII^or^ clientibus mittendis in subsidium Terre Sancte, ad quos mittendos, ut in sua vltima voluntate retulit, tenebatur tam pro se, patre suo, quam pro matre bone memorie dni episcopi Bosonis et pro fratre suo Willermo dicto Bon, quorum pecunias receperat pro mittendis clientibus in subsidio dicte Terre, nec preventus morte potuit adimplere, ego do LIII lb. Maur. pro dictis IIII clientibus in Terre Sancte subsidio dirigendis, per executores meos eligendis quam citius obtulerit se facultas. Item lego capitulo Sedun. unum modium frumenti et duo siliginis, de quibus vnum siliginis teneantur pauperibus erogare, cum a predecessoribus meis extiterit institutum, et VI fischilinos teneantur solvere domui Montisiouis, et II sol. serv. in natali Dni solvendos dno Ludouico Huboldi militi, a quo habetur in feudum. Etc. Executores instituo dnum Franciscum de Herdes canonicum Sedun. et dnum Vldricum de Laques similiter canonicum Sedun. et Borcardum clericum meum. Testes : dnus Rodulphus de Gronna, dnus Franciscus de Herdes, canonici Sedun., dnus Johannes canonicus Montisiouis, dnus Jacobus de Mura, sacerdotes, magister Nicholaus dyaconus de Bisuncyo, etc. Et ego magister Martinus qui, etc. Actum Seduni, XIIII kl. julii, anno Dni M°.CC°.LXXX°VII°, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

970

Etienne, pontonnier de Riddes, donne en gage son droit de pontonnage à Guillaume de Drone.

Sion, 1287, 8 septembre.

Archives de Valère, Registrum Martini de Seduno notarii.

* Notum, etc., quod Stephanus pontanarius de Ridda confessus est se debere Willermo de Dronna ciui Sedun. et burgensi S^ti^ Mauricii Agaun. XXXI lb. et VII sol. Maur. ex causa mutui. Quam summam assignat recuperandam super pedagio pontis de Ridda, videlicet super vno obolo quod percipit in qualibet balla transeunte per dictum pontem, sub hac conditione quod terciam partem dicti pedagii percipere debet pro salario suo, usque ad plenam solutionem. Testes : dnus Walterus de Chamoson miles, Gothefredus de Morgia, Ro. de Ventona, domicelli. Seduni, VI idus septembris, anno Dni M°.CC°.LXXXVII°, sede vacante.

971

Vente faite par Jacques et Aymon de Saillon à Ulric de Rarogne, chevalier.

Aigle, 1287, 22 novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 172, ex arch. Agaun.

* Jacobus et Aymo fratres, filii quondam dni Petri de Sallione militis, de consensu Agnetis uxoris Jacobi et Petri filii sui, vendunt dno Huldrico de Rarognia militi quicquid juris et dominii habebant ex parte Willermi quondam de Sancto Leonardo cognati sui in districtu parrochie de Viegy et in terri-

torio de Poncirro, maxime a villa de Leucha superius, pro XXV lb. Maur. Testes : W. curatus de Ormont, etc. Datum apud Alyum, anno Dni M.CC. LXXXVII, in festo beate Cecilie.

972

Inféodation faite à Guillaume Favre par Amphélise, veuve de Guillaume de Saillon.

Aigle, 1287, novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 668, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. CXXXI.

* Noverint, etc., quod Amphelisa uxor quondam W. de Sallione domicelli, per consilium dni P. Dei gratia Sedun. episcopi et Aymoneti et Jacobi fratrum de Sallione, dedit ad rectum feudum Willelmo Fabro domum quondam Jacobete dicte Brunery et ochiam sitam retro dictam domum pro LXX sol. bonor. Maur. Testes: dnus W. curatus de Alyo, dnus Aymo curatus de Yllies, Petrus vicednus. Datum apud Alyum, anno M.CC.LXXXVII, mense novembris.

La date de cet acte est évidemment erronée, puisque, en septembre 1287, l'évêque Pierre était mort.

973

Réversale d'Amédée V, comte de Savoie, en faveur des hommes de la vallée de Bagnes au sujet du droit de fourrage.

Sembrancher, 1287, 7 décembre.

Cibrario e Promis, Documenti, 221.

Nos Amedeus comes Sabaudie notum facimus uniuersis presentem litteram inspecturis quod cum homines de valle de Bagnies debeant nobis lo fourro quando pernoctamus ultra

pontem Sancti Brancherii versus Bagnies, et nobis hac vice persoluerint licet ultra dictum pontem non pernoctauerimus, nos non uolumus quod propter hanc solutionem dictis hominibus aliquod preiudicium generetur in futurum, confitentes quod ipsi non tenentur ad solutionem dicti fourro nisi quando ultra predictum pontem pernoctamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum apud Sanctum Brancherium, in crastino beati Nicolai, anno Dni M.CC.LXXX septimo.

974

Echange entre le chapitre de Sion et le chanoine Nicolas de Bagnes.

Valère, 1288, 28 janvier.

Archives de Valère, Registrum cancellarie Sedun.

* Notum, etc., quod nos J. cantor, P. decanus Sedun., totumque capitulum Sedun. dedimus perpetue ad requisitionem dni Nicholai de Bagnes concanonici nostri altari Sancti Jacobi, constructi in ecclesia nostra inferiori Sedun., nomine dotis stabulum quod habebamus (in ciuitate Seduni) libere et absque vsagio aliquo. Idem uero dnus Nicholaus dedit nobis in recompensationem dicti stabuli dominium prati siti en Bouson super Brignon cum agno seruicii soluendo in carnispreuio, quod pratum colunt Jo. Charboners et heredes eius ; de quo prato non debent remouere fenum sine nuncio capituli, tam in ordener quam en recort. Quod altare dotauit dictus dnus Nicholaus. Testes : Willermus senescalcus Sedun. miles, dnus Jaco. Bochuz sacerdos, frater Ro. ordinis cisterciensis, Marchus matricularius, Jacob. de Narres, P. de Uernamesia, clerici, et magister Martinus qui hanc cartam leuauit, Vallerie, V kl. februarii, anno Dni M°.CC°.LXXXVIII, R. regnante, sede vacante.

975

Donation faite à Perret Quartéry par Alisie veuve de Pierre de Collombey, chevalier.

Monthey, 1287 (1288), 3 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 454, ex arch. Agaun., Majus. minut., fol. CXXXII.

Notum sit quod dna Alisia relicta dni Petri de Columberio militis dedit et concessit Perreto Quarterii filio Petri Quarterii burgensis de Sancto Mauricio, tanquam bene merito, dum vixerit idem Perretus, quinquaginta sol. Maur. per annum pro una roba de colore, si sibi placuerit, facienda, quos dicta dna dicto Perreto assignavit percipiendos annis singulis super parte ipsius dne pedagii quod vocatur pedagium de Fucigniaco et quod percipitur apud Sanctum Mauricium. Idem autem Perretus promisit pro posse suo dare consilium predicte dne Alisie et nuntiis suis ad requisitionem suam in partibus Chablasii, ad missiones et expensas ejusdem dne, dum ipsum P. in patria morari contigerit et facere posset commode, in omnibus causis et negotiis ipsius dne contra quascumque personas ecclesiasticas et seculares, exceptis patre et fratribus. Actum apud Montheolum, III nonas februarii, anno Dni M.CC.LXXXVII, sumpto millesimo in Paschate.

976

Réversale des nobles et des communautés du Vallais au sujet de la nomination des châtelains des châteaux épiscopaux de la Soye, de Montorge et de Martigny.

Sion, 1288, 23 février.

Registrum Martini de Seduno notarii.

Notum, etc., quod cum dnus Waltherus de Chamoson, dnus

Thomas de Glourtingue, milites, Willermus de Morgia, Jo. de Vesbia, Warnerus de Rarognia, domicelli, ac burgenses Sedun. peterent et exigerent a capitulo Sedun., vacante sede, quod ipsum capitulum poneret castellanos in castris de Seya, de Monthorjo et de Martigniaco de ipsorum nobilium consilio et consensu et homines ligios mense episcopalis siue capituli, et hoc peterent et requirerent nomine nobilium terre Valesii et communitatum eiusdem loci, quorum requisitionem fecit capitulum memoratum, dicti nobiles, burgenses Sedunenses, nomine suo et communitatum predictarum, recognouerunt requisitionem predictam factam fuisse a predicto capitulo non ex debito sed de gracia speciali, nec volunt quod in posterum super predictis aliquod preiudicium prefato capitulo generetur uel etiam ecclesie Sedun. Testes omnes predicti, Anthonius, Jocelimus de Vesbia, dnus P. de Morgia sacerdos.... Ro. salterus de Chamoson.... Seduni, VII kl. marcii, anno Dni M°.CC°.LXXX°VIII°, Ro. R., sede vacante.

977

Pierre de Bex assigne la dot de sa femme sur le péage de Saint-Maurice.

Bex, 1288, 28 mai.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 453, ex arch. Agaun., Majus. minut., fol. CXXXIV.

* Noverint universi quod Petrus filius quondam Willelmi de Bacio domicelli confessus fuit se recepisse de dote Jaquete uxoris sue, filie quondam Petri Quarterii burgensis de Sancto Mauritio, XLIV lb. Maur. Quam dotem dictus Petrus assignavit dicte Jaquete super pedagium quod idem Petrus habet et percipit apud Sanctum Mauritium et quod acquisivit a dicto Petro

Quarterii et filiis suis, uidelicet Francisco et Jaqueto de dictis XLIV lb. Dicta vero Jaqueta dedit in perpetuum statim post decessum suum Francisco filio suo quem suscepit ab eodem Petro dictam dotem. Item dictus Petrus dedit et concessit donatione irrevocabili inter vivos facta et in avantagium ceterorum liberorum suorum, si quos ipsum Petrum de alia uxore habere contingeret, dicto Francisco filio suo albergamentum Mauritii Weelyon, quod debet homagium ligium cum quibusdam aliis usagiis, item tria albergamenta talliabilia. Testes: Perronetus Quarterii de Sancto Mauricio, Boso filius Aymonis Novel de Olono, Bosonetus filius quondam Rodulphi de Bacio et Johannes Fabri de Sancto Mauricio clericus, qui hanc cartam levavit, vice mei Petri de Frasciis cantoris Agaun. Actum apud Bacium, in domo dicti Petri, V kl. junii, anno Dni M°CC°LXXX° octavo.

978

Donation faite par Joffred de Chamoson, donzel, à son épouse en compensation des biens de cette dernière qu'il a vendus.

Grimisuat, 1288, 31 mai.

Archives de la ville de Sion.

Notum sit quod ego Joffreidus de Chamosone domicellus dedi et concessi Perrete vxori mee in recompensationem bonorum suorum de Ayent et de Heroens, videlicet hominum, reddituum, seruiciorum et aliarum rerum, excepta domo de Ayent que fuit quondam Amedei patris sui, que bona vendidit de uolontate mea pro nostris debitis persoluendis, vineam meam dou Chablo apud Ardun, et pratum meum de Bouanchy quod est octo sectatorum et iacet iuxta vineas dni Walteri de

Chamosone militis, fratris mei, item pratum meum dou Champes, quod est septem sectoratarum, item XX sol. Maur. apud Neynda censuales, qui habentur in feodum a dno Waltero fratre meo predicto. Item assignaui eidem Perrete octo sol. super partem meam contamine de Sancto Petro de Clages pro duabus sectoratis prati que vendidi de dote ipsius Perrete. Et hec laudauerunt dnus Walterus predictus, Johannes cantor Sedun. fratres mei. Testes: Giroldus prior de Ayent, Rodulphus de Gresiaco, Petrus de Saxon, Petrus dictus Escoz, domicelli, Aymo Mançons, Petrus Ruffus de Ayent et Leonardus de Lenz, qui hanc cartam leuauit. Actum apud Grimisolium, II kl. junii anno Dni M°.CC°LXXX°VIII°, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

979

Aymonette d'Ayent vend à Guillaume de Leycia tous ses droits sur l'alpe de la Chiseréta.

Ayent, 1288, 11 juin.

Copia litterarum de Ayent, fol. XI verso.

Notum, etc., quod ego Aymoneta filia quondam Aymedey de Ayent, laudatione Rodulphi de Gresiaco mariti mei, vendidi pro nouem lb. Maur. michi solutis et pro duobus sol. seruicii et IIII^{or} sol. placiti Vulliermo filio quondam donni Petri Leycya quicquid juris, rationis, actionis et dominii habeo in alpe de la Chisereta, etc. Testes : Petrus dictus Escotz, Vulliermus mistralis de Platea, Johannes Philipi et Petrus de Cliuis clericus, qui, etc. Actum apud castrum de Ayent, III idus junii, anno Dni M°CC°LXXX°VIII°, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

980

Jacques de Monthey, chevalier, confirme une vente.

Saint-Maurice, 1288, 10 août.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 179, ex arch. Agaun.

Jacobus de Montheolo miles, pro XII sol. placiti, confirmat venditionem duorum modiorum bladi decime de Murtinel et de Ruvina in parrochia de Yllies, factam per Willermum dou Morer de Alyo et Nycholaum filium ejus Johanni de Rovereins clerico. Testes : Willermus major de Montheolo et Petrus dictus de Frasciis cantor Agaun., etc. Datum apud Sanctum Mauricium, anno Dni M.CC.LXXXVIII, IV idus augusti.

981

Part assignée à Guigone, veuve de Jacques d'Anniviers, chevalier, sur les biens meubles de ce dernier, en cas qu'elle se remarie.

Sion, 1288, 29 août.

Archives de Valère, B. 28.

Nos Johannes cantor ecclesie Sedun. et sindicus ecclesie predicte, sede vacante, notum facimus vniuersis quod in nostra presentia ad hoc specialiter constituti dnus Ludowicus de Sirro miles, Godefredus de Morgia domicellus, tutores et curatores ordinati et constituti in isto negocio a nobis et a dno Jacobo de Nouilla canonico et sindico tunc temporis in dicta ecclesia, super omnibus mobilibus quondam dni Jacobi de Aniuesio militis, uice et nomine liberorum suorum, per dictos tutores et curatores de consilio amicorum hominum et adper-

tinentium habergamenti dicti dni Jacobi, ex vna parte, et dnam Guigonam vxorem predicti dni Jacobi et matrem dictorum liberorum eiectam ab omni auoeria et tutela, ex altera, taliter conuentum est seu etiam ordinatum. Videlicet quod si prefata dna Guigona maritum acciperet, soluit, quittauit in perpetuum et finauit predictis liberis talem rationem et tale ius quale habebat uel habere poterat in bonis mobilibus prefati dni Ja. et liberorum suorum pro centum quinquaginta lb. Maur. prefate dne Guigone persoluendis terminis infrascriptis. Videlicet quod si nuberet a festo beati Michaelis proximo venturo per duos annos sequentes, a tempore nuptiarum per annum elapsum dicti liberi teneantur persoluere prefate dne Guigone uel mandato suo quinquaginta lb. Maur., et exinde per annum alias quinquaginta, et post reuolutionem anni sequentis alias quinquaginta. Si forte predicti liberi in dicta solutione deficerent terminis annotatis, dnus Ludowicus, Godefredus, curatores et tutores predicti, dnus Anselmus de Saxon miles, Anthonius de Vesbia, Willelmus Albi de Granges, Johannes Fontana, domicelli, Petrus de Aula de Granges, Petrus de Grangia, Willelmus filius predicti dni Jacobi, Aymo Balistarius, Jacobus de Aula de Aniuesio, Martinus et Willelmus fratres dicti Cordelo constituerunt et obligauerunt se obsides, redditores et fideiussores vice et nomine liberorum predictorum, quilibet in solidum, in manu supradicte dne Guigone. Promittentes siquidem dicti obsides, redditores et fideiussores ad requisitionem prefate dne Guigone uel eius mandati tenere obstagia per vnum mensem cum suis sumptibus in ciuitate Sedun.; mense elapso prefati obsides, redditores et fideiussores tenentur reddere prefate dne Guigone uel suo mandato vadia ductibilia uel portabilia, si venalia traherentur, de quibus posset sepedicta dna Guigona habere summam dicte pecunie terminis superius assignatis. In cuius rei testimonium nos Johannes can-

tor predictus ad requisitionem omnium predictorum sigillum nostrum vna cum sigillo curie venerabilis viri dni P. decani Sedun. presentibus litteris apposuimus. Et ego Bartholomeus de Nas sacerdos ad requisitionem omnium predictorum sigillum curie predicti dni P. decani presentibus apposui in testimonium veritatis. Datum et actum Seduni, quarto kl. septembris, anno Dni M°.CC°. octuagesimo octauo.

Sceaux tombés.

992

Dîme levée en faveur du roi de France.

Sion, 1288, 29 octobre.

Registrum Martini de Seduno notarii.

A° D' M°CC°LXXX°VIII, IIII kl. nouembris, in ciuitate Sedun., magister Laurentius de Sancta Bonna canonicus Rothomagensis, collector generalis procurationum et decime regi Francie concesse a dno papa pro subsidio Aragonie Valentieque regnorum in Vienn. Thar. et Ebredun. prouinciis, in ea parte Ebredun. prouincie que sita est extra Prouincie et Folkalkerii comitatus, confessus est recepisse a Jacobo de Novilla canonico Sedun., constituto collectore cum P. decano eiusdem loci, de IIII^or^ annis sexcentas duas lb., XIX sol. et VI den. Maur. Remansit autem de dicta decima ad soluendum pro lapso tempore ducente lb., LXXII sol. Maur. tam ab ipso episcopo Sedun. quam ab aliis personis.

Testes : P. de Nouilla can. Sancti Mauricii Agaun., Johannes frater eius, dnus Nycholaus curatus de Vesbia, dnus Jo. vicarius eius.

983

Les frères François et Jaquet Quartéry affranchissent Pierre de Riddes d'un hommage.

Saint-Maurice, 1288, novembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 517, ex arch. Agaun.

* Petrus filius quondam Petri de Rida recognoscit quod feudum quod tenet de albergamento es Aubergeys in territorio de Otans est de feudo Francisci et Jaqueti fratrum, filiorum quondam Petri Quartery de Sancto Mauricio et quod inde debet eis homagium ligium. Quod homagium dicti fratres quittaverunt de gratia speciali dicto Petro. Datum apud Sanctum Mauricium, anno Dni M.CC.LXXXVIII, mense novembris.

984

Maître Martin, chanoine de Sion, vend une maison au sénéchal Guillaume.

Sion, 1288, 11 décembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego magister Martinus canonicus Sedun. dedi et in feudum concessi, pro tribus vndenis Maur. soluendis annuatim in festo beati Johannis Baptiste, dno Willermo senescalco, militi, domum quamdam que fuit quondam dni Rodulphi de Valeria sacerdotis, sitam inter domum Geneue et domum Johannis Malsan de Sirro. Hoc addito quod si Symon frater dicti dni Rodulphi quondam euiceret dictam domum a capitulo Sedun. uel a rectore altaris beati Johannis Baptiste in ecclesia beate Marie inferioris, quod melioramentum quod fecerit in dicta domo eidem senescalco ad

duorum virorum communiter eligendorum arbitrium fideliter restauretur. Ipse uero senescalcus tenetur dictam domum meliorare et edificare in tantum ut dictus census possit super domo, si ipsam relinqueret uel heredes sui, haberi et recuperari a me uel a rectore dicti altaris Sancti Johannis Bapt., a quo habeo in feudum dictam domum ego magister Martinus laudatione capituli Sedun., et de predicto censu soluendo assignauit michi in garentiam feudum et vsagia que debet sibi Jacobus de Furno filius quondam Aymonis de Chamoson et filius Perrete la Forneri, laudante ipso Jacobo, situm apud Campum siccum. Ad hoc fuerunt testes uocati et rogati : Henricus de Boudemo, Petrus Leonardi, Michael Passeris, Jacobus de Olons familiaris dicti senescalci et Leonardus de Lenz qui juratus, etc., vice cuius ego Johannes Aylloz juratus, etc. Cui si quis, etc. Actum Seduni, in Glareto, III° idus decembris, anno Dni M°.CC°.LXXX°.VIII°, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

985

Le recteur de l'hôpital de Sion donne des champs en fief à Jean Hormoneys.

Sion, 1288, 13 décembre.

Archives de la famille de Torrenté, copie du XVe siècle.

' Notum sit quod ego Willelmus de Augusta rector hospitalis Sedun., laudatione capituli Sedun., in feudum concessi pro quinque fichillinis siliginis censualibus et pro sex den. seruicii et pro duobus sol. placiti Johanni Hormoneys tria jugera campi, quorum primum jacet ad Fontaneles, in quo campo sunt arbores, pratum et vinea, secundum jacet en Comba, tercium jacet ou reuers Montis ordei. Actum Seduni, idus decembris, anno Dni M°CC°LXXX°VIII°, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

986

Testament de Rodolphe, métral de la cour de Sion.

(Vers 1288.)

Archives de Valère, Registrum cancellarie Sedun.

* Ego Rodulphus mistralis curie Sedun., sanus mente licet infirmus corpore, facio meum testamentum in hunc modum. Lego dno meo episcopo Sedun. XXVIII lb. Maur., quas michi debet mensa episcopalis pro edificacione Montis ordei. Item ordino quod de eodem debito ipsius stupe ponat L lb. in acquisitis dnus episcopus predictus; que acquisita uolo quod habeat capellanus qui seruiet assidue in capella curie Sedun. Item ordino quod capitulum Sedun. recuperet a dno episcopo L lb. quas constituo quod ponant in acquisitis ; que acquisita administrent cuidam presbitero siue clerico qui seruiat perpetue in ecclesia Sedun. inferiori. Item lego domui Montisjouis X lb. Maur. Item abbatie Sancti Mauricii Agaun. vnum seracium meysera censuale, vel VI lb. semel. Item ordino quod executores mei testudinem nauis ecclesie B. Theodoli faciant de abiete. Item lego vineam IIII^{or} fossoratarum Ysabelle filiole mee, filie Nicholai Reynaldi. Item lego confratrie Sedun. tres feschelinos siliginis census pro remedio anime mee et Reymunde prime vxoris mee. Item constituo quod heredes mei faciant quolibet anno unum prenera et ipso inuitentur canonici et presbiteri seruientes in ecclesia inferiori. Item lego priori Martigniaci X sol. semel, cuilibet duorum sociorum suorum V sol. semel. Item constituo meam heredem Jacobetam filiam meam, et si ipsa sine herede decederet, Henricum nepotem meum sibi sustituo ; et si vxor mea maritum acciperet Rodulphum de Oulono domicellum, eidem Jacobete filie mee constituo in heredem. Item constituo dnum Reynaldum

de Martigniaco militem et Ro. de Oulono predictum executores meos.

La fin de ce testament et la date manquent. Dans le registre il se trouve à la suite d'un acte de 1288, et avant un autre de 1283.

987

Le chapitre de Sion vend les fruits du château épiscopal de Sierre.

1289, 12 janvier.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Cum episcopus tantis debitis sit oneratus quod de bonis nullomodo poterat subveniri, ven. capitulum Sedun. vendit fructus episcopales castri de Sirro. 1289, 2 idus januarii.

988

Emprunt de 80 L. contracté par Werner de Rarogne, donzel.

Rarogne, 1289, 22 mai.

Registrum Martini de Seduno notarii.

* Notum, etc., quod ego Warnerus de Rarognia domicellus, laudatione Margarete vxoris mee, Jo. et Vldrici filiorum meorum, Aymonete et Margarete nuruum mearum, dedi titulo obligationis P. filio Vldrici quondam Grongnasch de Month. pro quater viginti lb. Maur. VIII lb. cens. percipiendas super homines meos Verreyghen, item LX sol. cens. super homines meos de Bordehmen, item XXIIII sol. percipiendos super alpe mea Hemminecelen, salvo dominio ipsorum. Elapsis IIII^or annis incipientibus in festo b. Martini proximo venturo,

quolibet anno, percipere debeat XII lb. Maur. donec de dicta summa dictus P. sit integre persolutus. Perceptis autem quater viginti lb. predictis dicta obligata ad me libere deuoluantur. Testes : dnus Uldricus de Rarognia, Willermus de Morgia, Stephanus de Saxo et Johannes Roderii, qui hanc cartam leuauit, apud Rarogniam, XI kl. junii, anno Dni M° CC°.LXXX°IX°, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

989

Legs de Pierre de Morestel en faveur de son épouse Jaquette.

Chermignon, 1289, 25 mai.

Registrum Martini de Seduno. — M. D. R. XXIV, 381.

* Petrus de Morestel, infirmus corpore, recognoscit se recepisse LXIIII lb. Maur. pro dote Jaquete vxoris sue, cui legat VII lb. nomine anantagii. Quam dotem et VII lb. assignat eidem super omnia bona sua. Testes : dnus Jacobus Bouchu vicarius de Granges, Aymo de Monjouet, Willermus Albi et Johannes Fontana, domicelli. Datum apud Chirminon, anno Dni M.CC.LXXXIX, V kl. junii, sede Sedun. vacante.

990

Pierre de Morestel, chevalier, ratifie l'aliénation d'un fief.

Chermignon, 1289, 8 août.

Archives de la ville de Sion, Copia litt. de Lenz, fol. LXXV.

* Notum, etc., quod cum Petrus dou Ses de Chermignon inferiori dedisset Petro Decimatori quicquid tenebat de feudo de quo ipse Petrus Decimator est deuanters, ego Petrus de

Morestello miles, laudatione Vullielmi, Aymonis et Ysabelle liberorum meorum, Perreta filia mea impubes erat, dictam donationem laudo dicto Petro Decimatori facturo vsagia. Item vendidi eidem Petro duo frusta terre, quorum vnum jacet in campis Abel et secundum ou Prail. Pro quibus dictus Petrus persoluit michi et emendauit pro clamoribus dicti Petri dou Ses IIII lb. Maur. Actum apud Chermignon, VI idus augusti, anno Dni M°CC°LXXX nono, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

991

Affranchissement de Hugues de Fornays.

Monthey, 1289, 21 août.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 64, ex arch. Agaun.

· Hugo dictus de Fornays filius quondam Uldrici de Fossato de Columberio, homo talliabilis Bosonis filii quondam Johannis Majoris de Montheolo, libertate donatur per dictum Bosonem coram Guidone de Portis judice in Chablasio, Gebennesio et Intermontes et Petro de Fraciis cantore et cartario Agaun., presentibus testibus Nantelmo de Fossato, P. curato de Bagnes filio ejus, etc. Datum apud Montheolum, anno Dni M.CC.LXXXIX, XII kl. septembris.

992

Accord entre Pierre dit Borjal et son frère Jean au sujet d'un fief mouvant de Guillaume Albi de Granges, donzel.

Chermignon-dessous, 1289, 11 novembre.

Archives de la ville de Sion, Granges, N° 4.

· Notum sit quod inter Petrum dictum Borjal et Johannem

fratrem suum taliter est conuentum, quod dictus Petrus debet facere hominium quod ipsi fratres debent Willermo Albi de Granges domicello et esse deuanters de eodem et facere omnia vsagia dicti hominii, et omnes feudarii confratres et compartícipes feudi predicti hominii debent facere et respondere in manu dicti Petri, preter dictum Johannem et heredes suos. Et ipse dictus Johannes debet respondere et esse deuanters de hominio quod ipsi fratres debent dno Petro de Morestello militi, etc., exceptis concambiis que dicti fratres fecerunt (que ibidem specificantur et ubi agitur de prato sito apud castrum Warner). Actum apud Chermignon inferius, III idus nouembris, anno Dni M°.CC°.LXXX° nono, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

993

Dîme en faveur de Charles, roi de Sicile.

1289, 20 novembre.

Registrum Martini de Seduno notarii.

* Gaufredus de Lanucello Apten. prepositus, dni pape capellanus, cum a sede apostolica ipsi fuerit commissum ut in prouincia Tharent. et aliis deputet personas idoneas ad recolligendam decimam Karolo Sicilie regi ad triennium concessam, deputat in dicta prouincia Guillermum Parya Dynen. et Vapyncen. canonicum ; hic pro Sedun. diocesi Jacobum de Novilla et Vldricum de Leucha can. Sedun. deputat, qui, XII kl. dec. A° D^{i} M°CC° octuagesimo nono, juramentum prestiterunt de officio rite adimplendo.

Ipsi soluerunt :

A° 1290, 7 kl. sept.	6 lb. Maur., 7 sol., 6 den.	
» »	114 » » »	15 »

A° 1291, 5° idus maii 30 lb. Maur.
» in die b. Michaelis 60 »
1292, 15 kl. junii 21 » 13 sol., 6 den.

994

Traité d'alliance entre Amédée V, comte de Savoie, et les nobles du Vallais.

1289.

Ce traité ne nous est connu que par la mention qui en est faite dans le compte de Rodolphe Sirjoud, bailli en Chablais et en Genevois et châtelain de Chillon : « Confederatio facta a dno comite cum nobilibus de Valesio. » M. Cibrario a cité ce traité dans deux de ses ouvrages, d'abord dans sa *Storia della monarchia di Savoia*, II. 205, sous la date de l'année 1286, puis dans son *Specchio cronologico della storia nazionale*, sous l'année 1289. La première date ne peut pas être la vraie, car à cette époque, Rodolphe Sirjoud n'était pas encore bailli en Chablais; ce poste était alors occupé par Guillaume de Septème, comme on peut le voir par les fragments de comptes publiés par M. Mallet dans le VIII° volume des *Mémoires et documents de Genève*.

995

Jean d'Arvilar vend à la confrérie du Saint-Esprit, de Sion, un cens de trois fichelins de froment.

Sion, 1290, 2 janvier.

Archives de Valère.

' Johannes dArvilar de Bramosio, filius quondam Willermi de Arvilar, laudatione Willermete vxoris sue, Petri et Agnetis liberorum suorum et Johannis de Vineis domicelli filii dni Ludovici Huboldi militis, nomine eiusdem militis, vendit pro LXI sol. confratrie Sancti Spiritus tres fischilinos frumenti

censuales. In garentationem assignat pratum et virgultum quod habet in planum feudum a dicto milite apud Bramosium. Quam acquisitionem fecerunt Willermus de Bluuignoch et Johannes Chandelers de XL sol. quos legauit dicte confratrie quondam Rodulphus nepos Johannis Aczonet ; pro quo Rodulpho confratria predicta tenetur hospitare siue albergare vnum fratrem pauperem tempore confratrie. Datum Seduni, anno Dni millesimo CC.XC, IV nonàs januarii, Rodulpho regnante, sede Sedun. vacante.

996

Pierre, neveu de Pierre Juglard (Joculator) confesse avoir reçu de la commune de Sion 60 L. pour prix de la souste qu'il a vendue à cette commune.

Sion, 1290, 1er avril.

Archives de la ville de Sion, Livre de copies, P. W., fol. 22.

* Anno dominice incarnationis M°CC°LXXXX°, inditione tercia, kl. aprilis, in ciuitate Sedun., ante draperiam Ottonini dicti Curtoz mercatoris, Petrus nepos quondam Petri dicti Juglard ciuis Sedun. confessus est se integraliter recepisse a communitate Sedun. et burgensibus eiusdem communitatis sexaginta lb. Maur. nomine venditionis soste ballarum quam idem Petrus vendidit pro predicta quantitate pecunie communitati et burgensibus supradictis. Quam quidem sostam dictus Petrus promisit eisdem burgensibus contra omnes garentire in judicio vel extra, in foro ecclesiastico vel ciuili. Testes : dnus Vuillermus de Ventona miles, Petrus de Turre dnus Castellionis, Gothefredus de Morgia, Aymo de Gresie, Vulliermus de Blonay, Rodolphus de Ayent, Jacobus de Anneres, Jacobus de Bluuignoz, domicelli.

Johannes de Malacuria, not.

997

Jean d'Ayent, donzel, vend une vigne à Walter de Bodème.

Sion, 1290, 12 mai.

Archives de Valère.

Notum, etc., quod cum Johannes de Ayent domicellus, filius quondam dni Chononis militis, laudatione Agnetis vxoris sue, olim concambium fecisset cum Waltero de Bodema ciue Sedun. et Jaquemeta vxore sua, videlicet quod predicti Johannes et Agnes vendiderunt pro XXXIII sol. et pro V fossoratis vinee in territorio de Boulis et pro IIII^{or} den. vel vno capone seruicii et VIII den. plac. predicto Waltero et Jaquemete sex fossoratas vinee in Vercoma, dicte partes concambia quittauerunt, et dictus Johannes, laudatione dicte Agnetis, vendidit predicto Waltero pro centum sol. solutis et sex den. serv. et XII den. placiti predictas sex fossoratas. Actum Seduni, IIII idus mayi, anno Dni M°.CC°. nonagesimo, Rodulpho regnante, Bonefacio episcopante.

998

Henri de Châtillon reconnaît avoir reçu 127 L. du chapitre de Sion, auquel il a vendu le village de Mage.

Valère, 1290, 8 juin.

Archives de Valère, Registrum cancellarie Sedun.

Notum, etc., quod ego Henricus filius dni Ay. de Castellione confiteor et recognosco habuisse in bona pecunia numerata a capitulo Sedun. sexties viginti et VII lb. bon. Maur. nomine

vendicionis quam eis feci de villa de Magi et rebus meis, seu iure et ratione quod et quam habebam in territorio de Magi. Testes : dnus Johannes Boniamici, Petrus de Ves janitor porte ferrate, Marchus matricularius Valerie et magister Martinus qui hanc cartam leuauit, in castro Valerie, infra ecclesiam, ipso Henrico pro computo solucionis recipiendo vocato ibidem, sexto ydus junii, anno Dni M°CC° nonagesimo, Ro. regnante, Bonefacio episcopante.

Voy. l'acte de vente sous la date du 20 octobre de la même année.

999

Guillaume d'Ayent donne des terres en fief à Jean Brahy.

Villa, 1290, 10 août.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXXII.

*Vullermus filius quondam Amedei domicelli de Ayent, laudatione Beatricis vxoris sue et Vullermi filii sui, dat in feudum pro VII fisch. bladi, pro vno den seruicii et II den. placiti Johanni Brahy de Villa IIII pecias terre apud Luis. Testes: Vullermus mistralis, Jacobus filius eius, Johannes Chaberti, etc. Datum apud Villam, anno Dni M.CC.XC, IV idus augusti.

1000

Boniface de Challant, évêque de Sion, promet de rembourser au chapitre toutes les dépenses faites par ce dernier pour la mense épiscopale.

Châtillon, 1290, 14 août.

Archives de Valère.

Nos Bonifacius miseracione diuina episcopus Sedun. vni-

uersis presentes litteras inspecturis seu ectiam audituris salutem cum noticia rei geste. Noueritis quod nos spontanei, non coacti, non dolo inducti, uenerabiles uiros capitulum Sedun. seu canonicos predicti capituli ab omnibus et singulis obligacionibus et promisionibus quas fecerunt occassione, nomine seu pretextu mense episcopalis Sedun. sine occassione debitorum dicte mense fecerunt, inquam, per se uel per alium seu alios erga Petrum de Sancto Germano ciuem Gebennensem, siue Nicolaum filium ipsius, item erga Willelmum maiorem de Montez, item erga Johannem de Vesbia dictum de Ledesuz domicellum seu vxorem eius, item erga Mauricium de Verbyez, item erga Villelmetum Dronyer, item erga dnum Franciscum de Herdes canonicum Sedun. item erga dnum Petrum dictum Amyet, item erga Willelmum de Martigniaco domicellum, item erga quascunque alias personas cuiuscunque condictionis existant, promittimus totaliter seruare indempnes cum fideiussoribus ab eisdem supradictis obligationibus datis et omnia dampna, missiones et costamenta quas et que hac de causa incurrerint, eisdem et ipsorum fideiussoribus promittimus integraliter resarcire de plano sine lite et sine strepitu judiciario, et hoc promittimus presentibus sacrosanctis euangeliis bona fide et fide data nomine iuramenti eisdem. Item promittimus eisdem ab illis obligacionibus et promissionibus quas occassione et pretextu dicte mense fecerunt, de quibus poterimus ipsos infra tres menses post aduentum nostrum ad ecclesiam Sedun. ipsos pro posse nostro facere quictari, liberari et prorsus absolui, et in nos refundere et retorquere dictas obligaciones et promissiones pro posse nostro. Item promittimus eisdem bona fide dare fideiussores sufficientes et ydoneos infra idem spacium super indempnitate dictarum obligacionum et promissionum, fideiussores, inquam, nostre ciuitatis et dyocesis Sedun. Item promittimus eisdem bona fide satisfacere de denariis quos reperientur de suo soluisse nomine dicte mense,

item satisfacere eisdem de denariis qui reperientur eisdem deberi nomine seu occassione dicte mense, satisfacere, inquam, infra terminum quem dnus P. de Leucha cum vno de aliis canonicis quem ad hoc dictum capitulum duxerit eligendum, ad hoc duxerit prefigendum. Hec autem vniuersa et singula supradicta promittimus fide data nomine juramenti pro posse nostro attendere, seruare, adimplere et ducere ad effectum. Promittimus ectiam eisdem quod si super predictis uel aliquo premissorum oriretur inter nos et dictum capitulum aliquo tempore aliqua questio, contencio uel dubietas super ista questione, contentione uel dubietate, stabimus et acquiescemus cognicioni, ordinacioni, pronunciacioni ac ectiam diffinicioni dni P. de Leucha et unius aliorum canonicorum quem ad hoc supradictum capitulum duxerit eligendum seu ectiam deputandum. Abrenunciantes, etc. Actum apud Castellionem[1], in domo ecclesie eiusdem loci, presentibus viris uenerabilibus dnis Aym(one) archidiacono Augustensi, Bertrando archidiacono Taratasien., Goudofredo archidiacono Yporiensi, magistro Nicolao preposito Bugellensi, Jacobo de Stipulis, Anselmo de Auisio, canonicis Augustensibus, et pluribus aliis. In cuius rei noticiam et roboris firmitatem sigillum nostrum presenti pagine duximus apponendum. Nos ectiam Aym(o) miseracione diuina Vercellensis episcopus et comes, de voluntate dni episcopi Sedun., sigillum nostrum presenti pagine apponi fecimus in testimonium veritatis, anno Dni millesimo CC°LXXXX°, die lune in vigilia asumpcionis beate Marie, de mense augusti.

Sceau pendant de l'évêque de Verceil.

[1] Châtillon, dans le val d'Aoste.

1001

Le prévôt et le chapitre du Mont-Joux confirment l'inféodation d'une maison située à Perrom (Val d'Aoste) en faveur de Perronet Favre.

Roche, 1290, 28 août.

Archives du Grand-Saint-Bernard.

Nos Martinus humilis prepositus domus pauperum Montis Jouis totusque eiusdem loci capitulum notum facimus vniuersis presentes litteras visuris uel audituris quod nos Perroneto Fabro de Perrom et vxori eius et heredibus eorum uel cui dare voluerint, excepto tamen potenciore se, in perpetuum laudamus, grantamus et confirmamus vnam domum cum orto adnexo dicte domui, qui jacet ad Perrom, quam domum cum orto eis olim dedit ad rectum feudum bone memorie dnus Willelmus quondam prior Sancti Benigni Augustensis sub tenore forma et condicione appositis in litteris prefati prioris patentibus quas dictus Faber habet.... In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum apud Ruppem, in festo beati Augustini, in capitulo generali, anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo nonagesimo.

1002

Le prévôt et le chapitre du Mont Joux confirment une inféodation faite à Albonet d'Albaneys.

Roche, 1290, 28 août.

Archives du Grand-Saint-Bernard.

Nos Martinus humilis prepositus Montis Jouis totumque

eiusdem loci capitulum notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum canria quam olim tenebat Albertus de Rionda a domo Sancti Benigni August. per liberam resignationem et quitationem Piteti filii dicti quondam Alberti dicte domui acciderit, pro qua quidem canria idem Albertus sex sextaria vini de censu et quinque sol. monete August. annuatim facere tenebatur, et dilectus in Christo frater noster dnus Aymo nunc prior Sancti Bernardi Vercellensis, tunc prior Sancti Benigni, de consilio prioris et fratrum nostrorum Montis Jouis, dictam canriam Alboneto filio quondam Bosonis de Albaneys et uxori eius et heredibus eorum utriusque sexus dedisset et concessisset ad rectum feudum pro sex sextariis vini et septem sextariis siliginis de censu et quinque sol. et uno capone de seruitio annuatim, nos... dictam concessionem... laudamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus presentibus litteris apponenda. Datum apud Ruppem, in festo beati Augustini, in capitulo generali, anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo.

Sceau du prévôt.

1003

Albert Aroldi, donzel, accorde à l'évêque et au chapitre de Sion le droit de racheter un cens.

Sion, 1290, 31 août.

Archives de Valère.

In nomine Dni, Amen. Anno incarnationis eiusdem M°.CC°. nonagesimo, secundo kl. septembris, indictione secunda, constitutus in presencia mei notarii et testium subscriptorum Albertonus Aroldi, domicellus ven. in Christo patris dni B. Dei pronidencia episcopi Sedun., dedit et concessit ex speciali

gracia prefato dno episcopo et capitulo Sedun. liberam facultatem quod ipse dnus episcopus reemat et possit reemere precio septuaginta lb. Maur., infra decennium a data presentium numerandum, aut dictum capitulum pro eodem precio, si forte contingeret quod dictus dnus episcopus nollet reemere sine non posset, bona, res seu redditus que inferius continentur, videlicet quatuor modios fabarum, sex modios ordei et octo modios auene ad mensuram Sancti Mauricii Agaun. de redditu annuatim soluendos, quos debent seu debere consueuerunt exsoluere singulis annis decimatores de Illyes pro decima eiusdem loci mense episcopali, item partem illam qualem et quam mensa episcopalis hactenus consueuit percipere pro decima nascentium dicti loci, item viginti tres sol. Maur. quos dicta mensa percipit in loco de Massungie annuatim, seu percipere consueuit, item tres fischelinos frumenti, tres fischelinos messelli et sex fischelinos auene ad mensuram predictam in eodem loco similiter annuales. Que omnia dictus Albertonus redemit seu reemit hoc anno a Willelmo maiore de Montetz pro precio supradicto, cui Willelmo eadem bona titulo venditionis obligata fuerant a syndicis ecclesie Sedun., vacante sede. Cui Willelmo et eius heredibus omnia predicta bona deuoluta fuissent occasione venditionis predicte, nisi dictus Albertonus ea, sicut dictum est, redemisset. Que quidem bona supradicta vniuersa et singula dictus dnus episcopus vendiderat dicto Albertono titulo pure et perfecte venditionis et sine condiccione aliqua pro precio dictarum septuaginta lb., prout in quadam littera sigillata sigillo dicti dni episcopi et sigillo prefati capituli Sedun. plenius continetur. Qua quidem venditione pure et sine condiccione contracta non obstante, predictus Albertonus voluit et concessit quod prefatus dnus episcopus aut ipsum capitulum premissa omnia possint redimere pro precio dictarum septuaginta lb., vt premissum est, infra dictum terminum, scilicet decennium et non vltra; sed postea si redempta non

fuerint, remaneant perpetuo ex vi venditionis predicte contracte pure et sine condiccione Albertono predicto. Ad hec fuerunt testes vocati et rogati donnus Wydo de Gygnot, P. Casei de Augusta, Johannes de Genach dictus de Lugduno. In cuius rei testimonium dictus Albertonus sigillum suum duxit presentibus apponendum et ego Willelmus Rod de Sancto Mauricio Agaun. clericus, etc. Datum Seduni, anno, die et indictione quibus supra.

Sceau pendant.

1004

Inféodation faite par Antoine de La Tour à Pierre Borgès.

Bagnes, 1290, 10 septembre.

Archives de l'abbaye de Saint-Maurice.

Notum sit, etc., quod ego Anthonius de Turre Sancti Mauricii Agaun. domicellus, presente Jacobo fratre Petri dicti Borgesii, contradicente nec cauente, dedi in perpetuum Petro dicto Borges de Montagnye homini meo ligio et suis heredibus, in crescentia feudi sui quod a me tenet, vnam peciam terre sitam subtus la Forest de Montagnye, pro XII den. seruicii annualis et II sol. placiti. Que pecia accidit mihi per mortem quondam Bosonis la Ploca hominis patris mei, qui mortuus est sine herede. Dnus de Orseriis canonicus Montis Jovis juratus super hoc hanc cartam levavit, vice capituli Sedun., vice cujus ego Johannes Aylloz eam scripsi. Actum super cimisterio de Bagnies, IIII idus septembris, anno Dni M°.CC° nonagesimo, Rodulpho regnante, Bonefacio episcopante.

1005

Accord entre Marguerite d'Ayent, veuve de Jean d'Ayent et épouse de Pierre Escot, d'un côté, et ses enfants du premier lit, de l'autre.

Sion, 1290, 13 septembre.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXXIII, verso.

Notum, etc., quod Margareta filia quondam Amedei de Ayent et vxor Petri Escot, laudatione ipsius Petri mariti sui, et Nantelmus filius dicte Margarete quem suscepit a quondam Johanne de Ayent, primo marito suo, domicello, nomine sui et Amedei fratris sui, inter se taliter conuenerunt quod dicta Margareta quittauit eisdem filiis suis omnes donationes eidem Margarete factas a Johanne de Ayent, primo marito suo, per cartas quas uult omni carere robore. Similiter dictus Petrus Escot soluit dictis Nantelmo et Amedeo quadraginta duas libras et XIII sol. et VI den. quos asserebat possuisse in albergamento dictorum Nantelmi et Amedei, et assignationem factam eidem Petro Escot a dicta Margareta per cartas vult idem Petrus omni carere robore. Viceuersa dictus Nantelmus nomine sui et Amedei fratris sui confessus est habuisse bonum computum a Petro Escot et Margareta predictis super administratione omnium bonorum ipsius Nantelmi et Amedei fratrum.... Testes: dnus Anselmus de Saxons, dnus Jacobus de Mar, milites, Johannes de Vineis, etc., et magister Martinus cancellarius Sedun., qui, etc. Actum Seduni, idus septembris, anno Dni M°.CC°. nonagesimo.

1006

Willermet de La Tour, de Sembrancher, vend tout ce qu'il possède à Bovernier à Guillaume du Châtelard.

Saint-Triphon, 1290, 20 septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 228, ex arch. Agaun.

* Willermetus filius Uldrici de Turre de Sancto Brancherio domicellus vendit W. de Castellario de Valle digna domicello et Katerine eius uxori quicquid juris et dominii habet in dominio et districtu de Burgo Walnerii pro CLV lb. Maur., laudantibus W. de Pontevitreo domicello, dno Sancti Triphonis, dno feodi rerum predictarum, et Perreta ejus uxore, nec non, die sequenti, Juliana uxore dicti Willermeti. Datum apud Sanctum Triphonem, anno Dni MCCXC, XII kl. octobris.

1007

Guillaume de la Chapelle, donzel, donne un fief à Aymon, fils de Guillaume, métral de la Place.

Saint-Romain, 1290, 23 septembre.

Copia litterarum de Ayent, fol. XV.

Notum., etc., quod ego Vulliermus de Capella domicellus laudatione Jacobete vxoris mee, dedi et in feudum concessi, pro LIII sol. Maur. michi solutis et pro IIII^{or} fisch. frumenti censualibus et pro XII den. placiti in mutatione dni uel vasalli, Aymoni filio quondam Vulliermi mistralis de Platea contaminam quam tenebam de Rodulpho de Gresiaco domicello, sitam inter campum meum et Jacobi fratris mei et campum

Johannis Chaberti..... Testes Vulliermus Yricius, Petrus Escoclars, Vulliermus Chipirons et Petrus de Cliuis clericus, qui, etc. Actum apud Sanctum Romanum, IX kl. octobris, anno Dni M°CC° nonagesimo.

1008

Donation en faveur de l'hospice du Simplon.

Naters, 1290, 20 octobre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 227, ex arch. Sarqueni.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Walterus dictus Brünlo, Rodolphus de Zubun, Johannes in der Gassun, Waltherus Mucten, Willermus de Walde dictus Herman, Nycolaus Uber Terman, et Petrus dictus Niuwer, nostrique comparticipes super monte de Collibus, omnes et singuli super hoc in ecclesia de Glisa et in placito de Narres generali publice requisiti et prehabita diligenti deliberatione, unito consensu ac voluntate omnium nostrum expressa, dedimus, finavimus pariter et concedimus in perpetuum hospitali Sancti Johannis super monte de Collibus pro Deo et in remedium animarum nostrarum ac parentum nostrorum, necnon in recompensationem strate per pratum eiusdem hospitalis a dno Petro capellano de Narres eiusdem hospitalis procuratore, de consensu fratris Andree magistri seu preceptoris hospitalis de Jerusalem per totam Sabaudiam, nobis nostrisque successoribus date perpetuo et permisse, omnia prata pascua, possessiones cultas et incultas que et quas infra terminos nostre dicte alpis usque in hodiernam diem procuratores hospitalis predicti sepibus incluserunt, atque sepefatus dnus Petrus hospitalis predicti procurator a suis predecessoribus sepibus vallata consueto. Ad hec jura quecumque et bone consuetu-

dines usu hactenus inducta et jam dicto hospitali debita nichilominus perstare cupimus et perstanda perpetuo conservamus. Inde roganimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Willermus curatus de Simplono, Stephanus maior de Narres, Johannes Rodier domicellus, Johannes filius Fabri in Bocke clericus et dnus Jacobus capellanus de Narres qui super hoc juratus hanc cartam levavit, vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, etc. Actum apud Narres, anno Dni M°CC°LXXXX°, XIII° kl. novembris, Rodulpho regnante, Bonefacio episcopante.

1009

Henri de Châtillon vend le village de Mage au chapitre de Sion.

Valère, 1290, 20 octobre.

Archives de Valère, Original, Bb. 86, et Registrum cancellarie Sedun. M. D. R. XXIV, 403.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod egó Henricus filius dni Aymonis de Castellione militis, laudatione ipsius patris mei, et filius quondam Ysabelle filie donni Aymonis mistralis Sedun., ejectus ab omni auoeria et tutela, et laudatione dne Beatricis majorisse Sedun., Aymonis de Gresiaco domicelli mariti sui et Alaysie filie sue, alii pueri sui erant impuberes, vendidi et finaui in perpetuum capitulo Sedun., pro centum et XL lb. Maur. michi solutis in bona pecunia numerata ex parte capituli memorati et pro vna lb. piperis ad magnum pondus annuatim soluenda predicte maiorisse in natiuitate Dni et XX sol. placiti in morte illius canonici soluendis qui assignabitur pro dictis vsagiis dicte dne Beatricis faciendis, omni alia exactione remota, homines meos de Magy feudatarios, redditus, seruicia, placita, tallias, aquas, nemora, pascua, regaliam, juridictionem, possessiones et dominium quem, quos et quas habebam vel habere debebam aut tenere debe-

bam per me seu per alium uel ad me pertinere poterant quoquomodo in loco de Magy, cum appendiciis et pertinenciis dnii supradicti, ubicunque existant in plano vel in monte, seu quocumque nomine censeantur, et omnia alia jura vniuersa et singula que habebam vel habere poteram in dicta villa et territorio dicte ville. Me de predictis deuestiens, etc. Precipiens feudatariis, etc. Assignans in garencia dicto capitulo omnes res, possessiones et jura que et quas habeo seu habere potero in tota parrochia de Bez et in territorio Sancti Mauricii Agan. Cuius garencie assignacionem dicta dna Beatrix laudauit, saluis vsagiis suis. Et est sciendum quod dicta dna majorissa fidelitatem et homagium quod sibi deberi asserebat pro rebus omnibus et hominibus venditis superius capitulo memorato, remisit et quictauit dicto capitulo, ita tamen quod dictum homagium et fidelitas remaneant sibi salua super rebus et bonis quas et que dicti Henricus et pater eius tenent in feudum ab ipsa dna Beatrice majorissa in territorio de Bacio supradicto. Et pro laude habuerunt dicta majorissa et maritus suus decem lb. et decem sol. eisdem integre persolutos. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Anselmus de Saxons miles, magister Willermus de Liesch, dnus Jacobus de Narres curatus de Morgia, dnus Johannes Boni amici sacerdos, Marchus matricularius Valerie, Hugo de Leytron clericus, Aymo de Rupe[1] et dnus Petrus curatus de Magy, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. predicti cancellariam tenentis, vice cuius ego Johannes Aylloz juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum in Valeria, XIII kl. nouembris, anno Dni M°CC° nonagesimo, Rodulpho regnante, Bonefacio episcopante.

Le chapitre de Sion avait déjà payé la plus grande partie du prix de cette vente le 8 juin précédent. (Voy. pag. 391, N° 998.)

[1] La copie du *Registre de la chancellerie* contient en outre le nom du témoin suivant : « Giroldus de Bacio de Turre. »

1010

Jean, marguillier de Stalden, prête hommage au curé de Viége.

Viége, 1290, 22 octobre.

Archives de Valère, Cart. eccl. de Vespia, pag. 5, N° X.

* Johannes matricularius de Staldun recognoscit debere dno Willermo curato de Vespia, nacionis de Allingio, homagium ligium de omnibus bonis suis ab Alto saxo versus Staldun et IV sol. seruicii et VI sol. placiti. Testes: Petrus Aspere, Jacobus frater eius, etc. Datum apud Vespiam, anno Dni M.CC.XC, XI kl. novembris Heinrico regnante, Bonifacio episcopante.

C'est sans doute par inadvertance que le copiste a mis *Heinrico regnante* au lieu de *Rodulpho.*

1011

Vente du tiers du vidomnat de Vouvry.

Saint-Maurice, 1290, 16 décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 231, ex arch. Agaun.

* Willermeta relicta Nicolai vicedni de Wuriaco, nomine suo et tutorio Johannete et Nicholete filiarum suarum, vendit Johanni Bargerio fratri dicti Nicolai terciam partem vicedominatus de Wuriaco pro XXXIV lb. et X sol. Maur. Quam terciam partem predictus Nicolaus emerat a Bosoneto fratre ipsorum Nicolai et Johannis. Datum apud Sanctum Mauricium, anno Dni M.CC.XC, XVII kl. januarii.

1012

Sommes d'argent que l'évêque de Sion doit au comte de Savoie.

Seyssel, 1291, 26 janvier.

Archives de Valère, Copie insérée dans l'acte de quittance du comte de Savoie, du 1er juin 1297.

Nos Bonifacius permissione diuina Sedun. episcopus notum facimus vniuersis quod nos debemus causa mutui illustri viro domino Amedeo comiti Sabaudie mille ducentas libras paruorum Tur. nobis vel mandato nostro ex parte dicti domini comitis in bona et legali pecunia numeratas. Item confitemur nos debere eidem centum libras Geben. ex causa venditionis frumenti et bladi ex parte sua venditi et traditi reuerendo in Christo patri dno Petro quondam episcopo Sedun. predecessori nostro. Quare obligamus nos erga predictum dnum comitem ad solutionem precii memorati. Item confitemur et in veritate recognoscimus nos debere eidem domino comiti nonaginta lb. Maur., quas debemus sibi dare et soluere pro fidelitate quam nobis faciet seu nomine placiti. Item recognoscimus nos debere eidem dno comiti nonaginta lb. Maur. quas sibi debebat reuerendus predecessor noster dnus P. quondam episcopus Sedun. pro fidelitate quam sibi fecit dictus dnus comes seu nomine placiti. Et sic facta summa summarum restat quod debemus eidem dno comiti mille ducentas lb. paruorum Turon., centum lb. Gebenn. et nonies viginti lb. Maur., omnibus computatis debitis et compensatis hinc inde vsque ad diem hodiernum. Quam pecuniam, confitentes in vtilitatem ecclesie nostre esse conuersam, promittimus per solempnem stipulacionem eidem dno comiti stipulanti cum integritate persoluere terminis infrascriptis : videlicet a proximo festo (Pasche) in

annum vnum trescentas lb. Turon., et in alio festo Pasche anno reuoluto alias trescentas lb. Turon., et sic deinceps singulis annis subsequentibus trescentas lb. Turon., quousque eidem dno comiti de predictarum pecuniarum quantitatibus integre fuerit satisfactum. Et si deficeremus in predictis solutionibus terminis memoratis, promittimus eidem dno comiti dare, soluere et emendare omnia dampna, grauamina, expensas et interesse que sustineret occasione solutionis cuiuslibet retardate. Pro quibus omnibus firmius attendendis et fideliter obseruandis constituerunt se fideiussores erga predictum dnum comitem dnus Ebalus vice comes Augustensis, dnus Martinus de Sancto Jorio, dnus Rodulphus Sorioudi, dnus Guillelmus seneschalcus Sedun., dnus Willelmus de Plantata, milites, Johannes de Blonay et Petrus de Turre, domicelli, vnus quilibet predictorum in trecentis lb. paruorum Turon., ita quod aliis soluentibus predictam quantitatem pecunie alii liberentur. Qui fideiussores promiserunt tenere obstagia apud Sanctum Mauricium Agaun. infra quindecim dies post requisitionem dicti dni comitis et ibi stare quousque plenarie eidem fuerit satisfactum de debitis supradictis, vel reddere pignora sufficiencia vnusquisque pro quantitate pro qua se obligauit, si nos deficeremus in solutionibus supradictis. Pro quibus attendendis et fideliter obseruandis nos predicti principalis et fideiussores obligamus eidem dno comiti omnia bona nostra mobilia et immobilia, saluis fortaliciis castrorum ecclesie Sedun. Item conuentum est inter nos dictos comitem et episcopum quod si reperiatur dictum dnum comitem debere nobis vel ecclesie Sedun. viginti et quinque lb. Maur. vel plus uel minus ratione mutagii vel ex alia causa, quod ipse teneatur deducere nobis de debito supradicto quinquaginta lb. Maur. vel plus uel minus secundum quod reperiretur, videlicet viginti quinque lb. pro fidelitate quam ipse fecit antecessori nostro. Item actum est et conuentum quod si reperiatur antecessorem nostrum in epi-

scopio soluisse eidem dno comiti nonaginta lb. Maur. pro mutagio seu pro fidelitate quam fecit eidem dno comiti, ille nonaginta lb. deducantur de debito supradicto, et quod de dictis nonaginta lb. totaliter liberemur. Item actum est quod si in priuilegiis in quibus contineri dicitur nos debere dicto dno comiti nonaginta lb. ex causa mutagii quando facit nobis fidelitatem, contineretur maior quantitas vel minor dictarum nonaginta lb. quod ad illam quantitatem tantum soluendum quantum ad mutagium predictum precise teneamur, ita quod veritas per errorem facti non viciaretur. Et renunciamus nos omnes, etc. Et nos predictus episcopus juramus prepositis euangeliis, prout moris est episcopos jurare, postquam per mensem fuerimus ante requisiti, et nos predicti fideiussores juramus tactis sacrosanctis euuangeliis supradicta attendere bona fide. In cuius rei testimonium nos predicti principalis et fideiussores sigilla nostra presentibus duximus apponenda in robur omnium premissorum. Datum apud Saysellum, in domo Bartholomei de Castellione, anno Dni M°.CC°. nonagesimo primo, die lune post conuersionem beati Pauli.

1013

Fonctions du saulier de Leytron.

Leytron, 1290 (1291), 11 février.

An. Joc. de Rivaz, Opera hist. XII, 235, ex arch. Agaun.

* Jacobus salterus de Letron, ad instantiam et opus Jacobi de Sallione mistralis recognoscit quod debet tradere dicto mistrali omnes tallias et calvacatas et alias essenias que leuantur in salteria et communitate de Montagnon et de Letron, exceptis redditibus dni Ludovici de Sabaudia, dni Waudi, et specificat alia officia sue salterie. Hugo Quarterii curatus Sal-

lionis cartam levavit, vice Petri de Fraciis cantoris Agaunensis. Datum apud Letron, anno Dni M.CC.XC, III idus februarii, millesimo sumpto in Paschate.

1014

Accord entre Boniface, évêque de Sion et le sénéchal Guillaume au sujet des droits de la sénéchalie.

Valère, 1291, 1er mars.

Archives de la famille de Torrenté, Liber instrumentorum de Seduno, etc., fol. 2 verso, et 27.

Nos Martinus de Sancto Georio, dnus Sancti Petri, ballivus Sedun., et nos Guillelmus de Stipulis, vicarius curie Sedun., notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum discordia verteretur inter reuerendum patrem in Christo dnum Bonifacium Dei gratia episcopum Sedun., ex vna parte, et nobilem virum dnum Guillielmum senescalcum Sedun., ex altera, super eo quod idem dnus Guillielmus petebat coram nobis ab eodem dno episcopo jura senescalcie sue infrascripta, que asserebat ad se pertinere jure vtilis dominii, que jura sunt hec: videlicet quod coquus dicti dni episcopi Sedun. debet preparare et operari in coquina in omnibus preparamentis curie Sedun. de mandato dicti senescalci, et dictus senescalcus debet eidem coco precipere de mandato dicti dni episcopi Sedun. ac preparare cibaria que idem dnus episcopus voluerit et sibi precipiet preparari. Item quod dictus senescalcus potest transmittere cuicunque vult semel singulis diebus vnam tallioratam carnium seu piscium. Item quod idem senescalcus habet seu habere debet in curia Sedun. ciuatam ad opus duorum roncinorum. Item quod si idem senescalcus teneret destrarium seu equum de armis, debet habere ciuatam de curia Sedun. ad opus dicti equi et fenum per totum fenagium

quod dicitur Fourro, quod erat quondam de curia Sedun., et quod dictum destrarium debet tenere ad vtilitatem episcopi memorati. Item quod idem senescalcus debet habere victum in dicta curia cum duobus sociis secum. Item quod idem senescalcus debet habere quolibet anno duo paria robbarum de quocumque panno eligere voluerit, cum pennis, excepto vario et scarleto. Item quod debet habere corium bouis occisi in Paschate et Natali, videlicet in quolibet festo corium vnius bouis. Item debet habere corios bouium donatorum curie. Item debet habere coria et pelles bouium, vaccarum et castronum qui debentur pro receptis de Aragnion. Item debet habere decimum denarium in omnibus hiis que accidunt dno episcopo, in quibus vicednus Sedun. habet jus. Item quod debet habere denarium in placitis que accidunt dno, saluis et exceptis placitis de casamentis. Singula autem et vniuersa supradicta petebat idem senescalcus ab eodem dno episcopo supradicto ex causa vtilis dominii, asserendo se et suos heredes debere ea tenere in feudum ab eodem dno episcopo et ecclesia Sedun. Et ad probandam intentionem suam idem dnus Guillielmus produxit coram nobis quamdam litteram non cancellatam, non abolitam nec in sui parte viciatam, sigillatam sigillo capituli Sedun. vero et integro. Item produxit aliam quamdam litteram non cancellatam, non abolitam, nec in aliqua sui parte viciatam, sigillatam sigillo R^di^ patris bone memorie dni Petri episcopi Sedun. vero et integro. Que littere pro maiori parte petitiones supradictas inter cetera continebant. Ad fundandam insuper plenius intentionem suam produxit coram nobis plures testes qui de supradictis juribus senescalcie memorate deponere videbantur. Ex aduerso dicto dno episcopo Sedun. asserente et dicente omnia predicta jura non debere pertinere ad senescalcum supradictum, et si deberent pertinere ad ipsum senescalcum, ipsum non fuisse vsum dictis juribus modo et forma quibus supra sunt expressa

a tanto tempore quod per dissuetudinem amiserat omnia, si quid sibi competebat in petitionibus supradictis; et proponente plures alias exceptiones, deffensiones et rationes contra petitiones supradictas seu aliquas earumdem. Tandem visis et auditis hiis que dicte partes hinc et inde proponere voluerunt, dicte partes compositionem fecerunt infrascriptam per manum nostram vnanimiter et concorditer, de consensu et voluntate expressa capituli Sedun. confirmantis et roborantis infrascriptam compositionem, que talis est: videlicet quod coquus dni episcopi debeat preparare cibaria de mandato senescalci et senescalcus de mandato dni episcopi debeat precipere, prout ab ipso habuerit in mandatis. Item quod dictus senescalcus possit mittere ad domum suam, dummodo sit cum ipso dno episcopo, videlicet ibi vbi tenebit domicilium suum et fouebit larem, si dnus episcopus erit in illis locis seu villis seu castris seu ciuitatibus, videlicet quatuor scutellas competentes in qualibet hebdomada tantum carnium vel piscium vel illius cibarii quod preparabitur in curia dni episcopi, et pro tanto sit contentus dictus senescalcus quantum ad scutellas. Item quod dictus senescalcus habeat ciuatam et fenum a curia dni episcopi ad opus duorum roncinorum, cum erit cum ipso dno episcopo. Item quod possit tenere vnum destrarium de armis cum dictus dnus episcopus qui nunc est vel qui pro tempore erit habebunt guerram, et tunc habeat fenum et ciuatam a dicta curia ad opus dicti destrarii; tempore autem pacis non debeat habere fenum neque ciuatam ad opus destrarii supradicti. Item quod dictus senescalcus habeat victum in cibariis tantum in curia episcopali cum vno scutifero et vno seruiente secum tantum quum fuerit presens cum dno episcopo. Item quod debeat habere singulis annis duo paria robbarum a dicto dno episcopo, qui nunc est et qui pro tempore erit, cum pennis seu cendallo, que robbe sint de tali panno et de talibus pennis de quibus dictus dnus episcopus,

qui nunc est vel qui pro tempore erit, se et socios suos induet, et hoc habeat locum si senescalcus sit miles, si vero sit domicellus debet habere robbas et pennas bis in anno de tali panno et de talibus pennis de quibus dictus dnus episcopus induet domicellos suos nobiles qui seruiunt coram episcopo. Item habet corium vnius bouis, si occiditur, singulis annis in curia episcopi ad Pascha et corium vnius bouis, si occiditur, singulis annis in Natali Dni in curia supradicta et coria omnium boum pinguium qui donabuntur dicto dno episcopo, qui nunc est et qui pro tempore erit, qui occidentur in curia sua et coria et pelles illorum boum seu vaccarum et castronum qui debentur dicto episcopo in receptis de Aragnon consuetis. Item quod dictus senescalcus habeat et habere debeat decimum denarium in omnibus que accidunt dno episcopo, qui nunc est et qui pro tempore erit, in quibus vicednus habet jus, videlicet in ciuitate et infra terminos ciuitatis Sedun., extra autem ciuitatem inquiratur jus quod debet habere in dicto decimo denario, et illud jus, si quod reperiretur, sit sibi saluum et sibi restituatur. Item habeat denarium in placitis quando accidunt dno episcopo supradicto, exceptis et saluis placitis de casamentis. Item tempore quo vacabit sedes episcopalis Sedun., dictus senescalcus pro juribus supradictis senescalcie sue debet poni per capitulum in castellanum pro sallario competenti in vno ex castris ecclesie Sedun., si videatur capitulo quod persona senescalci qui pro tempore erit sit fidedigna et quod sine periculo ecclesie dictum castrum possit sibi committi custotiendum ; alioquin dictum capitulum ad id faciendum minime teneatur, et pendente predicto tempore vaccationis capitulum non teneatur dicto senescalco nisi ad sallarium pro custodia castri qui sibi fiet secundum formam superius memoratam. Pro qua senescalcia et omnibus juribus senescalcie supradicte, que dictus dnus Vuillielmus confitetur se tenere et tenere velle et debere in feodum ab eodem dno

episcopo et ecclesia supradicta et pro aliis rebus que idem dnus Guillielmus tenet in feodum ab eodem dno episcopo et ecclesia sua, dictus dnus Guillielmus senescalcus confitetur et in veritate recognoscit in jure coram nobis predictis dnis Martino de Sancto Jorio et Guillielmo de Stipulis datis pro curia ab eodem dno episcopo approbata ab eodem dno Guillielmo senescalco, se esse vassallum ligium dicti dni episcopi et ecclesie supradicte cum aliis vsagiis et seruiciis que facere debet. Quam concordiam, etc., promiserunt, etc. Et renunciauerunt, etc., irritatis omnibus aliis litteris et scripturis que super hoc sunt confecte vel aliquo tempore reperirentur, etc. In quorum testimonium nos predicti balliuus et vicarius sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Et nos predicti Bonifacius episcopus et Guillielmus senescalcus ad memoriam rei geste et perpetuam roboris firmitatem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Et nos capitulum Sedun. ipsam dictam compositionem laudamus, rattificamus et approbamus et authorisamus et ad maiorem roboris firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Et est actum quod de predictis fiant due littere eiusdem tenoris, vnam quarum habeat predictus reuerendus pater dnus Bonifacius episcopus et aliam habeat dnus Guillielmus senescalcus supradictus. Datum apud Valleriam, infra ecclesiam, in capitulo, coram reuerendis viris dno Petro decano Sedun., dno Joanne cantore Sedun., dno Petro de Leuca, dno Jacobo de Nouilla, dno Rodolpho de Grona, dno Vldrico de Leuca, dno Francisco de Herdes, magistro Martino, dno Francisco de Curia maiore, sacerdotibus et canonicis Sedun., Anthonio Vboldi, Petro de Moniouelo, Peterlino de Vespia, Guydone de Montagnye et Thoma de Vespia filio Jocelini de Vespia, canonicis ecclesie supradicte, anno Dni millesimo CC nonagesimo primo, die jouis prima intrante mense martii.

1015

Guillaume Vyjos vend deux pièces de terre à Pierre Decimator.

Lenz, 1291, 5 mars.

Archives de la ville de Sion, Copia litt. de Lenz, fol. LXIX.

* Notum, etc., quod ego Vullielmus dictus Vyjos de Chermignon inferiori vendidi pro vigiuti sol. Maur. michi solutis et pro vsagiis dnorum faciendis Petro Decimatori de Chermignon inferiori vnum frustrum prati, situm apud castrum Warneri, inter pratum dni Petri de Morestello militis et pratum meum situm a parte strate, item vnum frustrum prati siti in Siccis Plateis. Actum apud Lenz, III nonas marcii, anno Dni M°CC° nonagesimo primo, Rodulpho regnante, Bonefacio episcopante.

1016

Louis d'Anniviers, chevalier, reconnaît devoir 100 L. à Guigone d'Anniviers et à ses enfants.

Vissoye, 1291, 13 mars.

Registrum Martini de Seduno notarii.

* Notum, etc., quod cum discordia verteretur inter nobilem dnam Guigonam relictam nobilis viri dni Jaco. militis, vicedni de Aniuesio, nomine sui et liberorum suorum, ex una parte, et dnum Ludouicum de Aniuesio militem, filium quondam Willermi de Syrro, ex altera, super LV sol. florinorum aureorum et sexties XX lb. Maur., quas eadem dna nomine quo supra petebat a dicto milite et que omnia habuerat de bonis

dicti dni Jaco., dicto dno Ludouico asserente dictas summas pecunie de dictis bonis a dicto dno Jacobo non habuisse; tandem dicta discordia consilio proborum virorum sopita est in hunc modum, quod dictus dnus Ludouicus teneatur soluere dicte dne Guigone et liberis suis C. lb. Maur., pro quibus dat obsides Willermum de Aniuesio filium dicti dni Jaco., Jacobum de Aula, etc. Testes Gotefredus de Morgia domicellus, etc., et dnus W. curatus de Aniuesio, qui hanc cartam leuauit, apud Vyssoy, III° idus marcii, anno Dni M°.CC° nonagesimo primo, R(odulpho) r(egnante), Bonefacio episcopante.

1017

Traité conclu entre l'évêque de Sion et la commune de Milan au sujet du transit des marchandises.

Sion, 1291, 15 mars.

Archives de Valère, B. 58.

Anno natiuitatis Dni millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indicione quarta, die mercurii idibus marcii [1], in curia episcopali Sedun., reuerendus in Christo pater dnus Bonefacius Dei gracia episcopus Sedun., ad quem iurisdicio ciuitatis et diocesis spectat, de uoluntate et consilio illorum canonicorum capituli ecclesie Sedun. qui erant ibi presentes et de uoluntate et consensu illorum nobilium et ciuium de districtu dicte ciuitatis qui ibi conuenerant pro hoc speciali negocio explicando et ordinando, ex una parte, et discreti viri Ourricus de Montelireto et Matheus Lignacius, nuncii et ambaxatores communis et hominum ac mercatorum Mediolani, qui Matheus erat sindicus et procurator communis Mediolani, prout constat

[1] En 1291, le jour des ides de mars est un jeudi ; c'est en 1290 que ce jour est un mercredi.

per publicum instrumentum factum, testatum et tradatum per Astulfum Cotam notarium, in anno currente M°CC°LXXXX°, die lune penultimo mensis octubris, indicione IIII^a^, et scriptum per Jacobum de Merate notarium, et sindicus et procurator et nuncius locius communitatis mercatorum Mediolani, prout constat per cartam unam publicam inde factam et scriptam per Ingrisium filium quondam Jacobi de Doto notarium, anno Dni M°CC°LXXXX, die mercurii primo menssis nouembris, indicione IIII^a^, ad infrascripta omnia et singula facienda nomine ipsorum communis et communitatis mercatorum Mediolani, ex alia parte, fecerunt et ordinaverunt et inhierunt conuenciones, pacta et promissiones ad inuicem secundum quod inferius continetur, ad hoc ut utilitati utriusque partis prouideatur et cessent questiones que possent oriri inter eas partes. In primis quod non possint fieri represalie uel saximenta uel interdicta in personis uel rebus hinc uel inde infra dies XL sequentes post aliquod delictum comissum, nisi primo fuerit denunciatum per dnum episcopum uel nuncios suos communi Mediolani, uel per commune Mediolani uel nuncios suos dno episcopo, quod facta esset preda uel robaria uel tale quid propter quod deberent fieri represalie uel saximenta ex inde, et quod restitucio inde fiat, et quod post illam denunciacionem primo expectetur per menses duos antequam dicte represalie uel saximenta uel interdicta fieri debeant uel possint. Item quod illa interdicta uel saximenta uel represalie non possint fieri racione alicuius debiti quod deberet uel debebit in futurum commune Mediolani uel aliquis de ciuitate et districtu Mediolani uel racione alicuius promissionis facte uel que fieret per commune uel aliquem de ciuitate uel districtu Mediolani dicto dno episcopo uel predecessori suo uel alicui de districtu dicti dni episcopi uel ecclesie Sedun., uel quod deberet uel debebit in futurum aliquis de districtu dicti dni episcopi et ecclesie Sedun. alicui de ciuitate uel districtu Mediolani, nisi con-

tra eum uel eos qui essent debitores et fideiussores eorum et res eorum. Item quod dnus episcopus teneatur et debeat suis propriis expensis habere et tenere et conseruare in sua protectione et custodia in personis et rebus in toto suo territorio et districtu saluos et indempnes omnes mercatores tam eundo quam stando et redeundo, et quod teneatur eis restituere siue dicto sindico supradicto nomine omne dampnum quod substinerent in territorio seu districtu dicti dni episcopi seu communitatis Sedun. siue per robariam uel alio modo iniusto siue per furtum, exceptis tamen fortuitis casibus, et hoc siue factum fuerit in personis siue in rebus, et hoc infra XL dies ad minus postquam maleficium fuerit perpetratum et episcopo denunciatum uel eius uices gerenti, ita tamen quod credatur sacramento illius mercatoris qui dampnum uel robariam uel furtum passus fuerit et de eo quod afirmare uoluerit suo sacramento absque aliqua alia fide uel probacione, saluo quod si dicto dno episcopo placuerit quod ultra sacramentum ille qui derrobatus fuerit uel ammiserit uel dampnum passus fuerit, debeat docere per litteras sigillatas sigillo vniuersitatis mercatorum Mediolani quod est consuetus mercator et legalis et fide dignus, hoc excepto quod si aliquis nuncius uel nuncii predictorum mercatorum res dni sui uel dnorum suorum furtiue subtraxerit uel robauerit, quod dnus episcopus non teneatur dictis mercatoribus aliquid emendare de furtis et de robariis factis per manus ipsorum nunciorum seu per nuncios ipsorum. Item quod dnus episcopus teneatur facere seu fieri facere et omni tempore manutenere suis expensis stratam et pontes ab aqua de Morgia usque ad locum de Ayerto pro pedagiis consuetis soluendis. Si uero strata ab Ayerto usque Vesbiam reparacione seu refectione indigeret, idem dnus episcopus teneatur facere fieri quocienscunque expedierit pro pedagio consueto et constituto. Item dictus dnus episcopus teneatur facere fieri per se uel per alium pontem de Rida et

stratam custodire tempore pacis a cruce de Octano usque ad aquam de Morgia. Item quod dictus dnus episcopus teneatur et debeat curare et facere quod a ciuitate Sedun. usque ad locum de Ayerto non discaregentur alique balle nec a dicto loco de Ayerto usque ad Brigam, nec a dicto loco de Briga usque ad ecclesiam de Semplono, set fiat iter per ductores ballarum cum ipsis ballis usque ad loca predicta sine discaregacione in itinere predicto uel in aliqua parte, nisi solummodo in Ayerto et in Briga et ad dictam ecclesiam de Semplono, et quod teneatur dictus dnus episcopus punire et condempnare illos qui contra fecerint de solidis XX Maur., sine spe relaxacionis, pro qualibet uice seu pro quolibet plaustro uel bestia, et nichilominus victuralis teneatur portare ballam usque ad locum ordinatum, nisi consensu mercatoris cuius fuerint balle remanserit alibi. Item quod dnus episcopus teneatur et debeat infra VIII dies proximos facere preconizari et precipi per terram suam quod nullus de terra sua seu districtu faciat societatem uel debitum cum communi Mediolani uel aliquo negociatore uel alio homine, uel aliquod seruicium faciat, uel ad soldum uel ad feudum uel in exercitum uel soldatam uadat, uel aliquod eis uel alicui eorum credat sub spe alicuius represalie, nisi solo modo contra eum qui debitor uel fideiussor extiterit in contractu. Alii uero alterius obligacionis nullo modo teneantur, nec eorum res nec ipsi mercatores aliqua de causa impediantur pro eorum obligacionibus seu debitis uel exercitibus uel soldatis uel aliquibus aliis occasionibus. Item quod si aliquis nuncius mercatorum in districtu ipsius dni episcopi delinquerit, quod ob hoc res mercatoris non possint uel debeant detineri, sed ipse nuncius secundum quod delinquerit puniatur, si peruenerit in forciam dni episcopi supradicti, et si non poterit haberi mercator qui eum duceret delinquentem, teneatur jurare quod ubicunque ipsum posset inuenire, quod ipse pro posse suo ipsum et res suas faceret detineri, quous-

que de dicto maleficio iusticia esset facta et emenda passo iniuriam, furtum uel rapinam secundum posse delinquentis, et tantum faciet bona fide inde quantum faceret si res sue proprie essent furate uel depredate. Item quod dictus dnus episcopus non possit imponere nec permittere debeat quod imponatur aliquod pedagium super mercatoribus seu negociatoribus pro aptandis stratis et pontibus uel alia occasione seu modo qui dici posset uel excogitari, nisi illa pedagia consueta, videlicet que tempore bone memorie dni episcopi Henrici quondam Sedun. episcopi leuabantur. Item quod dnus episcopus supradictus teneatur curare et facere quod nullum pedagium uel dacium auferatur mercatori pro equo quem equitauerit uel famulo suo siue seruienti suo pro equo quem equitauerit uel pro personis suis, nisi fraudolose fieret pro pedagio uitando, super quo credatur sacramento mercatoris. Item quod dictus dnus episcopus non teneatur emendam facere alicui mercatori de aliqua moneta aut eciam de auro seu de argento in quacunque specie siue qualitate consistat que imponatur in aliqua balla. Item quod mercatores teneantur deponere penes hospites suos denarios suos, et de ipsis si ammitterentur dictus dnus episcopus teneatur facere restitucionem per se uel per hospitem suum infra dies XL postquam idem dnus episcopus fuerit requisitus. Vice uersa predictus sindicus, suo nomine et nomine vniuersitatis mercatorum, considerans quod predictus dnus episcopus non posset pontes et stratas reficere et in bono statu conseruare sine maximis et immoderatis expensis, dedit et constituit uoluntarie dicto dno episcopo hanc conductam, videlicet super qualibet balla panni draperie de Francia et drappi seu panni de auro uel syde et speciarie duodecim denarios Maur. pro qualibet balla, et pro quolibet equo de guarda duodecim den. Maur. De ballis uero fustanorum, lane, cere, corduanorum, accuum, armature et aliis ballis equiualentibus sex den. Maur. pro qualibet

balla. De ballis uero ferri, azarii et cuiuslibet metalli, saluo auro uel argento, duos den. Maur. pro qualibet balla, salvis tribus den. Maur. qui soluebantur apud Sedunum et duobus den. qui soluebantur apud Brigam et vnum den. apud pontem de Rida de antiquis pedagiis, prout est actenus consuetum. Item dedit eidem dno episcopo nomine et modo supradicto unum den. Maur. pro qualibet balla pro manutenendo ponte de Grangiis de Martigniaco et vnum Viannenssem pro sosta illius loci et pro quolibet equo de guarda unum den. Maur. Cetera uero pedagia que non continentur in supradicto instrumento penitus relaxentur, exceptis illis pedagiis et daciis que dabantur et leuabantur tempore dni Rodulphy predecessoris dni episcopi memorati. Que suprascripta excepta soluantur in posterum prout est actenus consuetum. Insuper predictus sindicus, suo nomine et nomine supradicto, dedit et constituit et ordinauit quod dnus Willelmus dapifer venerabilis patris dni episcopi Sedun. et sui heredes et non cui dederint habeant similiter de qualibet balla de qua dnus episcopus accipit duodecim den. Maur., duos den. Maur. et de quolibet equo de guarda duos den. Maur. et pro quibuslibet aliis ballis denarium unum Maur. Quam donacionem uoluit et ordinauit perpetualiter permanere, ita quod dictam donacionem non possint alienare ullo modo. Et ipse uero dnus Willermus et sui heredes teneantur ipsos mercatores adiuuare et manutenere in omnibus negociis mercatorum siue mercature in districtu dni episcopi Sedun. et alibi ubicunque poterit iusticia mediante. Item quod dnus episcopus teneatur precipere ligatori ballarum de Briga quod de cetero aliquas ballas non ligabit nec deligabit, nisi de uoluntate mercatorum, et quod mercatores uel nuncii possint facere deligari et ligari ballas suas quandocunque uoluerint et a quibuscunque uoluerint. Item quod dictus dnus episcopus teneatur precipere et procurare quod ponderatores ballarum de Briga teneantur de con-

scilio duorum uel trium mercatorum Mediolani ponere quolibet anno unum bonum et fidelem hominem de Briga ponderatorem ad ponderandum ballas mercatorum, et quod dictus ponderator ballarum teneatur iurare ad sancta Dei euuangelia in presencia maioris de Narres quod fideliter et legaliter ponderet ballas, quamdiu in dicto officio fuerit constitutus. Item quod victurales de terra dni episcopi qui portant ballas non possint nec debeant facere inter se aliquod sacramentum seu conuenciones, promissiones siue pacta de balla portanda in preiudicium mercatorum siue contra mercatores, nisi de consenssu et uoluntate dni episcopi supradicti. Item quod dictus dnus episcopus teneatur facere et reficere seu fieri facere et refici in Martigniaco et in Seduno et in Ayerto sostas in quibus debent reponi balle, prout iustum fuerit, per illos qui inde habent remuneracionem. Item quod nullus de districtu dicti dni episcopi debeat emere ballas uel negociaciones dictorum mercatorum ab aliquo eorum ductore uel nuncio nec mutuare super eisdem ballis uel negociacionibus, nisi mercator esset presens uel nuncius eorum super hoc haberet mandatum ab eis; et si quis contra faceret teneatur dictus dnus episcopus compellere eos ad faciendum racionem sumariam ad restituendum dictis mercatoribus ipsas ballas siue negociaciones iusticia mediante. Que omnia et singula capitula supradicta, prout superius continentur, tempore regiminis dicti dni episcopi obtineant firmitatem et non ultra, preter donacionem dicti dni Willelmi que durare debeat in perpetuum pro se et suis heredibus et non cui dederit. Et dicte partes promiserunt sub obligacione omnium bonorum suorum et bonorum ecclesie Sedun. et bonorum communis et hominum Mediolani, vicissim una pars alteri et altera alteri, omnia et singula que superius continentur attendere, obseruare et rata et firma habere et tenere et sic dare, facere et restituere, et dictus dnus episcopus de consilio predicto et uoluntate, ex una parte,

et dictus sindicus predicto nomine et modo, ex alia, promiserunt quod restituent sibi vicissim omne dampnum, interesse et dispendium quod perinde haberent uel substinerent. Et renunciauit dictus dnus episcopus priuilegio sui fori et omnibus excepcionibus et deffensionibus quibus se tueri posset, et supradictus sindicus, nomine suo et nomine communitatis mercatorum predictorum, non cohactus nec deceptus nec per aliquem circumuentus set propria uoluntate, predicta dona predicto dno episcopo dare et soluere bona fide promisit propter raciones superius assignatas. Item hoc acto, addito, dicto et ordinato inter ipsas partes quod si capitulum supradictum quo cauetur quod expectetur per mensses duos antequam dicte represalie uel saximenta uel interdicta fieri debeant uel possint, etc. vendicauerit sibi locum, quod illi duo mensses non debeant currere nec possint currere quat(enus) infra illos duos mensses victurales starent quod non ducerent ballas ipsorum negociatorum. Et ut in accipiendis pedagiis memoratis siue donis omnis tollatur dubietas tam per conuenciones habitas inter dnum Rodulphum predecessorem predicti dni episcopi quam per presentes conuenciones contentas in instrumento presenti, exprimuntur pedagia siue dona et collecte que de cetero dari siue leuari debent et non aliqua alia nisi illa que inferius continentur. Inprimis de qualibet balla panni draperie de Francia et drapi de auro et syde et speciarie duodecim den. Maur., et pro quolibet equo de guarda duodecim den. Maur. De ballis uero fustaneorum, lane, cere, corduanorum, accuum, mercerie, armature et aliis ballis equiualentibus sex den. Maur. pro qualibet balla. De ballis uero ferri, azarii et cuiuslibet metalli, saluo auro uel argento, duo den. Maur. pro qualibet balla. Item apud Sedunum tres den. Maur. pro qualibet. Item apud Sedunum sex den. Maur. pro quolibet equo de guarda. Item duos den. Maur. apud Brigam pro qualibet balla leuentur cum aliis pedagiis ibidem consuetis,

excepto pedagio de quatuor (den.) Maur. pro qualibet balla quod in Briga colligebat Stephanus de Saxo occasione feriarum Sancti Laurencii, de quo idem Stephanus fecit uendicionem mercatoribus Mediolani, ut ibi dicebatur. Item apud pontem de Rida unum den. Maur. pro qualibet balla. Item ibidem quatuor den. Maur. pro quolibet equo de guarda cum aliis pedagiis ibidem consuetis. Item pro ponte de Grangiis de Martigniaco manutenendo unum den. Maur. pro qualibet balla et unum Vianenssem pro sosta illius loci et pro quolibet equo de guarda den. unum Maur. Item pro reparacione strate de Ayerto usque ad Vesbiam unum Vianenssem pro qualibet balla. Item pro reparacione vie subtus Vertro et in loco qui dicitur Veraces unum Vianenssem, qui est datus et concessus Oberto de Ganio et heredibus suis pro qualibet balla. De qua donacione habet instrumentum factum per manum Amedei notarii, ut ibi dicebatur. Pedagia uero dno Willelmo dapifero concessa leuentur prout est superius expressum. Predictus uero dnus episcopus et dictus sindicus omnia predicta concesserunt et uoluerunt rata et firma habere et sigillis suis propriis sigillari ad maiorem roboris firmitatem. Et inde plures cartas unius tenoris preceperunt fieri, si fuerit oportunum. Ad hec fuerunt testes dnus Willermus de Stipulis, Petrus de Grisiaco filius dni Willelmi de Grisiaco, domicellus ipsius dni episcopi, et Guidolinus de Rodis, Nouariensis diocesis; supradictus Ourricus ambaxator hoc instrumentum suo sigillo uoluit roborari.

Ego Jacobus de Bonotempore notarius, habitator burgi Petre Sancte, Nouariensis diocesis, hiis omnibus interfui et inde hanc cartam de mandato predictarum partium tradaui, abreuiaui et scripsi et signum meum apposui.

Sceau de l'évêque tombé; fragment de celui du syndic; celui d'Ourricus est entier.

1018

Guillaume de la Chapelle, donzel, vend des terres à son gendre Jean d'Ayent.

Saint-Romain, 1291, 21 mai.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXXI.

Notum, etc., quod ego Vulliermus de Capella domicellus, laudatione Jaquemete vxoris mee, vendidi, pro IIII^{or} lb. Maur. michi solutis et pro IIII^{or} fisch. frumenti censualibus et XII den. placiti ad mutationem dni uel vassalli, Johanni filio quondam Chaberti de Ayent, marito Perrete filie mee, contaminam quam quondam acquisieram a Rodulpho de Gresiaco et Aymoneta vxore eius. Item vendidi, pro XXXIII sol. Maur. michi solutis et pro obolo seruicii in parata episcopi et vnum den. placiti, eidem emptori quamdam peciam campi sitam apud dictum territorium... Testes : Jacobus de Capella, Jacobus Philipi, Jacobus donni Romani, Martinus de Cliuis et Petrus de Cliuis clericus, qui, etc. Actum apud Sanctum Romanum, XII kl. junii, anno Dni M°CC° nonagesimo primo.

1019

Les églises dépendantes de l'abbaye de Saint-Maurice ne doivent aucune taille à l'évêque de Sion.

Sion, 1291, 24 mai.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 248, ex arch. Agaun.

* Bonifacius Sedun. episcopus recognoscit neo-episcopis Sedun. nichil deberi a rectoribus ecclesiarum in hac diocesi abbatie Agaun. subjectarum tam ratione eorum sacre quam

caritativi auxilii. Datum Seduni, anno Dni M.CC.XCI°, IX kl. junii.

Voy. plus haut, pag. 196, N° 796, une déclaration semblable.

1020

Jocelin de Viége, fils de Godefroid comte de Blandrate, revendique, en vertu du droit de retrait, la seigneurie des vallées du Simplon que Boniface, évêque de Sion, a achetée de Marzon de Castello.

Sion, 1291, 1er juin.

Archives de Valère. — De Gingins, Documents pour servir à l'histoire des comtes de Biandrate, 15. — Furrer, III, 94.

Anno Natiuitatis Dni M°.CC°.LXXXX° primo, indicione quarta, die veneris primo mensis junii, in curia episcopali Sedun., in presencia mei notarii et testium subscriptorum, Joncelmus de Vesbia filius quondam dni Gotefredi, comitis de Blandrate, reuerendo in Christo patri dno Bonefacio diuina et apostolice sedis providencia Sedun. episcopo sedenti in dicto loco cum pluribus personis solempnibus proponi fecit nomine suo et Johannis filii quondam Willermi fratris dicti Joncelmi, nepotis sui, quod cum idem dnus Bonefacius, ut idem Joncelmus intellexit, emisset a Marzono filio quondam dni Perronerii de Castello homines, possessiones et jura omnes et omnia que idem Marzonus habebat, possidebat uel quasi in valle Deuerii et a ponte Crenole, Nouariensis diocesis, usque ad locum Brige, Sedun. diocesis, pro certa pecunie quantitate et idem Joncelmus et Johannes nepos eius haberent jus in predictis rebus uenditis eidem dno Bonefacio, tam ex donacione facta a dicto quondam dno Perronerio de Castello predicto quondam Willermo et quondam Peterlino fratribus dicti Joncelmi, quam ex successione ab eis Joncelmo et Johanne dictis donatariis, contradicebat ne dictas res aprehenderet nec vendicionem perficeret in predictis rebus in iniuriam dictorum Joncelmi et

Johannis, cum ad ipsos predicti homines, possessiones et iura pertinerent racionibus et nominibus quibus supra, et posito sine preiudicio quod premissa ipsis Joncelmo et Johanne non prodessent quando tamen prosunt, dicebat se habere ius offerendi precium in predictis rebus racione atinencie quod in Vallesio vulgariter dicitur tenti, et petebat suo et predicto nomine quod idem dictus dnus Bonefacius episcopus eis exprimeret illam pecunie quantitatem quam dare debebat pro predictis rebus uel dederat, quia parati erant dictam pecuniam ipsi dno Bonefacio restituere et pro danda ydonee satisdare et fideiussores, si quos idem dnus Bonefacius posuerat pro solucione dicte pecunie facienda, a fideiussione huiusmodi liberare, et ad complendam oblacionem predictam secundum predicte ciuitatis consuetudinem dictus Jocelmus tam in manu sua quam in quodam capucio de blaueto quamdam pecunie quantitatem nomine suo et predicti nepotis sui oferebat dicto dno Bonefacio, ut ipse eam reciperet, si eam solueret dicto Marzono uenditori dictorum rerum, quem numerum pecunie ego predictus notarius infrascriptus quotus esset ignorabam. Interfuerunt ibi testes Martinus de Sancto Georgio, dnus Vldricus de Rarognia, dnus Raynaldus de Martiniaco et dnus Jacobus de Mar, milites.

Ego Jacobus de Bonotempore notarius hiis omnibus interfui et inde rogatus hanc cartam abreuiaui et scripsi et subscripsi.

1021

Traité de paix entre Jocelin et Jean de Blandrate et les hommes des vallées de Saas et de Saint-Nicolas, d'un côté, et les hommes de la vallée d'Anzasca et de Macugnaga de l'autre.

Almagell, 1291, 16 août.

Archives de Valère.

* Anno dnice incarnationis millesimo ducentesimo nona-

gesimo primo, indicione quarta, die jouis sexto decimo intrante augusto, in loco de Armenzello[1] de Valexio, dnus Joncelmus comes de Blandrate, filius quondam dni Gotefredi comitis de Vespia, suo nomine et nomine Zannini nepotis sui, filii quondam dni Guillelmi fratris sui, et omnium hominum de valle Solxa[2] et de Morgano[3] vallis Solxe et de Zauxon[4] et de Prato Borno[5], pro quibus promisit de rato habendo, ex vna parte, et Vbertus de Calasca filius quondam Demoldrici de Calasca et Jacobus de Motex filius quondam Morexoli de Calasca et Jacobus filius quondam Alberti Mazoni de Banio et Petrus de Albariis de Auenzono et Vgetus filius quondam Zaneboni de Ciuoledo, eorum nomine et nomine communis et hominum tocius vallis de Valenzasca et de Macugnaga, pro quibus promiserunt de rato habendo, et quorum sindici et procuratores sunt ad infrascripta omnia facienda, ut continetur in carta vna syndicatus et procurationis facta per me Burginum notarium infrascriptum hoc anno, die dominico XII intrante augusto, ex altera, de omnibus discordiis, controuersiis, littibus, causis, questionibus, robariis, incendiis, dampnis datis, homicidiis ferutis, iniuriis, asaltis et omnibus aliis occaxionibus que dici vel excogitari possint, que hinc retro incurrissent inter dictum dnum Jonzelmum comitem et dnum Guillelmum fratrem eius et Zanninum fratrem eius filium quondam dicti Guillelmi et homines vallis Salxe et de Morgano ipsius vallis et de Zauxon et de Prato Borno et eorum sequaces, ex una parte, et homines de Valenzasca et de Macugnaga, ex altera, elegerunt eorum arbitros et arbitratores et amicabiles compositores Guifredum filium quondam dni Guidoboni de Bacerio de Antigonio et Martinum de Gtalia filium quondam Petri de Gtalia et in ipsos sese suo nomine et predicto compromiserunt tanquam in arbitros, etc. Promit-

[1] Almagell, vallée de Saas. — [2] Saas. — [3] Meigern ? — [4] Chouson, Saint-Nicolas. — [5] Zermatt.

tentes, etc. sub pena lb. centum, etc. Interfuerunt testes Ludouicus filius S. Petri de la Platta de Vesbia et Marcoaldus de Baldessire ambo de Valexio, et plures alii. Ego Virgilius de Domo notarius, jussu Burgini notarii de Valenzasca qui eam tradauit et imbreuiauit, et scripsi et subscripsi. Vnde predicti Guifredus et Martinus arbitri et amicabiles compositores, etc. tales ut infra legitur dixerunt sentencias et pronunciaciones et talia arbitramenta et precepta et hec omnia infrascripta, presentibus predictis syndicis et Mazocho consule de Dorcala et Jacobo de Baceno nomine dicti Joncelmi cuius procurator est, etc. In primis quidem predicti arbitri pronunciauerunt quod predicte partes una pars alteri faciant inter se finem, pactum de non petendo et tocius eorum juris remissionem, una in manu alterius, occasione dampni, iniurii, incendii, etc. Item dixerunt quod predicte partes faciant pacem et concordiam de omnibus predictis iniuriis, etc., et quod taliter teneant pacem inter se quod una pars non offendat alteri et hec omnia intelligant debere fieri non solum de personis et vicinis de Valenzasca sed et de illis hominibus et personis argentariis que faciunt officium argenterie de Valenzasca et morantur ad argentarias Valenzasce, et insuper de communi et hominibus de Macugnaga. Item preceperunt quod omnes homines de Valenzasca et de Macugnaga tam argentarii quam alie persone possint ire, stare et redire secure in personis et rebus per totam terram Valexii pro factis et offensionibus dicti comitis Joncelmi et dicti Zannini et sequacium eorum et hominum de Vespia et de prebatiis eius ; et similiter quod predictus comes et dictus Zaninus et eius sequaces et dicti homines de prebatu de Vespia possint ire, redire et stare secure in personis et rebus in Valenzasca et hoc intelligatur pro factis et offensionibus hominum de Valenzasca tantum, non autem ex facto communis Nouarie et nunciorum eius. Item preceperunt quod non se ad inuicem offendant dicte

partes, hoc excepto quod si contingeret quod commune Nouarie exercitum faceret generale contra predictum comitem vel contra predictas personas pro quibus idem comes se compromisit, quod ipsi de Valenzasca possint ire in exercitum cum communi Nouarie, sicuti faciunt alie persone subdite communi Nouarie, nec propter hoc videantur cadere in penam. Item preceperunt quod omnes persone de Valenzasca et de Macugnaga et omnes alie persone vndecumque sint, possint stare, ire et redire cum bestiis et sine bestiis in alpibus de Valenzasca sine offensione ipsis facienda per ipsum Joncelmum comitem, per homines prebatus de Vespia et per sequaces eorum, et hoc intelligatur nisi sint de valle Sicida vel jurisdicione comitis Noúarie, quibus hic nulla datur securitas. Item quod dictus comes et dicte persone pro quibus se compromisit de val de Soxa et de Zauxono et de Morgano inferiori et de Prato Borno teneantur et debeant, sub debito sacramenti et sub pena compromisso apposita, quod aliqua roberia de rebus et bonis illorum de Valenzasca et de Macugnaga non fiat nec ducatur per aliquas personas per terras et possessiones et itinera seu alpes illorum dni comitis et nepotis eius et predictorum de val Seyxa et de Zauxono et de Morgano inferiori et de Prato Borno. Item preceperunt quod si contingerit quod predictus comes et sequaces eius vellent ire armati vel sine armis contra homines vallis Sicide, quod teneatur ire et redire a Peza Saltaneria in intus, sine a ponte de Morgano quod est in Valenzasca in intus, et si a dicta Peza in intus et a dicto ponte in intus ierit et redierit versus vallem Sicidam vel miserit vel sequaces eius, quod predicti de Valenzasca et de Macugnaga non possint ipsum comitem et sequaces prohibere inde transire et redire et contra ipsum nullo modo veniant. Item preceperunt quod si dictus comes vel predictus Zanninus sciuerint quod alique persone de Valesio vellent facere offensionem hominibus et argentariis de Valenzasca et de Macugnaga, quod bona fide quando cicius poterunt eis propallabunt;

et similiter si illi de Valenzasca sciuerint quod homines vallis Sicide et aliunde vellent offensionem aut dampnum facere predicto comiti seu predictis personis pro quibus se compromisit, quod similiter bona fide propallabunt quando cicius poterunt, et hoc sub pena pecuniaria et debito sacramenti in dicto compromisso comprehenso. Item preceperunt quod predicti de Valenzasca et de Macugnaga soluant eidem comiti Joncelmo lb. centum Maur. vel in alia pecunia numerata et ipsas consignent in burgo Domi in certis terminis. Item preceperunt quod predicte ambe partes dent bonos et ydoneos fideiussores qui sint homines dni episcopi Nouariensis, qui se et sua bona obligent pro predictis omnibus obseruandis; et hoc faciat vtraque pars hinc ad kalendas maias proximas; et si homines episcopi Nouar. non darentur fideiussores, quod darentur aliunde in arbitrio predictorum arbitrorum. Item preceperunt quod predictus comes Joncelmus primo per se confirmet omnia que in presenti instrumento pronuncitionis continentur, quod ita faciat quod predictus Zanninus nepos eius et dnus episcopus Sedunensis confirment predicta omnia hinc ad kalendas maias proximas, et eciam faciat quod homines de Morgano inferiori, de valle Solxa et de Zauxono et de Prato Borno usque ad sexaginta de maioribus laudent predicta omnia. Ex auerso similiter preceperunt quod predicti syndici de Valenzasca et consul de Dorcala faciant quod homines de Valenzasca et de Macugnaga vsque ad sexaginta de maioribus laudent predicta omnia. Et ibidem incontinenti predicti syndici et consul de Dorcala ex vna parte et dictus Jacobus de Baceno procurator dicti comitis Joncelmi promiserunt ipsam pacem omni tempore firmam tenere.

Ego Virgilius de Domo notarius, etc.

Vidimus fait par l'ordre d'Aymon, évêque de Sion, à la demande de Thomas de Viége chantre de l'église de Sion et comte de Blandrate, le 8 des calendes d'août, l'an 1311, à Sion, par le notaire Johannod dit d'Aubereynges, de Vevey, sous le sceau de l'évêque.

1022

Aymon de Langin, major de Sion, afferme, pour six ans, au sénéchal Guillaume tout ce qu'il possède à Bex.

Sion, 1291, 24 novembre.

Registrum Martini de Seduno not.

Notum, etc., quod ego Ay. de Langins maior Sedun., laudatione Beatricis vxoris mee, vendidi et finaui pro XXVI lb. Maur. michi solutis vsque ad sex annos proximos et continue incepturos dno Willermo senescalco Sedun. fructus et recollecturas, obuenciones, census, tallias et vsagia tam hominum quam omnium rerum quas habeo in territorio de Bez et dominio et totale dominium rerum predictarum et quicquid ibi percipere debeo vel debebam. Elapsis vero sex annis ad me omnia predicta libere deuoluuntur. Testes: Willermus rector hospitalis, Giroldus Wastapan, Giroldus de Bez dictus de la Tor, Johannes Porteroz, Anthonius filius Warneri Magni et magister Martinus qui hanc cartam leuauit, Seduni, in vigilia b. Katerine, anno Dni M°.CC°. nonagesimo I°, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1023

Boniface, évêque de Sion, reconnaît avoir reçu en prêt 70 L. de l'argent recueilli pour la croisade.

Sion, 1291.

Archives de Valère.

Bonifacius miseratione diuina episcopus et capitulum Sedun. vniuersis presentes litteras inspecturis et audituris subscri-

ptorum noticiam cum salute. Noueritis quod nos prefatus episcopus confitemur et recognoscimus nos recepisse et habuisse ex causa legalis mutui a dnis Petro de Leucha et Jacobo de Nouilla canonicis Sedun. in bona pecunia numerata septuaginta libras bonorum Maur. de decima vltra marina pro soluendis debitis nostre mense episcopalis multis debitis agrauate. Confitemur etiam et recognoscimus prefatas septuaginta lb. posuisse in solucionem dictorum debitorum et in vtilitatem predicte mense totaliter esse versas. Quas septuaginta lb. nos prefatus episcopus promitimus eisdem Petro et Jacobo vel eorum mandato bona fide prestita loco juramenti soluere vsque ad festum beati Martini yempmalis proximo veniens, postquam per octo dies ante a dictis Petro et Jacobo vel altero ipsorum fuerimus requisiti, vel ante si collectores dicte decime venirent in terram pro eadem decima recuperanda vel etiam colligenda et si per dictos dnos Petrum et Jacobum vel eorum alterum ante recessum dictorum collectorum fuerimus requisiti. Promitimus insuper prefatis Petro et Jacobo de predictis septuaginta lb. seruare indempnes et ab omnibus dampnis et expensis que vel quas propter defectum dicte solucionis facerent uel incurrerent quoquomodo expensas et dampna, et de eisdem credere eorum simplici verbo et eorum cuilibet sine aliquo juramento. Nos autem prefatum capitulum confitemur et recognoscimus similiter prefatas septuaginta lb. dictum dnum episcopum posuisse in solucionem debitorum mense episcopalis predicte et in vtilitatem ipsius mense totaliter esse versas. In premissorum autem testimonium nos prefati episcopus et capitulum Sedun. sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum Seduni, presentibus testibus dnis Petro decano, Francisco de Curia maiori, Nicolao de Raronia, canonicis Sedun., anno Dni M°CC° nonagesimo primo.

Les sceaux manquent.

1024

Le chapitre de Sion confère la métralie d'Hérens à Jean du Puyngsyour.

Valère, 1292, 11 janvier.

Archives de Valère, Registrum cancellarie Sedun.

Notum, etc., quod nos capitulum Sedun., III ydus januarii, conuocato capitulo per pulsationem campane; in ecclesia Valerie, Johannem dol Puyngs your de Glaex filium quondam Willermi dol Puyngsyour recepimus in hominem ligium et ipse fecit nobis homagium ligium, nobis melius quam alteri dno, et tenetur nobis in XII den. seruicii et in duobus sol. placiti. Nos uero contulimus perpetue sibi et suis heredibus mistraliam hominum nostrorum in perrochia de Heruens a perrochia de Magi illac, et debet recolligere, recuperare redditus, census, vsagia, seruicia et placita, tallias et banna et clamas que ibi super homines nostros euenient in futurum, et jurauit supra sancta Dei euuangelia, etc. Debet uero percipere idem Jo. et heredes sui legitime procreati nomine mistralie in clama trium sol. et sex den. sex den., et in omnibus aliis frewariis et encheytis mobilium in solido vnum den., et de iuribus nostris et racionibus perceptis, quando requisitus fuerit a nobis uel nostro nuncio, rationem et summum computum reddere et bona nostra et dictorum hominum conseruare. Testes: Johannes Herpoz mistralis capituli, dnus P. curatus de Magi, dnus P. decanus Sedun., dnus P. sacrista, dnus.... cantor et magister Martinus qui hanc cartam leuauit, Seduni, III ydus januarii, anno Dni M°.CC° nonagesimo secundo, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1025

Testament d'Akarias, sautier de Sion.

Sion, 1292, 30 mars.

Archives de Valère, F, 192.

* Ego Akarias salterus Sedun. meum testamentum ordino in hunc modum. Deo et B. M. V. animam meam recommendo. In cimisterio Sedun. cum meis predecessoribus eligo sepulturam. Confirmo donationem factam Ysabelle vxori mee ab Abel patre meo. Lego ecclesie B. M. Sedun. tres fischil. frum. censuales; item unum fisch. silig. confratrie Sancti Spiritus Sedun. ; item confratrie B. M. Sedun. censum vini quem michi debebat Brunetus de Tres les Mulins. In ceteris bonis meis heredes meos instituo capitulum Sedun., recognoscens quod multa bona ego et predecessores mei habuimus a capitulo memorato. Nolens quod si qui heredes mei se ostenderent, quod hec institucio alicui ipsorum aliquod preiudicium generet, sed in hiis in quibus debebunt de iure hereditent. Testes : dni Petrus sacrista, Johannes cantor, Vldricus de Leucha, Franciscus de Herdes, canonici Sedun., Jacobus magister, dnus Nicholaus de Sancto Paulo, sacerdos, etc., et ego magister Martinus cancellarius, qui, etc. Actum Seduni, III° kl. aprilis, anno Dni M°.CC° nonagesimo secundo, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1026

Marguerite d'Ayent donne une vigne en fief à Guillaume Leytya.

Saint-Romain, 1292, 30 mars.

Copia litterar. de Ayent., fol. XXVII verso.

* Margareta filia quondam Amidei de Ayent, laudatione Pe-

tri mariti sui, Nantelmi filii sui, Amydeus filius ejus impuber erat, dedit in feudum pro VIII fischilinis bladi et pro XII den. seruicii et duobus sol. placiti Vullermo filio quondam donni Petri Leytya vineam suam apud Comba Somjon. Testes : Rodulphus de Gresiaco domicellus, Johannes Chaberti et Petrus de Cliuis clericus, qui, etc. Datum apud Sanctum Romanum, anno Dni M.CC.XCII, III kl. aprilis.

1027

Concession du chapitre de Sion en faveur de quelques tabellions

Sion, 1292, 1er avril.

Archives de Valère, D, 33 original, et 12.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum discordia uerteretur inter capitulum Sedun., ad quod capitulum cancellaria dignoscitur pertinere, ex vna parte, et Johannem Abrici de Lausanna, Johannem de Malacuria, Leonardum de Lenz, Petrum de Conches, Petrum de Vernamesia, Faurier de Sancto Mauricio, Jacobum de Leucha, tabelliones siue notarios, ut asserebant, auctoritate imperiali, ex altera, super eo quod dictum capitulum dicebat quod dicti tabelliones siue notarii non poterant aut debebant leuare cartas auctoritate predicta in dyocesi Sedun. a Sancto Mauricio superius super aliquo contractu, cum ad cancellariam et eius leuatores Sedun. debeat recurri et non ad alios leuatores super instrumentis omnibus et cartis omnium contractuum conficiendis et leuandis, et dictam cancellariam habeat idem capitulum in feudum ab episcopo Sedun. Tandem dicti tabelliones videntes euidentissime pluribus rationibus eisdem ostensis et firmitatibus juris et consuetudine tam antiqua quod non extat memoria alicui hominum de contrario, quod si leuarent et conficerent nisi de mandato dicti capituli predicta instrumenta, quod maximum preiudicium capitulo generaretur, recognos-

centes offendisse non modicum dictum capitulum super hoc quod instrumenta leuauerunt aliquando sine mandato capituli memorati, petierunt iidem tabelliones a dicto capitulo sibi fieri graciam specialem ; et dictum capitulum ad preces ipsorum volentes eisdem facere graciam specialem dederunt eisdem licenciam ut conficere possint instrumenta et cartas super concordiis, mutuis obligationibus infra quinque annos se extendentibus et non vlterius, confessionibus, recognicionibus, procurationibus, causarum processibus et appellationibus infra jurisdictionem predicti capituli perpetualitatem aut possessiones seu redditus non continentibus. Et jurauerunt iidem leuatores tabelliones supra sancta Dei euuangelia tactis ipsis sacrosanctis euuangeliis quod instrumenta perpetualitatem continencia uel alia quam illa superius declarata non conficient aut leuabunt infra terminos supradictos, sed ad cancellariam dirigent supradictam Inde rogauit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dnus Anselmus de Saxons, miles, magister Willermus de Liesc, Johannes Herpos mistralis dicti capituli, Willermus de Augusta hospitalarius et magister Martinus qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Johannes Aylloz juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, kl. aprilis, anno Dni M°CC° nonagesimo secundo, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

Levata est carta IX kl. julii, A. D. M°CCC°XXIII°, Aymone episcopante.

1028

Le lieutenant de Louis de Savoie, sire de Vaud, confirme des acquisitions faites par l'église de Leytron.

Leytron, 1292, 4 juin.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 267, ex arch. Leytron.

Nos Aimondinus de Peccaster clericus, gerens vices in Val-

lesio et Vaudo illustris viri dni Ludovici de Sabaudia dni Vaudi, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos nomine predicti dni Ludovici et nostro laudamus et concedimus donationes et permutationes factas ecclesie de Leytron de rebus talliabilibus domini dno Synfredo curato ecclesie de Leytron et successoribus suis pro sex den. Maur. annis singulis dicto dno Ludovico vel eius mandato persolvendis et pro decem sol. de ...., quos confitemur et recognoscimus nos habuisse et recepisse a dicto dno curato in pecunia numerata. Testes ad hec fuerunt vocati et rogati: Jacobus mistralis de Sallon et Johannes de Mar vicednus de Leytron et Reymundus de Montagnon clericus et plures alii. Datum apud Leytron, cum appositione sigilli nostri, die mercurii post octabas Pentecostes, anno Dni M.CC.LXXXXII.

Au revers: Littera laudationis et confirmationis acquisitorum et donationum ecclesie de Leytron de tribus talliabilibus.

1029

Aymon d'Aoste inféode des terres à Pierre de Tarentaise.

Sion, 1292, 13 juillet.

Registrum Martini de Seduno notarii.

Notum, etc., quod ego Aymo filius dni Ebali vicecomitis de Augusta, laudatione Ysabelle vxoris mee filie quondam Jaco. Albi de Granges, in feudum concessi pro C sol. nomine intragii michi solutis et pro XX sol. censualibus usque ad..... annos proximos P. de Tharentasia clerico quinque sectoratas prati sitas en Aert cum grangia, ingressibus, etc., dominium vnius pecie prati quam tenet Willermus Escheri, item dominium de la Leschyeri quam tenet idem Willermus et confra-

tres sui. Si Ay. de Gresiaco domicellus, maior Sedun., a quo habeo predicta titulo pignoris obligata, predicta redimeret, assigno eidem P. dictos C. sol. recuperandos super VII lb. Maur. quas habeo apud Leucham, quas debet Ay. de Gresiaco predictus super omnibus bonis que habet apud Leucham.

Testes : dnus Vldricus de Leucha can. Sedun., dnus P. de Letron vicarius Sedun., dnus Nycholaus rector capelle de Sancto Paulo, etc. Seduni, III° ydus julii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo secundo, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1030

Guillaume de Saxo vend une vigne à Pierre de Maltua.

Naters, 1292, 4 août.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 117, ex arch. Sarquenii.

* Willermus de Saxo, laudatione Anthonie uxoris sue, vendit, pro IX lb. et X. sol. Maur. sibi solutis et una quartana olei annuatim reddenda hospitali de Halsen[1], Petro filio quondam Chononis de Maltua vineam que erat quondam Giroldi de Vineis. Datum apud Narres, anno Dni M.CC.XCII, II nonas augusti.

1031

Pierre Lionet vend deux pièces de terre à Jaquemet de Granges, dit d'Ayent.

Granges, 1292, 15 septembre.

Archives de Valère.

* Petrus Lioneti de Granges, laudatione Bone vxoris sue et Agnetis matris sue, vendit pro VII lb. Maur. Jaquemeto de

[1] Simplon.

Granges dicto de Ayent duo frusta terre, quorum vnum iacet apud Grona iuxta terram Albi de Corberes, secundum apud Oez. Testis Boso de Chaler domicellus. Datum apud Granges, anno Dni M.CC.XCII, XVII kl. octobris, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1032

Guillaume de Viége vend des terres à Jacques et Jean des Plans.

Sion, 1292, 28 septembre.

Archives de Valère.

Willermus de Vesbia filius quondam dni Willermi de Vesbia et Nychola eius vxor vendunt pro XXXIV sol. sibi solutis et X den. seruicii et II sol. placiti Jacobo et Johanni des Plans de Aent fratribus, ciuibus Sedun., quasdam ripas in pede Turbillionis ex parte Rodani, que habentur in feudum a mensa episcopali. Quam venditionem dnus Bonifacius episcopus Sedun. laudauit. Testis magister Martinus canonicus Sedun., etc. Datum Seduni, anno Dni M.CC.XCII, IV kl. octobris, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

Une autre copie est datée du 18 au lieu du 4 des calendes d'octobre, ainsi du 14 septembre.

1033

Boniface, évêque de Sion, vend à Nicolas de Bagnes, chanoine de Sion, tous les droits de la mense épiscopale à Vernamiège et à Nax pour le prix de 200 L.

Valère, 1292, 1er décembre.

Archives de Valère, Bb. 17. — Liber instrumentorum de Seduno, Bramosio, etc., fol. 164.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum nos Bonefa-

cius Dei gratia Sedun. episcopus non habeamus in mobilibus vel se mouentibus vnde possumus soluere debita ecclesie nostre oppresse multis debitis et deffensare ipsam ecclesiam ab impressionibus malignorum, qui ipsam multipliciter infestabant et nos bonis ipsius ecclesie spoliabant, habito super hiis pluries tractatu in capitulo nostro, nec uideamus quod possemus predictis occurrere nisi per distractionem bonorum immobilium, de assensu et laudatione predicti capituli et subastatione primitus facta, prout ordo iuris expostulat, vendidimus et finauimus imperpetuum pro CC lb. Maur. nobis solutis in bona pecunia numerata dno Nycholao de Bagnes canonico Sedun., et cuicunque dare, vendere, legare vel assignare voluerit in testamento vel extra, quicquid iuris, possessionis et dominii habemus seu habere debebamus nomine mense episcopalis in villa de Vernamesi et in villa de Nas et in territoriis earumdem villarum, tam in hominibus, possessionibus, seruiciis, talliis, placitis, sensibus, redditibus quam rebus aliis quibuscunque, exceptis jurisdictione, freweriis, bannis et incheytis que nobis retinuimus in predictis, salua conditione infrascripta. Promittentes, etc. Precipientes hominibus vassallis et feudatariis, etc. Hoc adiecto quod si predictus dnus Nycholaus vel cui dare, vendere, legare vel assignare voluerit in testamento vel extra, non posset aut non possent habere, recolligere vel recuperare super predicta venditione viginti lb. annuatim, nos de consensu predicti capituli eidem in garentationem assignamus jurisdictionem, frewerias, banna et encheytas supradictas, atque recursum habeant cui dare, legare, vendere vel assignare voluerit predicta, vnacum rebus aliis et feudis sibi venditis sine requisitione dni et clama aliqua facienda auctoritate huius carte, et ipsa omnia ex tunc in antea habeant, teneant et possideant libere, pacifice et in allodium in futurum. Promittimus, etc. Renunciantes, etc. Inde rogauimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur:

dnus Girardus decanus Valerie, Petrus sacrista, Johannes cantor, Anthonius Huboldi, Thomas de Vespia et Peterlynus eiusdem loci, dnus Vldricus, dnus Johannes de Leuca fratres, dnus Nycolaus de Rarognia, canonici Sedun., et plures alii canonici capituli supradicti et magister Martinus canonicus et cancellarius Sedun., qui hanc cartam leuauit et recepit, vice capituli supradicti, vice cuius ego Nycholaus de Aragnon eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum in Valeria, in capitulo, kl. decembris, anno Dni M°.CC. nonagesimo secundo, imperio vacante, ipso Bonifacio episcopante.

1034

Legs de Nicolas de Bagnes, chanoine de Sion, en faveur du chapitre.

1293 (1292), 25 décembre,

Archives de Valère, F. 230.

Notum, etc., quod ego Nicholaus de Bagnes canonicus Sedun. inter cetera in meo testamento contenta feci legata que inferius subsecuntur: Item do et lego capitulo Sedun. omnia acquisita mea que feci a dno Boniffacio Sedun. episcopo et habeo apud Vernamiesi et Nas et in locis adiacentibus ad exequenda ea que sequuntur. Item quadraginta sol. do eidem capitulo, quos acquisiui a Petro Marguero de Martignyaco et dno Reynardo eius filio in contrata de Aragnon et de Narres. Item lego capitulo memorato decem et octo fischilinos siliginis annuales, quos habeo super molendino de Bayart. Item lego eidem capitulo tresdecim sol. Maur. annuales quos michi facit dnus Reynaldus de Martignyaco miles de grangia quam habet iuxta domum suam et de stabulo subtus caminatam. De quibus decem octo fischil. et tresdecim sol. idem capitulum faciat singulis annis unam donam pauperibus pro remedio

anime mee et dni Jacobi de Monteyz quondam decani Valerie. Item volo quod singulis annis viginti solidi de supradictis quadraginta sol. diuidantur in anniuersario meo hiis qui interfuerint misse et vigiliis; alii vero viginti sol. diuidantur hiis qui intererunt anniuersario quondam dicti dni Jacobi decani Valerie. Testes: dnus Petrus sacrista, Johannes cantor., Nich. de Rarognia, canonici Sedun., Raymondus curatus de Granges, Nicholaus filius dni Raynaldi de Martignyaco et magister Martinus gerens vices cancellarie, qui hanc cartam recepit, VIII° kl. januarii, anno Dni M°CCC° (lege CC°) nonagesimo tertio.

Carta levata est die XXIII septembris, A° Di. M°CCC°LXXIIII°, Karolo regnante, Guichardo episcopante.

1035

L'évêque Boniface vend, pour 29 ans, le vidomnat d'Anniviers à Guigone, veuve de Jacques d'Anniviers.

1293, 3 janvier.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Bonifacius episcopus vendit vicedominatum (de Annivesio) Guigone relicte Jacobi de Annivesio ad opus Johannis pro 29 annis pretio 120 lb. 1293, 3 januarii.

1036

Fief mouvant du prieuré de Port-Vallais.

1292 (1293), 7 mars.

An. Jos de Rivaz, Opera hist. XII, 263, ex arch. Agaun.

Hermelot d'Hedyez tertiam partem hereditatis Hudriserii

Fol vendit Roleto de Hedyez pro LX sol. ; item aliam tertiam partem Johanni Modins pro LX sol. Lausan. Hanc autem hereditatem predicti tres participes recognoverunt se tenere a prioratu de Porvales. Et Nicolaus de Novila et Jaquetus de Lausanna procuratores dicti prioratus pro magistro Petro fisico dni Amedei comitis Sabaudie, priore, dictam hereditatem confirmant. Datum anno Dni M.CC.XCII, die veneris ante festum beati Gregorii pape.

1037

Louis de Savoie, sire de Vaud, fait remise aux hommes du mandement de Saillon des commises qu'il peuvent avoir encourues.

Conthey, 1293, 23 mars.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 283, ex arch. Saillon.

Nos Ludovicus de Sabaudia et (dnus) Waudi notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum haberemus querelam cum hominibus et habitatoribus Sallionis et totius castellanie et mandamenti seu districtus Sallionis liberis seu talliabilibus nomine commissionis, super eo quod nos dicebamus quod omnia tenementa, territoria et possessiones quas ipsi vel predecessores eorum emerant seu acquisierant usque ad diem hodiernam, nobis seu erga nos ceciderant in commissum, quia absque assensu nostro et gentium nostrarum et predecessorum nostrorum empte fuerant seu etiam acquisite, nos volentes predictis hominibus et habitatoribus facere gratiam specialem, predictos habitatores et eorum successores de predictis tenementis, territoriis et possessionibus pro nobis et nostris detinemus et investimus. Hoc acto quod usagia debita et consueta solvere nunc vel retroactis temporibus pro dictis tenementis, territoriis et possessionibus ipsi et eorum

successores nobis et nostris ex nunc in antea solvere teneantur. Quittantes in perpetuum pro nobis et nostris dictis hominibus et habitatoribus et eorum heredibus et successoribus commissum predictorum tenementorum et possessionum, si forte ceciderant in commissum, et culpam seu penam, si quam forte incurrerant, per presentes confitentes nos habuisse a predictis hominibus et habitatoribus pro dicta quictatione sex viginti libras Maur. nobis in bona pecunia traditas et solutas. Datum apud Contesium, cum appositione sigilli nostri in testimonium predictorum, die lune post dominicam Palmarum, anno M.CC. nonagesimo tercio ab incarnatione Dni.

1038

Donations de Guillot en faveur des confréries du Saint-Esprit et de Sainte Marie, à Sion.

Sion, 1293, 31 mars.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Willelmus filius Petri de Cabanna, laudatione ipsius Petri patris mei et Jaquete vxoris mee, vendidi pro XL sol. Maur. Guillot Sartori ciui Sedun. duos fisch. siliginis censuales. Quos ex nunc prout ex tunc dat et legat idem Guilloz vnum confratrie Sancti Spiritus et alium confratrie Sancte Marie Sedun. post decessum suum. Testes: Anthonius Hubolz canonicus Sedun., etc., et magister Martinus qui hanc cartam leuauit, etc. Actum Seduni, II kl. aprilis, anno Dni M°.CC° nonagesimo tercio, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1039

Jean de Martigny vend un verger à Pierre de Louèche, sacristain de Sion.

Sion, 1293, 10 juin.

Archives de Valère.

* Ego Johannes de Martigniaco filius Petri de Vex vendidi dno Petro de Leuca sacriste Sedun. vilgultum meum quod jacet iuxta bastimentum ex parte vna et saxum subtus domum vicedogni Sedun. ex altera, et juxta terram Billeti pro V sol. acquisitionis et duobus fisch. siliginis censualibus altero anno, etc. Testes Willermus de Sancto Mauricio clericus gerens vices officialis, dnus Petrus de Leytrono vicarius Sedun., Johannes Herpo mistralis capituli. Datum Seduni, IIII idus junii, anno Dni M°CC° nonagesimo tercio, imperio vacante, Bonifacio episcopante.

1040

Hommage que se prêtent mutuellement l'évêque de Sion et le comte de Savoie.

Près de la Morge, 1293, 2 août.

Volume de copies d'actes à la Bibliothèque cantonale de Sion, fol. 9.
Archiv für Schweiz. Geschichte, II, 209.

Nos Amedeus comes Sabaudie et in Italia marchio et nos Bonifacius permissione diuina Sedun. episcopus notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos, apud aquam de Morgia inter Contegium et Sedunum constituti, fecimus nobis ad inuicem vnus alteri homagia prout anteces-

sores nostri episcopi Sedun. comitibus Sabaudie facere consueuerunt, et nos comes predictus prout antecessores nostri episcopo Sedun. facere consueuerunt, recognoscentes nos dictus episcopus nos tenere ab ipso dno comite in feudum regaliam et stratam publicam a cruce de Octans superius usque ad finem diocesis nostre, item officium cartarum seu cancellarie et feudum de Morgia. Nos uero comes predictus recognoscimus nos tenere in feudum ab episcopo et ecclesia Sedun. castrum de Chillon et quicquid est de feudo. Confitentes etiam nos episcopus predictus quod tam pro feudo regalie quam pro feudo de Morgia debemus eidem dno comiti nonaginta lb. de placito in decessu episcopi Sedun. Protestantes etiam nos comes et episcopus predicti quod si ad noticiam in futurum deueniret quod aliquis nostrum ab alio in feudum plus teneret quam superius sit declaratum, quod sine dolo et fraude unus alteri declarabit et recognoscet. In quorum robur et testimonium nos predicti comes et episcopus sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum apud aquam de Morgia, die dominica in crastino beati Petri ad vincula, anno Dni millesimo tercentesimo nonagesimo tercio.

1041

Accord entre Amédée V, comte de Savoie, et Boniface de Challant, évêque de Sion.

(Vers 1293.)

Gallia christ. XII. Instr. 452. — Furrer, III, 268.
Liber inscriptus : Generalia, fol. 33. Vidimus de l'official de Sion, du 9 août 1481.

Hæc est recordatio concordiæ factæ inter nobilem baronem Amedeum comitem Sabaudiæ et venerandum dnum Bonefa-

cium episcopum Sedun., et diocesanos Sedun. Primo super eo quod dictus nobilis et potens baro Amedeus comes Sabaudiæ petebat a dicto dno episcopo et diocesanis suis regaliam totius patriæ Vallesii, quam regaliam dicebat dictus nobilis comes se emisse olim ab episcopo Landrico, laudatione capituli Sedun. Super qua petitione responsum fuit per dictum dnum Bonefacium et per nobilem virum Petrum de Turre tanquam procuratorem diocesanorum Sedun., primo quod dicta venditio non valebat rationibus quæ sequuntur, pro eo quod dicta regalia non erat propria dicti dni episcopi Landrici, nisi vsufructu ad vitam suam; item pro eo quod dicta regalia data fuit per sanctum Karolum magnum imperatorem sancto Theodolo ad opus ecclesiæ Sedun. et inde cognitionem coram imperatore petiit; item non valet venditio facta per dictum dnum episcopum pro eo quod dicta regalia non est propria dicti dni Landrici episcopi, quodque habent plures dni diocesani Sedun. partem et proprie per manus imperatoris; iterum non valet dicta venditio dictæ regaliæ pro eo quod dictus nobilis et potens comes dictam regaliam nunquam tenuit, neque partem, neque in possessione vnquam fuit; item non valet dicta venditio, si reperiatur per dictum episcopum Landricum, pro eo quod contradicta fuit per diocesanos Vallesii, quam contradictionem dictus comes non fuit prosequutus; item non valet venditio facta per ipsum episcopum Landricum pro eo quod diocesani et ipsius capitulum tenent ipsam in feudum ab imperatore et pro seruitio, videlicet pro tribus vasis veyres cum vno muleto albo ferrato argento in quatuor pedibus; item non valet dicta venditio pro eo quod venditio erat per symoniam, et ergo non valet dicta venditio; item non valet dicta venditio, si reperiretur fuisse factam, nisi tantum ad vitam ipsius episcopi. Super quibus omnibus prædictis petiit dictus nobilis vir Petrus de Turre nomine suo et totius diocesanorum patriæ Vallesii generaliter et specialiter cognitionem coram

imperatore, a quo se tenet dicta regalia. Super quibus omnibus bpræmissis mediantibus amicis communibus ab vtraque parte positis videlicet dictus nobilis et potens Amedeus comes Sabaudiæ primo in episcopum Lausanen., in nobilem et potentem Ludouicum Sabaudiæ, in abbatem S^ti^ Mauritii et in dnum militem Ebalum Augustensem et in nobilem militem dnum Willelmum de Ponneto, in dnum de Gee, in nobilem Rodulphum de Montmayout, in nobilem dnum Cononem de Chistones, in nobilem dnum Jacobum de Montez et in plures alios. Et dictus dnus episcopus et diocesani totius terræ Vallesii primo in dnum sacristam de Leuch(a), in Anthonium Vboldi, in dnum Eballum Vboldi, in nobilem et potentem Petrum de Turre, in dnum Jacobum de Aiuisio, in dnum Joannem Vboldi, in dnum Willelmum senescallum Sedun., in Rodulphum de Ollono, in dnum Reynaldum de Martigniaco, in dnum Petrum de Morestel, in Theodolum de Sirro, in dnum Huldricum de Sirro, in Gotfredum de Morgia, in Vullelmum de Sirro, in Johannem de Cruce, in Vullelmum de He(re)ns, ciues Sedun., in dnum Boso de Leucha et in plures alios. Qui arbitri pronunciauerunt sic, videlicet quod omnibus propositis ab vtraque inter cætera vt sequitur. Item actum fuit inter ipsos comitem et episcopum quod regalia dicti dni episcopi tendit vsque in summum Montisjouis in tota terra Vallesii et vsque ad aquam frigidam versus Villamnouam, in quo consentiit dictus comes et sic vsus fuit dictus episcopus tanto tempore quod non est memoria contrarii et prædecessorum eorum. Quæ omnia supradicta promiserunt tam dictus comes quam dictus episcopus pro se et suis successoribus in contrarium de cætero non venire nec in aliquo modo volenti contrarium in aliquo consentire. Quæ omnia acta fuerunt in Sancto Mauritio Agaunensi, in viridario abbatis Sancti Mauritii, præsentibus subscriptis notariis et pluribus aliis fide dignis. Inde preceperunt dictus comes Julliano clerico de

Sancto Mauritio et dictus episcopus cum diocesanis suis magistro Joanni Flament clerico instrumenta sigillata sigillis dictarum partium.

1042

Guillaume de Moujot, donzel, vend une vigne à Jacques de Novillè, chanoine de Sion.

Conthey, 1293, 13 août.

Archives de Valère.

* Willermus de Moujot domicellus, maior de Leucha, laudatione dni Bonifacii Sedun. episcopi et Cassonis filii sui et Raymunde vxoris sue, cuius laudem recepit Willermus curatus de Leucha presentibus Symone filio quondam Bertholdi de Saxo domicelli et Petro mercifero de Leucha, vendit pro XXIV lb. dno Jacobo de Novilla canonico Sedun. vineam suam de Lentina. Testis Johannes donne Agnetis de Contegio. Datum apud Contegium, anno Dni M.CC.XCIII, idus augusti, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1043

Pierre de La Tour, vidomne de Conthey, donne la salterie d'Hérens en fief viager aux frères Anselme et Pierre Lucat.

Conthey, 1294 (1293), 30 décembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christis fidelibus quod inter virum nobilem Petrum de Turre vicedominum de Contey, ex vna parte, et dnum Anselmum vicarium de Heruens, sacerdotem, et

Petrum fratrem suum, ex altera, filios quondam Petri Lucat, taliter inter se conuenerunt quod dictus Petrus de Turre domicellus, laudatione Guygone vxoris sue, pueri sui erant impuberes, dedit, dimisit et concessit in feudum ad vitam ipsorum fratrum tantummodo, videlicet dno Anselmo predicto principaliter et post decessum ipsius dni Anselmi Petro fratri suo predicto, pro IIII^{or} lb. Mauric. nomine intragii eidem Petro de Turre persolutis et pro XX fischilinis siliginis et IIII fischilinis ordei censualibus ad mensuram Sedun. annuatim soluendis in villa de Heruens in media quadragesima, salteriam suam vallis de Heruens cum suis iuribus, appenditiis et jauuymentis, quam dictus pater eorum tenebat olim et sicut tenebat. Quem censum assignauerunt dicti fratres dicto Petro de Turre percipiendum et habendum super I modio siliginis et tribus fischilinis ordei quos percipiunt super decima de Heruens, et quos fischilinos siliginis et ordei debet, ut asserunt, Martinus de Valouron ; item super quinque fischilinis siliginis super terra eorum dol Reculet et mistralie quam tenent idem fratres ; item III fischilinos siliginis et vnum ordei super olchia sua ante domum ipsius Petri Lucat, quam olchiam idem Petrus tenet. Super quibus idem Petrus de Turre et heredes sui habeant recursum, si dicti fratres uel alter eorum deficerent in solutione dicti census annis singulis in termino supradicto. Quam salteriam cum omnibus iuribus et rationibus suis hactenus consuetis dictus Petrus et heredes sui tenentur dictis fratribus, dum vixerint, pro dicto censu contra omnes imperpetuum garentire, sicut superius declaratur. Conuentum est etiam et adiectum quod si dicti fratres offenderint aliquid in dicta salteria uel homines salterie dicti Petri de Turre, de qua offensione clamor notorius, querimonia seu scandalum oriretur, quod ad cognitionem curie dicti Petri de Turre offensam predictam emendare et corrigere seu satisfacere teneantur. Et hoc promiserunt dicti fratres sub obligatione omnium

bonorum suorum mobilium et immobilium vallis de Heruens, ubicunque sint. Inde rogavit utraque pars cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Jacobus rector capelle castri de Contegio, Willermus Tauerners de Castellione, Petrus Ogueis, Petrus de la Mura, ciues Sedun. et Ottho de Vertro clericus, qui iuratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego magister Martinus eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Contey, III kl. januarii, anno Dni M°CC° nonagesimo IIII°, Adolpho regnante, Bonifacio episcopante.

1044

Antoinette de Varone vend une maison à Pierre Regis.

(Vers 1293.)

Archives de Valère.

* Anthonia filia Vldrici de Varona ciuis Sedun., laudacione Symonis donni Frandon mariti sui, vendidit pro XX lb. sibi solutis, etc. Petro Regis de Vernamisia escoferio, ciui Sedun., domum suam et fratrum suorum sitam in ciuitate Sedun. subtus turrim episcopalem. Cui venditioni dnus B. episcopus Sedun. tutor Petri et Johannis fratrum dicte Anthonie consensum et auctoritatem tamquam ordinarius prestitit.

1045

Vente de l'alpe de Barberine par Gui et Thomas Tavelli.

Saint-Maurice, 1293 (1294), 14 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 662, ex arch. Agaun., Minutar. majus. fol. CLXXIX.

Notum sit, etc., quod donnus Guido Tavelli, civis Gebennen-

sis, non vi, non dolo inductus sed propria voluntate, pro se et Thoma fratre suo et eorum heredibus vendidit et titulo pure et perfecte venditionis concessit in perpetuum Francisco dou Ney, Willelmo des Finyaux, Jaqueto Postoleyn, Perreto de Torrente, Bruneto fratri suo, Johanni des Finyaux, Stephano des Finyaux, Willelmo Magno et Jacobo fratri suo, Jaqueto de Ultra Torrens et nepotibus suis filiis Michaelis, Johanni de Lesetes, Petro de la Comba, Petro Freres et Willelmo fratri suo et heredibus eorum quidquid juris habent et habere debent in alpe de Barberina et in confinibus ejus, item calderiam suam dicte alpis, pro VI lb. et X sol. Maur. dicto dno Guidoni Tavelli traditis et solutis, prout confessus fuit, in bona pecunia numerata. Promisit, etc. Renuntians, etc. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati : Johannes de Husyez canonicus Agaun., Nicholaus Badelli burgensis Sancti Mauricii, Boso de Damast, Walnerus frater eius et ego Petrus de Frasciis cantor Agaun., qui hanc cartam levaui et scripsi, in qua ad preces partium fuit appositum sigillum capituli Agaun. Cui si quis, etc. Datum apud Sanctum Mauricium, dominica in septuagesima, anno Dni M°.CC° nonagesimo tertio, sumpto M° in Paschate.

1046

Martin de Valère vend un cens d'un muid de seigle à Pierre d'Ollon et à Pierre de Preynsières, qui le revendent à Agnès de Grimisuat, avec la condition qu'à la mort de cette dernière ce cens passera à la confrérie du Saint-Esprit, à Sion.

Sion, 1294, 28 février et 5 mars.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Martinus filius quondam Martini de Valeria vendidi pro duodecim lb. Maur. Petro de Oulons et Petro

de Preynsieres marito Comitisse vnum modium siliginis censualem, quem assigno percipiendum super assignatione contenta in carta cuius tenor talis est. (Voy. la charte du 23 septembre 1263, pag. 85, N° 694.) Actum Seduni, II° kl. marcii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo IIII°, imperio vacante, Bonefacio episcopante. Postmodum dicti Petrus de Preynsieres et Petrus de Olons dimiserunt et vendiderunt dne Agneti de Grimisua, relicte Vldrici eiusdem loci, ad vitam suam et post decessum suum confratrie Sancti Spiritus Sedun. dictum modium siliginis censualem pro dictis XII lb., sub hiis conditionibus quod dicta confratria vel mistrales confratrie teneantur ponere annis singulis quando confratria tenebitur, III fratres et III confratres, quos fratres et confratres vult dicta Agnes quod ponere possit Petrus de Curtinali nepos suus, si negligentes forent dicti mistrales. Actum Seduni, coram testibus dno Nicholao de Chouson rectore maladerie, dno Willelmo rectore capelle Sancti Theodoli, dno Waltero de Conches tenente diaconatum, sacerdotibus, et magistro Martino, qui hanc cartam recepit, III° nonas marcii, anno quo supra.

1047

Rodolphe d'Ayent, donzel, vend à Boniface, évêque de Sion, tout ce qu'il possède dans les paroisses d'Ayent et de Grimisuat.

Montorge, 1294, 11 mars.

Archives du canton du Vallais, Liber deseni de Seduno, fol. 308 et 268 verso.

Ego Rodulphus de Ayent domicellus, filius quondam dni Chononis militis, laudatione Aymonete[1] vxoris mee vendidi et

[1] Agnete, à la pag. 308.

in concambium concessi pro sexaginta lb. Maur. et pro rebus infrascriptis reuerendo patri B. episcopo Sedun. et mense episcopali omnia que habebam in parrochiis de Ayent et de Grimisolio et districtu castri de Ayent, scilicet homines, redditus, seruicia, placita, prout in aliis scriptis inde confectis continetur, et alias tallias, frauerias et alia dominia temporalia et non corporalia que habebam in dictis parrochiis et castellania de Ayent in nemoribus, pascuis et aquis ac in omnibus aliis rebus quibuscumque, retinens in me tale jus, dominium et rationem, exceptis fraueriis que habeo in alpe de la Chiseretta. Ita tamen quod si eueniret quod ego et heredes mei vendere vellemus rationem nostram dicte alpis, quod predictus episcopus vel successores sui pro justo precio possint habere pre omnibus. Item retineo pro me talem franchesiam quam habebam apud Aent, quam habebamus de cetero vbicumque fuerimus in districtu episcopatus. Item vendidi eidem episcopo domum meam sitam apud Aent sub castro, que fuit olim dni Jacobi de Bluuignot militis. Item vineas meas sitas apud Boulys, videlicet vineam meam de Essert. Item vineam meam sitam es Albiues. Item vineam meam sitam es Plannes. Item vineam meam sitam inter viam de la Chagnea et torrentem. Item vineam meam de la Selvussy subtus viam qua itur apud Sanctum Leonardum. Item tertiam partem turris de castro de Ayent. Item quoddam casale situm in predicto castro ante capellam beati Michaelis. Item LX sol. Maur. census quos debebat mihi mensa episcopalis. Item senescaliam de Ayent, videlicet tantummodo de albergamento de Aula, scilicet si sponsa venisset seu sponse venissent in aliquibus dicti albergamenti, debet esse palafredus vel equus siue equi quem dicta sponsa equitabit siue sponse equitabunt dicto dno episcopo et sic alia jura senescalie. Item auoeriam hominum illorum de Charuoney habitantium in castellania de Ayent et jurisdictiones et frauerie dictorum hominum debent esse pre-

dicto dno episcopo pro portione mea quam habebam in dominio de Ayent. Viceuersa reuerendus pater B. Sedun. episcopus, laudatione capituli Sedun., dedit mihi in concambium sexdecim modios siliginis censuales ad mensuram de Leuca, quos mense episcopali debent homines de Tendona super feudum quod tenent a dicta mensa, item omne jus et omnem rationem in aquis, pascuis et nemoribus pertinentibus ad dictum feudum, super quo feudo, si forte dicti homines in solutione dicti census deficerent, habeamus plenum recursum. Item assignauit mihi et successoribus meis XXXIIII sol. et V den. censuales super talliam de Leuca. Item dedit mihi vineam des Combes et dominium vinearum quas tenent Jacobus Werlopa et heredes Woudeys. Et ego predictus Rodulphus et heredes mei tenemur perpetue mense episcopali facere homagium ligium militis pro rebus superius nominatis. Testes: dnus Jacobus curatus de Morgia, Vldricus de Sirro domicellus, Willelmus mistralis de Ayent et dnus Petrus curatus de Magi, qui hanc cartam leuauit. Actum apud Montorjo, V idus marcii, anno Dni M°CC° nonagesimo IIII°, Adolpho regnante, Bonefacio predicto episcopante.

1048

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon en Vallais, comme bourgeois de Berne, adhère au traité conclu entre les Bernois et les Fribourgeois.

Nyon, 1293 (1294), 22 mars.

Archives du canton de Fribourg, Traités et contrats, N° 274.
Recueil diplomatique de Fribourg, I, 154.

Ego Petrus de Turre domicellus, dnus Castellionis in Valesio, notum facimus vniuersis presentem litteram inspecturis quod ego tamquam burgensis de Berno juramentum et alliationem

quam et quod fecerunt burgenses de Berno cum illis de Friburgo [1], me juro et alligo cum ipsis burgensibus de Friburgo et promitto per iuramentum meum super sancta Dei euangelia a me corporaliter prestitum dictum iuramentum et alliationem tamquam illi de Berno burgensibus predictis de Friburgo attendere et seruare. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum ante Niuidunum, dominica in Ramis palmarum, anno Dni M°CC° nonagesimo tercio.

Sceau pendant.

1049

Droit de rachat accordé à l'évêque de Sion par le chanoine Nicolas de Bagnes.

Sion, 1294, 26 avril.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Nycholaus de Bagnes canonicus Sedun. volo et concedo quod reuerendus pater dnus Bonefacius Dei gratia Sedun. episcopus de gratia speciali uel successores sui ad opus mense episcopalis possint reemere a capitulo Sedun. pro ducentis libris Maur. simul et semel soluendis acquisitum quod feci a dicto dno Bonefacio episcopo, infra byennium a decessu meo continue computandum, quod acquisitum fuit viginti lb. Maur. censuales super hominibus de Vernamesia et de Nas, sicut in carta inde confecta plenius continetur [1]. De quo acquisito post decessum meum, ex nunc prout ex tunc, inuestio capitulum memoratum pro voluntate mea, prout in testamento meo continetur, a dicto

[1] Voy. ce traité dans le *Recueil diplom. de Fribourg*, I, 181.

[1] Voy. pag. 438, N° 1033.

capitulo adimplenda. Inde rogaui cartam fieri et testes apponi qui sic uocantur: dnus Guido de Portis iuris peritus dnus Raynaldus de Martigniaco miles, dnus Nycholaus curatus de Massungie, Willermus de Sancto Mauricio iuris peritus, Marchus matricularius Valerie, Jaquemardus de Aniuesio, Anthonius Huboldi, Peterlinus de Vesbia, canonici Sedun., et magister Martinus gerens vices cancellarie, qui hanc cartam recepit et leuauit, vice capituli memorati cancellariam tenentis, vice cuius ego Johannes Aylloz juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, VI kl. mayi, anno Dni M°.CC° nonagesimo quarto, Radulpho regnante, Bonefacio predicto episcopante.

1050

Le prévôt et le chapitre du Mont-Joux confirment la vente d'un chesal faite aux citoyens de Sion par le recteur de la maison du Mont-Joux dans cette ville.

Meillerie, 1294, 9 mai.

Archives de la ville de Sion.

Nos Martinus humilis prepositus domus pauperum Montis Jouis totumque eiusdem loci capitulum generale notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos donationem seu admodiationem factam siue faciendam communitati ciuium Sedun. per fratrem et concanonicum nostrum Willincum de Ayent rectorem domus nostre de Seduno super quodam casali faciendo, concedendo seu recipiendo in orto dicte domus de Seduno iuxta (bastimentum) ciuitatis de Seduno pro vna coquina ad opus confratrie dictorum ciuium confirmamus, ratificamus, approbamus et laudamus, etc. Datum apud Meleriam, sub sigillis nostris, in domo nostra de

Pratis, die translationis beati Nycolay confessoris, anno Dni M°.CC° nonagesimo quarto.

1051

Legs de Sybille de Baugé, épouse d'Amédée V, comte de Savoie, en faveur de l'hospice du Mont-Joux et de l'abbaye de Saint-Maurice.

1294 11 mai.

Guichenon, Hist. de Savoie, IV, 150
(Extrait.)

Anno Dni MCCXCIV, die martis in octava beati Joannis ante portam latinam, nos Sibilla comitissa Sabaudiæ, dnaque Baugiaci, vxor ill. viri dni Amedei comitis Sabaudiæ testamentum disponimus ut infra sequitur.... Item damus et legamus hospitali Montisjovis viginti lb. Viennenses semel pro viginti sol. Vienn. annui redditus acquirendis, pro anniversario nostro annis singulis faciendo. Item damus et legamus abbatiæ beati Mauricii Agaunensis triginta lb. Vienn. pro triginta sol. annui redditus acquirendis pro anniversario pro nobis ibidem annis singulis faciendo.

1052

Boniface, évêque de Sion, emprunte 200 L. de Maurice Verbier.

Sion, 1294, 29 mai.

Archives de Valère, C. 83.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Bonefacius Dei gracia Sedun. episcopus, laudatione capituli nostri Sedun., vendidimus et finaaimus imperpetuum pro ducentis lb. Maur.

nobis solutis, pro debitis soluendis predecessorum nostrorum et sindicorum ecclesie nostre tempore vacationis sedis episcopalis, Mauricio de Verbie et heredibus suis aut cui dare uel vendere voluerint, viginti lb. Maur. censuales annuatim soluendas in festo beati Michaelis ; quas viginti lb. Maur. censuales, laudatione ipsius capituli, assignamus dicto Mauricio et suis heredibus percipiendas super pedagio nostro totali Sedun., etc. Conuentum est quod nos uel successores nostri elapso biennio possimus retinere dictas XX lb. censuales pro ducentis lb. Maur. supradictis. Testes : dnus Ebalus vicecomes Augustensis frater noster, dnus Willelmus de Plantata de Martigniaco, Petrus li Desrials, Benedictus de Malacuria et dnus Petrus curatus de Magy, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice nostri capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Rodulphus de Chamoson presbiter eam scripsi. Actum in capella beati Michaelis Sedun., IIII° kl. junii, anno Dni M.CC° nonagesimo quarto, Adulpho regnante, Bonefacio episcopante. Quam cartam postmodum ego Johannes Mummeliani clericus juratus dicte cancellarie fideliter transcripsi. Actum Seduni, V kl. februarii, anno Dni M°CCC°XVI°, imperio vacante, Aymone episcopante.

1053

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, assigne la dot de sa femme Guigone sur ses propriétés à Conthey, Saxon et Ollon.

1294, 13 septembre.

Zapf, Monumenta anecdota, I, 181.

Nos Amedeus comes Sabaudie notum facimus vniversis presentes litteras inspecturis quod in nostra presentia propter infrascripta constitutis Petro de Turre dno Castellionis et Gui-

gona eius uxore, dictus siquidem Petrus non vi, non dolo, non metu inductus, nec aliqua arte seu fraude circonventus, sed sua propria et libera voluntate, et volens agnoscere bonam fidem, ad instantiam et requisitionem dicte Guigone vxoris sue, non in fraudem creditorum vel quorumcumque aliorum, sed pro ipsa veritate recognoscenda, confessus est publice et in veritate et per sacramentum ab eo corporaliter prestitum recognoscit se habuisse et recepisse in numerata pecunia ab ipsa Guigona vel ab alio nomine ipsius pro dote et nomine dotis ipsius Guigone duo milia lb. Viennensium; que quidem duo milia lb. Vien. cum prefata Guigona peteret per dictum Petrum sibi reddi et assetari super bonis et rebus ipsius Petri, eo quod dictus Petrus plures guerras, contentiones habebat et etiam habuerat postquam predictam dotem receperat, propter quas dicta Guigona timebat ne posset esse ejus periculum dotis predicte amittende, vel etiam non recuperande imposterum, ipse Petrus volens bonam fidem agnoscere, nollens quod dicta Guigona in dote sua recuperanda nunc vel imposterum modo aliquo periclitari posset, recognoscens petitionem dicte Guigone fore consonam racioni, confitens et recognoscens se esse in casu in quo de jure prefate Guigone constante matrimonio dotis repetitio competit ipsam Guigone prefatam dotem sibi restituendo et pro ipsa dote eidem Guigone salua fore imposterum, eidem Guigone reddit, assignat atque etiam dat in solutum et tradit vel quasi iure, modo et forma quibus melius fieri potest bona sua, res et jura infrascripta, videlicet quicquid habet, tenet et possidet vel quasi apud Contesium seu villa et castro Contesii et ejus mandamento, et apud Sassons et ejus mandamento, et apud Olons et ejus pertinentiis seu parochia, siue sint in domibus, fortaliciis, terris cultis vel incultis, nemoribus, pascuis, pratis, aquis, aquarumque decursibus, juribus, juriditionibus, redditibus, tailliis, placitis, costumis, obuentionibus et exactionibus aliis quibuscunque, ex-

ceptis predictis et omnibus rebus quas idem Petrus detinet in feodum a karissimo fratre nostro dno Ludovico de Sabaudia dno Vaudi, quecunque sint et ubicunque et quocunque nomine censeantur. Dat etiam et donat eadem donatione et iure quo melius et firmius potest vltra predictam assignationem et donationem in solutum prefate Guigone vxori sue presenti et recipienti nomine suo et liberorum suorum centum quinquaginta lb. Maur. annuas seu in redditibus annuis, habendas et percipendas annis singulis super predictis rebus pro alimentis ipsius Guigone ac etiam liberorum suorum vltra predictam dotem, ita quod ipsa de fructibus rerum predictarum sibi assignatarum et datarum in solutum, ut supra, pro dote sua debeat et teneatur secundum quod iuris est sustentare tam ipsam quam dictum Petrum et etiam liberos eorumdem , et etiam de centum quinquaginta lb. Maur. annuis quas sibi dedit, ut supra, pro sustentatione ipsius Guigone vxoris sue et liberorum suorum. Cedens et concedens prefatus Petrus ex causa predicte dationis in solutum et ex causa predicte donationis centum et quinquaginta librarum Gebennensium annuarum seu annis singulis percipiendarum in rebus predictis pro alimentis et sustentationibus predictis predicte vxori sue omnia jura et omnes actiones reales et personales qualescunque quas habet, habere potest, seu habere videtur, seu habere potest in rebus predictis omnibus et singulis predictorum, ipsamque ex causis predictis constituit veram dominam et procuratricem in rem suam in predictis et singulis predictorum. Volens et concedens idem quod ipsa sua propria auctoritate sine auctoritate alicujus dni vel judicis vel cujuscunque alterius persone predicta omnia bona et possessionem vel quasi omnium et singulorum predictorum possit apprehendere et retinere. Constituens se nomine predicte vxoris sue possidere vel quasi omnia et singula predicta ex causis omnibus et singulis predictis quousque ipsa corporalem

et vacuam possessionem et quasi omnium et singulorum predictorum per se vel per alium apprehenderit. Promittens, etc. Renuncians idem Perrotus, etc. Volens prefatus Perrotus et rogans nos cum instantia ut nos prefatam Guigonam vxorem suam debeamus in predictis tueri et defendere contra omnes et predictum Perrotum compellere ad predicta omnia obseruanda tanquam ex re iudicata, notoria et manifesta, nulla monitione premissa, sacro approbante concilio et generalibus, alia lege uel decretali non obstante, et predictis omnibus et singulis tanquam rite et legittime de precepto nostro factis auctoritatem nostram interponimus et decretum, et sigillum nostrum in robur et testimonium omnium et singulorum premissorum ad requisitionem et preces dicti Petri duximus presentibus apponendum vna cum sigillo dicti Petri. Et ego prefatus Petrus confitens et asserens omnia et singula suprascripta vera esse et facta ad instantiam et requisitionem dicte Guigone in robur et testimonium premissorum sigillum meum una cum sigillo predicti comitis duxi presentibus apponendum. Datum die lune post nativitatem beate Marie Virginis, anno Dni M°.CC. nonagesimo quarto.

1054

Testament de Pierre de Mœrell, curé de Saint-Léonard.

Sion, 1294, 13 octobre.

Archives de Valère, F. 99.

Ego Petrus de Morgia curatus ecclesie Sancti Leonardi, testamentum nuncupatiuum condo in hunc modum. Dono dno episcopo Sedun. unum dolium vini XXVIII sextariorum. Item lego capitulo Sedun. sex fossoratas uinee, sitas super Baart, ita quod inde soluat annuatim in vindemiis idem capitulum

altari parrochiali B. Marie et confratriis Sancti Spiritus et B. Marie Sedun. cuilibet vnum sextarium uini malte. Item lego ecclesie Sancti Leonardi acquisita que feci ibidem et duas magnas tynas vinarias et unam paruam et vnam tynellam cum cohopertura. Item lego Morgete consanguinee mee, Johannete sorori sue et Agneson de Chauez cuilibet X sol. Maur. semel. Item Rodulpho fratri meo equum meum et XX sol. Maur. semel, et filie sue X sol. Maur. semel. Item ordino quod in exequiis meis VII lb. Maur. in oblationibus et distributione dentur. Item lego ecclesie B. Leonardi missale meum. Item hospitali nouo Sedun. culcitrum et pulvinar. Actum Seduni, III idus octobris, anno Dni M°.CC°. nonagesimo IIII°, Adulpho regnante, Bonefacio episcopante.

1055

Amédée V, comte de Savoie, déclare que les frères François et Jaquet Quartéry ne doivent être astreints à payer d'autres impositions que celles auxquelles sont soumis les nobles du Chablais.

La Tour de Peilz, 1294, 3 décembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 307,
Autographum asservatur in archivio vicedni de Quartery, natu majoris dictæ nobilis familiæ.

Nos Amedeus comes Sabaudie notum facimus universis presentes litteras inspecturis coram nobis et subnominatis arbitris et pacificatoribus et amicis comparuisse Guillelmum Vacherin et Willelmum de Vralese, syndicos ville nostre Sancti Mauricii Agaun., contra Franciscum et Jaquetum filios quondam Petri Quartery, indicantes qualiter dicti fratres, non obstante concordio per eos et universitatem burgesie predicte approbato, facto in castro nostro Chillionis de anno pre-

senti et die veneris ante natiuitatem B. Marie virginis, ipsis syndicis notificare fecisse nolle pro manutentione suste in qua balle mercantium exonerantur quidquam ponere nec contribuere, et quia ad formam dicti concordii dicti fratres Quartery et eorum successores obligantur ad manutentionem privilegiorum et edificiorum dicte partissonie sicut ceteri burgenses de dicta villa, instabant dictum concordium ipsis observari; ipsis vero fratribus non teneri dicentibus pro dicta partissonia contribuere, concordio preallegato non obstante, cum dictus quondam Petrus Quartery eorum pater jam prius per illustrem genitorem nostrum ab omnibus missionibus et impensis per communitatem supportari solitis liberatus fuerit, reservatis punctis et articulis in quibus ceteri nobiles patrie ponere et contribuere tenentur, ut constat instrumento debite signo impendenti munito, receptoque per egregium Roletum Astery notarium de Chamberiaco; quo instrumento tempore precedentis concordii provisi non erant, eodem tunc existente in manibus abbatis Sancti Mauricii eorum prisci tutoris, requirentibus eapropter dictas litteras dominicales ipsis fratribus obseruari; dictis uero syndicis nichil in contrarium dicentibus; tandem dicte partes rursus ad amicabilem compositionem dni Guillelmi de Septimo ballivi nostri in Chablasio et Gebennensi, dni Francisci Mistralis militis, dni Nicolai de Billens clerici nostri et magistri Petri de Vercellis phisici nostri devenerunt in modum subscriptum, scilicet quod dicti Franciscus et Jaquetus Quartery fratres et sui ab impositione et contributione ratione suste liberi et immunes sicut a ceteris exeniis et impositionibus fiendis perpetuis temporibus esse debeant, nec aliter imponi seu cottisari possint nisi et in et pro rebus pro quibus ceteri nobiles Chablasii imponuntur et onerantur, et hoc in vim litterarum superius productarum, concordio precedenti non obstante, et eodem quoad ceteras clausulas in suis vi et robore permanente. Item actum fuit fratres

predictos ratione tardate productionis dictarum litterarum dominicalium exemptionis eorum familie expensas dictorum syndicorum supportare debere, pro quibus pacifice supportare debeant XXVIIII sol. Maur. Item actum fuit quod prefati syndici suprascripta omnia per burgenses et communitatem ville Sancti Mauricii approbare faciant, quod facere promiserunt. In quorum omnium testimonium nos prefatus comes sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum apud Turrim de Peilt, die III[a] decembris, anno Dni M.CC.XC.IV.

1056

Louis de Savoie, sire de Vaud, cède à son frère Amédée V, comte de Savoie, les châteaux de Saillon et de Conthey, et la maison forte de Riddes avec leurs dépendances.

Bourget, 1294, 8 décembre.

Mém. et doc. de Genève, XIV, 239.
(Extrait.)

A. D. M°.CC° nonagesimo quarto, indictione septima, sexto idus decembris, D. Amedeus comes Sabaudie et dnus Ludovicus de Sabaudia, dnus Vaudi, fratres, fecerunt permutationem perpetuo duraturam de hiis que inferius continentur. Dictus D. Ludovicus donavit prefato D. comiti, cessit et tradidit castra sua de Sallyone et de Contiouz et domum fortem de Rida et mandamenta dictorum castrorum et locorum et feudum, vassallagium et homagium Petri de Turre dni Castellionis, homines nobiles et innobiles, vassallos, emphyteotas feudi, feudatarios, bona, res, possessiones, proprietates, jura, servicia, usagia, tallias et generaliter omnia quecumque habet, tenet, possidet vel quasi in dictis castris et locis et mandamentis eorum, et etiam in toto Valesio, nichil sibi in premissis

penitus retinendo. Item CCCC lb. Vienn. quas idem D. Ludovicus percipit super pedagio Villenove Chillionis et S. Mauricii Agaun. vel alterius eorum, ex causa pacis olim facte inter ipsum D. comitem, ex una parte, et D. Ludovicum, ex alia, et generaliter omnia jura, omnesque actiones sibi competentes et competentia in predictis.... Actum Burgeti, in domo prefati D. comitis.

1057

Quittance de Guillaume, major de Monthey, en faveur de Marguerite de Collombey.

Saint-Maurice, 1294 (1295), 6 février.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 461, ex arch. Agaun.

* Willermus major Montheoli domicellus quittat de XXX lb. Margaretam neptem Petri de Columberio sacriste Sancti Mauricii et filiam Rodulphi de Columberio domicelli, huius fratris. Datum apud Sanctum Mauricium, anno Dni M.CC.XCIIII, VIII idus februarii, sumpto millesimo in Paschate.

1058

Rodolphe d'Olon vend une maison à maître Martin, chanoine de Sion.

Sion, 1296, 23 février.

Archives de Valère.

* Rodulphus filius quondam Vldrici de Oulons, laudatione Ysabelle uxoris sue et Anthonii filii sui vendit pro XIV lb. Maur. magistro Martino canonico Sedun. domum apud Malamcuriam prope grangiam decanatus, cum grangia sita ante dictam domum, juxta domum hospitalis. Testes: Petrus de

Mar domicellus, Giroldus frater dicti Rodulphi, etc. Datum Seduni, VII kl. marcii, anno Dni M.CC.XCV, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1059

Boniface, évêque de Sion, donne à Antoine Huboldi une maison et une grange confisquées à Jean Fontana, donzel.

Sion, 1295, 8 mars.

Archives de Valère, Transcrit dans un acte des calendes d'avril 1310, par lequel le chapitre de Sion confirme la donation ci-dessous.

Nos Bonifacius permissione diuina episcopus Sedun. notum facimus vniuersis quod, cum domum quondam Johannis Fontana domicelli sitam apud Sedunum et grangiam retro sitam, inter domum Petri de Seduna, ex una parte, et domum Johannis de Temporiua, ex altera, juxta Sedunam, ac cetera bona ipsius Johannis ad manum nostram et nobis et mense nostre episcopali appropriauerimus, vbicumque sint et quocumque nomine censeantur, propter graues et tolerabiles offensas factas per eumdem contra nos et contra nostros et ecclesiam nostram Sedun., nos attendentes dilecti canonici nostri Anthonii Huboldi seruicia nobis et ecclesie nostre facta tam tempore guerre quam aliis temporibus retroactis, ac quod nobis et ecclesie prephate imposterum sit plurimum fructuosus, eidem Anthonio tanquam benemerito recipienti nomine suo, heredum suorum, etc. damus et concedimus pro nobis et successoribus nostris domum ipsius Johannis predictam et grangiam retro sitam cum appendiciis et pertinenciis vniuersis, etc. In cuius rei notitiam sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Seduni, die martis ante mediam quadragesimam, anno Dni M°.CC°. nonagesimo quinto, sumpto in natiuitate Dni.

1060

Guillaume de Saint-Romain vend des cens à Nantelme et à Amédée d'Ayent.

Saint-Romain, 1295, 2 avril.

Copia litterarum de Ayent, fol. VIII.

· Vulliermus Domni Romani, laudatione Beatricis vxoris sue, vendit pro XLVI sol. Maur. Nantelmo et Amedeo filiis quondam Johannis de Aent duos fisch. siliginis et vnum fisch. ordei et duas asinatas raparum censuales et IIII den. seruicii. Dnus Petrus curatus de Aent cartam leuauit. Datum apud Sanctum Romanum, anno Dni M.CC.XCV, IV nonas aprilis.

1061

Boniface, évêque de Sion, du consentement de son chapitre, vend le vidomnat de Montreux à Girard d'Oron, chantre de l'église de Lausanne et doyen de Valère, pour le prix de 500 L. et il se réserve le droit de rachat pendant onze ans après la mort de l'acheteur.

Sion, 1295, 6 avril.

M. D. R. XVIII, Avouerie de Vevey, 111.

1062

Jacques de Blouvignou, donzel, doit garantir à Nantelme et à Amedée d'Ayent le quart de la dîme d'Arbs, de Blouvignou et de Grimisuat.

Blouvignou, 1295, 1er mai.

Copia litterarum de Ayent, fol. IIIIe, verso.

· Notum, etc., quod ego Jacobus de Bluuignosc domicellus

confiteor publice me teneri in garentatione in manu Nantelmi et Amedei filiorum quondam Johannis de Ayent de quarta parte decime de Alba, de Bluuignosc et de Grimisolio, quam recolligunt li Curart et li Bergoyn, scilicet de la primauera frumenti, primaual et ordei. Testes : Vulliermus de Crista de Grimisolio, Johannes maior de Drona, Jacobus Philipi et dous Petrus curatus de Ayent, qui juratus, etc. Actum apud Bluuignosc, kl. maii, anno Dni M°.CC° nonagesimo quinto.

1063

Le chapitre de Sion donne à cens au chanoine Jean, curé de Naters, et à Péterlin de Lacx le produit des chartes qu'ils stipuleront dans la partie de la vallée qui s'étend d'Ernen à Louèche.

Sion, 1295, 2 mai.

Archives de Valère, D. 61.

* Nos capitulum Sedun. concessimus dno Johanni curato de Narres, canonico nostro, et Peterlino de Lacx leuatoribus cartarum nostrarum apud Narres ad censum, ad vitam ipsorum, obuentiones et redemptiones cartarum nostrarum quas leuabunt a parrochia de Araygnon et in parrochia de Araygnon vsque ad parrochiam de Leucha pro viginti duobus modiis frumenti censualibus annuatim soluendis Seduni in manu mistralis nostri. Ita quod cancellariam defendant et crescant et redempciones cartarum cum moderamine requirant et exigant, ne per exactiones ipsorum cancellaria minuatur, sed officium leuationum exerceant fideliter et attente, et quod ad solutionem scripture erga cancellarium nostrum fideliter teneantur et ad registrandum cartas deportent et ibidem recipere ingrossatas, sicut et ceteri leuatores, et Seduni coram auditoribus cancellarie dirigere contradictas quas non possent per concor-

diam terminare. Ad hoc fuerunt testes uocati : dnus Franciscus de Herdes, Anthonius Hubolz, Peterlinus de Vesbia, Petrus de Monjouet, canonici Sedun. et magister Martinus, qui juratus, etc. Actum Seduni, VI° nonas mayi, anno Dni M°.CC° nonagesimo V°, Adolpho regnante, Bonifacio episcopante.

1064

Accord entre les frères Jacques et Jean de Noville.

Saint-Maurice, 1295, 9 mai.

Archives de Valère.

' Cum olim discordia uerteretur inter dnum Jacobum de Nouilla canonicum Sedun., ex una parte, et Johannem de Nouilla fratrem eius, ex altera, super eo quod dictus dnus Jacobus petebat a dicto Johanne portionem suam de bonis tam paternis quam maternis; ad quod quidem respondebat dictus Johannes quod dictus dnus Jacobus tenebat pro portione sua totam terram suam de Valesio sitam a Morgia superius, quam terram pater eorum quondam in vita sua dederat eidem dno Jacobo ; et hoc idem dnus Jacobus iterum respondebat quod ipse super dicta terra pro portione sua se non tenebat pro contento. Tandem cum dicte partes ad talem venerint concordiam quod dictus dnus Jacobus teneret pro portione sua dictam terram de Valesio et quod dictus Johannes teneretur annis singulis persoluere dicto dno Jacobo ad vitam suam tantum centum sol. Maur., dictus dnus Jacobus vendidit dicto Johanni fratri suo dictos centum sol. precio quadraginta lb. bon. Maur. quas confessus fuit se recepisse et in exsolutionem debitorum suorum currentium sub usuris fore conuersas. Johannes Fabri de Sancto Mauricio notarius hanc cartam leuauit et scripsit, vice mei Petri dicti de Fraciis cantoris

monasterii Sancti Mauricii Agaun.; in qua carta ad preces parcium fuit appositum sigillum capituli eiusdem monasterii Sancti Mauricii. Actum et datum apud Sanctum Mauricium, in domo dicti Johannis de Nouilla, VII idus maii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo quinto.

1065

Nantelme et Amédée d'Ayent donnent en fief à Guillaume de Grimisuat deux moulins, une foulerie et une vigne.

Saint-Romain, 1295, 11 mai.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXXIII verso.

Notum, etc., quod nos Nantelmus et Amedeus filii quondam Johannis de Ayent donamus Vulliermo filio quondam dni Vuillenci de Grimisolio militis duos molendinos, vnum folonum apud Sedunum inter Grimisolium de Drona, item quamdam vineam quam tenebat quondam dna Vullierma relicta donni Rodulphi de Curtilly, juxta Sedunam, pro quo feudo dictus Vulliermus et heredes eius tenentur nobis in vno homagio, saluo dno episcopo, et in vna libra piperis seruicii ad minorem lb., nec tenetur nobis in solutione dicte libre nisi post decessum dne Jacobe relicte dni Petri de Ayent militis, si ad presens non potuerimus euicere dictam libram ab eadem dna Jacoba. Postmodum dictus Vulliermus soluit et quittat nobis talia vsagia qualia sibi debebat li souters de Lus. Testes: dnus Hugo prior de Ayent, Johannes maior de Drona, Jacobus de Bliuignoch domicellus, Aymo Lathomi, Vulliermus Yricius et dnus Petrus curatus de Ayent, qui, etc. Apud Sanctum Romanum, V idus maii, anno Dni M°CC° nonagesimo quinto.

1066

Extrait du testament d'Isabelle de Venthône, épouse d'Albert Aroldi.

Sion, 1295, 19 mai.

Archives de Valère, F. 176.

' Ego Ysabella filia dni Willermi de Uentona militis, uxor Albertoni Aroldi, laudatione ipsius Albertoni, meum testamentum nuncupatiuum facio in hunc modum. Lego (capitulo Sedun.) XX sol Maur. censuales super Contaminis meis quas michi dederunt Zaccarias salterus Sedun. et Abeltus quondam salterus pater suus, etc. Executorem autem bonorum meorum et heredem instituo Albertonum maritum meum. Testes : dnus Johannes cantor, dnus Vldricus de Leucha can. Sedun., dnus Jacobus curatus de Rarognia, dnus Rodulphus de Chamoson vicarius Sedun., magister Johannes curatus de Conches et magister Martinus cancellarius Sedun., qui, etc. Actum Seduni, XIIII kl. junii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo V°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1067

Boniface, évêque de Sion, donne en fief aux citoyens de Sion le droit de poids des marchandises.

Sion, 1295, 13 juin.

Archives de la ville de Sion, Livre de copies, P. W., fol. 19 verso.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Bonifacius Dei gracia Sedun. episcopus, laudatione capituli nostri, dedimus, vendimus et in feudum perpetue concessimus, pro quater vi-

ginti lb. Maur. nobis solutis et in utilitatem Sedun. ecclesie conuersis et pro XX sol. Maur. nomine seruitii antiqui et pro quatuor lb. Maur. nomine redditus annuatim in festo b. Michaelis nobis et nostris successoribus soluendis, ciuibus et burgensibus ciuitatis Sedun. pondus siue loz grand peyz ballarum, videlicet vnum denarium pro qualibet balla integra et obolum pro dimidia balla, sicut hactenus extitit consuetum. Quod pondus siue peys venditum et datum ad feudum nos Bonifacius predictus pro nobis et nostris successoribus, laudatione capituli nostri predicti, tenemur.... garentire. Et si dictum peys valeret plus pretio memorato, illud plus damus et concedimus dictis burgensibus perpetue tanquam benemeritis de gracia speciali. Inde precepimus chartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: dnus Vullielmus de Plantata, dnus Anselmus de Saxons, dnus Reynaldus de Martigniaco, dnus Ludovicus de Sirro, milites, Jacobus Magistri, Johannes de Cruez, Petrus de Prensieriz, Aymo Venders, Laurentius de Ves, Benedictus de Malacuria et magister Martinus cancellarius Sedun. qui, etc. Cui si quis, etc. Actum Seduni, idus junii, anno Dni M°CC° nonagesimo quinto, Adolpho regnante, Bonefacio predicto episcopante.

1068

Rodolphe d'Ayent, donzel, vend la moitié de l'alpe de la Chiseréta à Guillaume, métral de la Place d'Ayent.

Sion, 1295, 21 juin.

Copia litterarum de Ayent, fol. XXXI.

Notum, etc., quod ego Rodulphus dAyent domicellus, laudatione Aymonete vxoris mee, vendidi pro XVI lb. Maur. michi solutis et pro IIII^{or} den. seruicii et octo den. placiti Vulliermo

mistrali de Platea de Ayent medietatem alpis de la Chisereta et octo sol. Maur. redditus, quos percipiebam super reliqua medietate ipsius alpis ; de quibus octo sol. dictus emptor debet IIII^{or} et Aymoneta uxor Rodulphi de Gresie alios IIII^{or}. Hanc autem venditionem laudauit reuer. in Christo pater dnus Bonifacius Dei gratia Sedun. episcopus.... Testes: dnus Petrus curatus de Magy, Johannes de Champeiz, Aymonetus mistralis de Platea de Ayent et Nicholaus dAragnon clericus, qui, etc. Actum Seduni, XI kl. julii, anno Dni M°CC° nonagesimo quinto.

Postmodum hanc cartam et acquisitum predictum euicit Nantermus dAyent domicellus ratione proximitatis in presentia dicti dni episcopi laudantis etiam dictam euictionem et obtentum.

1069

Comme Jacques de Kiemberg s'est engagé à empêcher les communautés de Berne, de Soleure et de Haslé de porter secours à Pierre de La Tour contre Boniface, évêque de Sion, celui-ci promet de lui payer 100 L.

Sion, 1295, 5 juillet.

Archives de Valère.

Viro nobili et potenti dno Jacobo de Kiemberg sacri imperii aduocato B. permissione diuina Sedun. episcopus salutem et paratam ad eius beneplacita voluntatem cum noticia rei geste. Cum nobilis vir dnus Petrus de Restin miles et Henricus dictus de Windinis burgen(ses) in Berno, nuncii vestri, nobis ex parte vestra promiserint quod vos homines communitatum de Berno, de Solodoro et de Hasle et illos qui sunt de districtu et jurisdicione vestra, ex parte serenissimi dni A. Romanorum regis non permittetis venire vel dare auxilium Petro de Turre

vel alii contra nos et terram nostram vllo vnquam tempore singulariter, in toto vel in parte, et quod homines quos poteritis impedire ne veniant contra nos, impedietis, cuiuscunque iurisdicionis existant, et eisdem prohibebitis bona fide et quod mercaturas facietis et precipietis venire ad terram nostram per dictas partes, et quod predicta omnia et singula firmabitis vos, homines et communitates predicte, ita quod nos et nostri habebimus nos pro contentis; promittimus vobis, laudacione capituli nostri Sedun., dare et soluere centum lb. bonorum Mauric. terminis quos dnus Thomas de Gluringuen miles vna cum predictis dno Petro de Restin milite et Henrico burgen. in Breno duxerit assignandos, vbi predicta vniuersa et singula per vos et dictas vniuersitates seu communitates et homines firmata fuerint et completa. In cuius rei noticiam nos episcopus predictus et nos capitulum predictum sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum Seduni, quinta die julii, anno Dni M°.CC. nonagesimo quinto.

Il n'y a plus de sceaux; il ne reste que les fentes destinées à recevoir la bandelette de parchemin pour le sceau.

1070

Jacques de Saillon, donzel, vend un cens à Nantelme de Saint-Léonard, donzel.

Sion, 1295, 6 août.

Registrum Martini de Seduno notarii.

* Notum, etc., quod ego Jaco. de Sayllone domicellus, laudatione Agnetis vxoris mee, Agnetis, Jaquete, Willermete et Jo. liberorum meorum, Willermus filius meus morabatur extra patriam Sedun., de laude habenda caui per dnum Ludouicum de Syrro militem, vendidi pro XVI lb. et X sol. Maur. Nan-

telmo de Sancto Leonardo domicello III modios silig. censuales assignatos super vineas et res meas apud Sanctum Leonardum. Testes : Willermus rector hospitalis Sancti Jo. Sedun., dnus Ludouicus miles predictus, etc. Seduni, VIII idus augusti, (anno Dni M°.CC° nonagesimo V°.)

1071

Le chapitre de Sion donne en fief deux moulins à Richard de Rospra.

Sion, 1295, 1er septembre.

Archives de Valère, P. 157.

* Notum sit quod nos Petrus sacrista, Johannes cantor ecclesie Sedun., totumque capitulum eiusdem loci dedimus in feudum pro decem et octo fischilinis siliginis et vno modio frumenti censualibus Richardo de Rospra carpentatori, habitanti Seduni, duo molendina que jacent vltra et supra molendinum de Bahart, et ipse teneatur molendina cum ripagiis manutenere vt molere possint in statu bono. Testes : Anthonius Hubol, dnus Vldricus de Leuca canonicus Sedun. et magister Martinus, qui hanc cartam leuauit. Actum in capitulo, kl. septembris, anno Dni M°.CC° nonagesimo V°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1072

Accord entre le curé et les paroissiens de Viége au sujet des chapelles de Stalden et de Terminen.

Viége, 1295, 5 septembre.

Cartularium ecclesie de Vespia, pag. 8, N° XIII.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum discordia

verteretur inter venerabilem virum dnum Nicolaum curatum de Vespia, ex vna parte, et aliquos eius subditos et parrochianos, ex altera, super capellis fundatis et constructis in dicta parrochia de Vespia, videlicet apud Staldun et apud Terminon, eo quod dictus dnus curatus conquerebatur sibi in dictis capellis retinere et subtrahere oblaciones, elemosinas, legata et ordinata in libris aniuersariorum et alia jura ad dictam matrem ecclesiam de Vespia et ad curatum dicti loci spectantia et pertinentia, que dictis capellis appropriare volunt indebite et iniuste. Dictis vero subditis et parrochianis asserentibus dictum dnum curatum appropriare velle ea que ad lumen dictarum capellarum per probos homines legata et ordinata existunt. Que discordia per amicabiles compositores vtriusque partis et de consensu partium predictarum sedata est in hunc modum, videlicet quod dictus dnus curatus et eius successores per se uel per suos nuncios, videlicet matricularios dictarum capellarum qui boni et fideles dicte ecclesie de Vespia existant, illuminare debent condecenter dictas capellas de Staldun et de Terminon de hiis que ad dicta luminaria per fideles Christi et subditos et parrochianos predictos ad luminaria predictarum capellarum legata et ordinata sunt ; reliqua vero omnia tam oblaciones, elemosine et legata que ad dictas capellas per quoscumque seu quoquomodo oblata, data, legata et ordinata in libris aniuersariorum uel aliis quibuscunque modis fuerint, dicto dno curato et eius successoribus pure et integre ex nunc et in antea perpetuo cedere debent absque impedimento seu contradictione quacumque, et de ipsis omnibus et singulis facere possint dicti curati ipsorum plenariam voluntatem, et quod dicti matricularii seu nuncii dictarum capellarum.... jurare debent fidelitatem dicto dno curato et eius successoribus, jura dicte matris ecclesie de Vespia et curatorum eorumdem fideliter conseruare et bonum et fidelem computum reddere de omnibus et singulis elemosinis, obla-

cionibus et legatis in dictis capellis et ad dictas capellas factis et ordinatis, et super hoc dicto duo curato et eius successoribus perpetue satisfacere et respondere, saluo semper et reseruato lumine condecenti dictarum capellarum.... Promittentes dicte partes, etc. Inde rogauerunt dicte partes sibi cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : vir nobilis Jocelmus comes de Blandra, maior de Vespia, Johannes domicellus, Anthonius domicellus filius dni Petri militis, Willermus et Jacobus de la Uota, Petrus et Jacobus fratres Asper de Staldun, Anselmus im Asp de Grangiis, Petrus Iuxta montem de Sausa, Willermus et Johannes nepotes eius de Fonte ab Torbio, Giroldus in Orto et Arnoldus de Terminone, Petrus Mollitor de Nydern Husren et plures alii fide digni, et ego Petrus de Wyle vicarius de Vespia et juratus, etc. Cui si quis, etc. Actum Vespie, die quinta mensis septembris, anno Dni M°CC nonagesimo quinto, imperio vacante, Bonifacio episcopante.

1073

Legs fait en faveur de la confrérie du Saint-Esprit, à Sion, par Jaquette de Martigny, épouse de Guillaume de Blouvignou.

Sion, 1295, 8 novembre.

Archives de Valère.

' Notum sit quod ego Jaqueta de Martigniaco vxor Willelmi de Bliuignoul, laudatione ipsius Willelmi, in testamento meo do et lego confratrie Sancti Spiritus Sedun. dimidium modium frumenti censualem pro remedio anime mee et Anthonii filii mei, ita quod ipsi fratrem et confratrem sub adtestatione diuini judicii mistrales confratrie ponere et hospitari teneantur pro quolibet nostrum. Actum Seduni, VI idus nouembris,

anno Dni M°.CC°LXXXX°.V°, Adulpho regnante, Bonifacio episcopante.

1074

Extrait du testament de Jaquette de Martigny, épouse de Guillaume de Bieuvignou.

Sion, 1295, 18 novembre.

Archives de Valère, F, 160.

* Ego Jaqueta de Martigniaco uxor Willermi de Bluuigno, laudatione ipsius Willermi, testamentum meum facio nuncupatiuum. Lego pro remedio anime mee, Petri de Lenz patris mei, Aceline matris mee, Durii et Petri fratrum meorum ecclesie B. M. Sedun. dimidium sextarium vini super vinea mea de Pellier, quam Anthonius filius meus dedit michi, etc. Volo quod in ceteris bonis meis michi succedant, post decessum Willermi mariti mei, proximi mei. Actum Seduni, idus nouembris, anno Dni M°.CC°. nonagesimo V°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1075

Pierre de Morestel, chevalier, donne le tiers de tous ses biens à ses fils Guillaume et Aymon.

Chermignon-dessous, 1295, 19 novembre.

Archives de la ville de Sion, Granges.

* Ego Petrus de Morestello miles, compos mentis, dono Willermo et Aymoni filiis meis terciam partem omnium bonorum meorum mobilium et immobilium et quicquid eisdem

dare possum amplius de consuetudine aut de iure, retinendo in me ad uitam meam omne ius et dominium rerum predictarum. Testes : dnus Petrus prior de Granges, dnus Chono de Payerno, dnus Willermus de la Barma, Gothefredus de Morgia domicellus, dnus Willermus de la Barma de Petra Chastel, olim vicarius de Granges, sacerdos, et dnus Rodul. curatus de Grona, qui hanc cartam leuauit. Actum apud Chermignon inferiorem, XIII° kl. decembris, anno Dni M°.CC° nonagesimo quinto, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1076

Jean Albi et sa sœur Nicole vendent leur part de la dîme de Granges.

Chermignon-dessous, 1296 (1295), 30 décembre.

Archives de la ville de Sion.

' Notum sit quod ego Johannes filius quondam Johannis Albi de Chermignon inferiori et Nichola soror mea vendidimus pro quatuordecim sol. Maur. Johanni et Bertholdo filiis quondam Petri Decimatoris talem partem qualem habebamus in decima de Granges. Actum apud Chermignon inferius, III kl. januarii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo VI°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1077

Testament de Pierre de Louèche, sacristain de l'église de Sion.

1295.

Archives de Valère, Extracta registrorum cancellarie Sedun.

Testamentum dni Petri de Leuca sacriste ecclesie Sedun., qui legauit capitulo ecclesie Sedun. vineam et domum quas acquisiuit apud Leucham a Merlina et CXLI sol. Maur. census seu seruicii, et vineam quam acquisiuit a Theodolo maiore

de Sirro, et grangiam quam acquisiuit a dno V. dapifero Sedun., et domum quam acquisiuit a V. de Salneria et filio quondam Nycholai de Sallon, ita quod capitulum teneatur facere I donam de duobus modiis siliginis ad mensuram Sedun. et de XX solidatis seracii et distribuere XX sol. Residuum expendatur in distribucionibus hore none. Omnia uero alia acquisita sua reliquit altari quod construxit in ecclesia Valerie ad honorem Corporis Dni nostri Yhesu Christi. Anno Dni M.CC.XCV.

Le sacristain Pierre de Louèche est mort le 15 avril 1299.

1078

Bertold de La Tour d'Orsières, co-vidomne de ce lieu, vend un cens au chapitre de Sion.

(Vers 1295.)

Extracta registrorum cancellarie Sedun.

Bertoldus de Turre de Orseres convicednus dicti loci vendidit capitulo Sedun. XVI sol. censuales, quos assignauit super vna possessione in territorio de Montorio.

1079

Jaquette et Marguerite de Chamoson vendent une vigne à Aymon Vender.

(Vers 1295.)

Extracta registrorum cancellarie Sedun.

Jaqueta et Margareta filie dni Waltheri de Chamoson militis, laudacione ven. viri dni Johannis cantoris tutoris eorum, vendiderunt, pro XXIIII lb. Maur. eis solutis et pro IIII den. seruicii et XII den. placiti et pro I sextario vini elemosine soluendo capelle B. Theodoli annuatim, Aymoni dicto Vender et Jaquete vxori sue vineam earum sitam en Bouson.

1080

Augmentation de fief accordée à Pierre Borgeis par Antoine de La Tour, de Saint-Maurice, donzel.

Bagnes, 1295 (1296), 14 janvier.

Zapf. Monumenta anecdota, I, 186.

Ego Authonius de Turre domicellus filius quondam dni Johannis de Sancto Mauricio militis notum facio vniuersis presentes litteras inspecturis quod ego dono et concedo in augmentationem feudi sui Petro dicto Borgeis et suis heredibus, homini meo ligio et talliabili, talem rem qualem tenebat apud Lomabley Boso decimator de Montagnyie, sitam juxta..... tusa illorum de Glapey, ex una parte, et terram Jacobi Borgeis et dicti Petri, ex altera, ad fontem terre Raynaldi de Choudana, a parte superiori, pro IIII sol. Maur. de redditu soluendis per annum in Rogacionibus. Promittens, etc. Testes fuerunt rogati : Aymo de Montagnye et Martinus nepos ejus et Raynaldus de Choudana. Ego vero dictus Anthonius sigillum meum litteris presentibus aposui in testimonium veritatis. Datum apud Bagnyes, die dominico proximo post octabas Epifanie, anno Dni M°.CC°.LXXXX°.V°.

1081

Legs faits à l'hôpital de Sion par Jacques de Vétroz.

Sion, 1296, 15 janvier.

Archives de la famille de Torrenté, Copie du XV° siècle.

Notum sit quod in presentia mei magistri Martini cancel-

larii Sedun. testes producti Martinus de Argessa escoferius et Henricus des Agietes filius donni Johannis de la Verna jurati, interrogati dixerunt quod fuerunt, viderunt et audiuerunt vbi et quando Jacobus de Vertro ciuis Sedun. in sua vltima voluntate dedit, post decessum Perrete vxoris sue, hospitali beate Marie infra ciuitatem vnam peciam campi cum grangia, sitam apud lo Byoley. Actum Seduni, XVIII kl. februarii, anno Dni M°CC° nonagesimo VI°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante. Postmodum dicta Perreta dimisit pro XXII sol. Maur. hospitali beate Marie Sedun. dictum campum cum grangia. Actum Seduni, die et anno quibus supra.

1082

Franchises accordées aux bourgeois de Saint-Maurice par Amédée V, comte de Savoie, au sujet des biens des usuriers et de la vente de la viande et du vin.

Chambéry, 1296, 30 janvier.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Nos Amedeus comes Sabaudie et marchio in Ythalia notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum inter nos et gentes nostras nomine nostro, ex vna parte, et communitatem, burgenses et habitatores ville Sancti Mauricii Agaun., ex altera, discordia seu questio verteretur super eo quod dicebamus quod bona mobilia vsurariorum vel contractus vsurarios exercentium post decessum suum ad nos debebant pertinere, et ipsi assererent se super hoc esse quittos, liberos et immunes ex antiqua consuetudine et quibusdam franchesiis seu libertatibus quas a nostris predecessoribus dicebant se habere, tandem nos super hiis habita deliberatione et consilio diligenti, volentes communitati, burgensibus et

habitatoribus dicte ville et terminorum eiusdem facere graciam, pro nobis et nostris heredibus ac successoribus et facta compositione amicabili cum Petro Bebo burgense et habitatore, procuratore seu sindico communitatis burgensium et habitatorum predictorum, nomine suo et communitatis burgensium et habitatorum dicte ville et suorum terminorum, damus et concedimus prout melius possumus quod quicumque burgenses et habitatores dicte ville et terminorum eiusdem et quilibet eorum qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, contribuentes in communitate et communibus missionibus communitatis et ville predictarum, sive sint vsurarii sive non, de bonis et rebus suis possint legitime ordinare et testari in vita et in morte, prout sibi et cuilibet ipsorum videbitur expedire. Volentes et concedentes quod testamenta vel ordinationes que et quas de rebus et bonis suis legitime fecerint, per nos vel per gentes nostras nomine nostro non impediantur seu etiam infringantur, quominus eorum parentes vel eis consanguinitate vel iure successionis proximiores in eorum bonis mobilibus et immobilibus hereditent et succedant, ea occasione quod ipsi burgenses et habitatores vsurarii sint, fuerint vel esse dicantur. Concedimus insuper eisdem ne aliquis nisi sit burgensis, habitator et contributor dicte ville et terminorum eiusdem macellum in dicta villa vel terminis eiusdem teneat vel faciat, vel vinum ad tabernam vendat vel vendi faciat. Nobis tamen retinentes quod si vinum in dicta villa vel terminis eiusdem contingeret nos habere, illud ibidem vendere possimus vel vendi facere, si nobis expediat et placuerit, sicut vnus burgensis et habitator dicte ville. Confitentes pro predictis nos habuisse et recepisse nomine dictorum burgensium et habitatorum quinquaginta lb. Maur., de quibus nos habemus et tenemus integre pro pagatis, et pro quibus quinquaginta lb. dictos habitatores et burgenses qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint de omni jure et actione quod et

quam ab ipsis et eorum heredibus et bonis habemus et habere possemus, ea occasione quod sint vel fuerint vel esse dicantur vsurarii, pro nobis et nostris heredibus ac successoribus soluimus et quittamus, nichil iuris in ipsis vel eorum bonis nobis et successoribus nostris occasione memorata retinentes. Mandantes et precipientes tenore presentium balliuis, judicibus, castellanis et officialibus nostris vniuersis et singulis, quatenus dictas franchesias seu libertates dictis burgensibus, habitatoribus et contribuentibus in communitate et communibus missionibus dicte ville manuteneant et deffendant. In quorum omnium robur et testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum Camberiaci, penultima die mensis januarii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo sexto. Expeditum per dnum Bertrandum de Chamisco archidyaconum Tarentasie. Datum vt supra.

Sceau pendant, endommagé.

1083

Wœtha petite-fille de Martin major des Agettes vend la moitié des biens de son père au dit lieu à Jean fils d'Albert major des Agettes.

Sion, 1296, 17 mars.

Archives de Valère.

* Woetha filia quondam Willermi filii quondam Martini maioris de Lagieti, laudatione Beatricis matris sue vendit pro IV lb. sibi solutis, duobus den. seruicii et IV den. placiti Johanni filio quondam Alberti maioris de Lagieti medietatem bonorum que ipsius pater habebat apud Lagieti, videlicet a domibus deys Luyes ad torrentem de prato Luuyn et ab aqua de Borny ad summitatem montium. Datum Seduni, anno Dni M.CC.XCVI, XVI kl. aprilis, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1084

Accord entre le sénéchal Guillaume et Aymon de la Bâtia au sujet d'un fief.

Sion, 1296, 19 mars.

Archives de Valère, Regist. II Martini de Seduno.

' Notum, etc., quod cum nobilis vir dnus Henricus miles dedisset Ro. de Turre domicello feudum et hominium ligium quod habebat et tenebat li Maruglers de Bramosio ab ipso, sub condicione quod non debebat alienare, prout in testamento ipsius dni Henrici continebatur, et dictus Ro. de Turre ipsum feudum alienauerat et permutauerat dno Willelmo senescalco Sedun., quare super hoc veniens Ay. de la Battya maritus Ysabelle filie quondam Jacobi filii dni Henrici predicti, vice et nomine dicte Ysabelle, calumpniaret dictum feudum dicti Marugler predicto senescalco, conueniunt ad inuicem iidem dnus senescalcus et Ay. quod dictus Ay., laudatione predicte Ysabelle, laudauit dicto dno senescalco permutacionem sibi factam pro LX sol. Maur. eidem Ay. persolutis et X sol. seruicii et II sol. placiti. Testes : dnus Ray. de Martigniaco, Humbertus de Viu, Anselmus de Valpelina, etc., et magister Martinus, qui hanc cartam lenauit Seduni, XIIII kl. aprilis, anno Dni M°CC° nonagesimo VI°, Adol. regnante, Bonefacio episcopante.

1085

Guillaume et Aymon de Morestel reconnaissent devoir un cens d'un fichelin de sénevé.

Sion, 1296, 21 mars.

Archives de Valère, Registrum II Martini de Seduno.

' Nos Willelmus et Ay. fratres filii dni P. de Morestello mi-

litis confitemur debere nobili mulieri Beatrici majorisse Sedun. I fisch. synapis censualem ratione terre a la Muntaneri de Seduno, pro qua terra dicta Montaneri dicte majorisse in dicto fisch. tenebatur; que terra jacet apud Bramosium. Testes: Ansel. de Saxons miles, Willelmus de Anniuesio, etc. Seduni, XII kl. aprilis, anno (M.CC. nonagesimo) VI°.

1086

Traité de combourgeoisie, pour dix ans, entre Boniface, évêque de Sion, Jocelin, comte de Viége et la communauté de Louèche, d'une part, et la ville de Berne, de l'autre.

1296, 4 avril.

Archives du canton de Berne. — Zurlauben, Tableaux de la Suisse, tom. I, preuves, N° XVIII. (Male ad an. 1290.) — Zeerleder, Urkunden, II, 437.

Nos Bonefacius diuina permissione Sedun. episcopus, Josselmus comes de Vispo et vniuersitas de Leucha notum facimus vniuersis presentibus ac futuris quod nos considerantes sinceram dilectionem quam burgenses de Berno, Lausannensis dyocesis, ad ecclesiam Sedun., terram ac homines ipsius ecclesie a retroactis temporibus habuerunt, nos predictus Bonefacius apud Berno burgensis facti sumus, promittentes bona fide et sine omni dolo dnum scultetum, consules et vniuersitatem de Berno ex nunc donec ad instans festum Penthecostes et abinde per decem annos proximos ac completos contra dnum Rodulfum de Albo Castro, contra dnum Arnoldum et dnum Waltherum de Wediswile ac contra dnos de Raronia pro totis viribus rerum et personarum nostrarum ac cum omnibus communitatibus, gentibus et terra dicte ecclesie de terra de Vallesio ultra Alpes seu montana donec ad lo-

cum dictum Wat prope Stretlingen deffendere ac iuuare et eis iuuamen et consilium impendere quocienscunque ab ipsis vel eorum nuncio certo fuerimus requisiti. In predictorum autem omnium robur ac testimonium sigilla nostra presentibus duximus litteris apponenda. Et sciendum est quod hec acta sunt de consensu, voluntate ac consilio venerabilis capituli ecclesie Sedun. Datum et actum anno Dni M°CC° nonagesimo sexto, feria quarta proxima post octabam Pasche.

Trois sceaux pendants.

1087

Antoine de La Tour, de Saint-Maurice, rend à Jean Panateir un fief qu'il lui avait repris antérieurement, à condition que le dit Jean se conformera aux clauses d'une prononciation de l'an 1267.

Bagnes, 1296, 21 avril.

Gallia christiana, XII. Instr. 511. — Furrer, III, 83. (Extrait.)

Nos Gedeon de Aquabella, judex in Chablasio, Geben nensi et Intermonteo pro illustri dno Amedeo comite Sabaudiæ, notum facimus universis præsentes litteras inspecturis quod sicut nobis constat per declarationem Petri de Pratorey de Bagnes clerici jurati curiæ dicti dni comitis, cui quantum ad levandum et conficiendum litteras sigillo dictæ curiæ sigillandas prædictus dnus comes plenam et liberam tribuit potestatem ac speciale mandatum, eidem super hiis plenam fidem adhibentes, in sua præsentia propter hoc specialiter constituti Antonius de Turre (filius) quondam dni Joannis de Sancto Mauritio militis, ex una parte, et Joannes Paratus[1] filius quondam Paratii

[1] Ce nom est imprimé de diverses manières dans la *Gallia christ.* : Paratus, Paratius, Panatius, Panaterius. C'est probablement cette dernière forme qui est la véritable.

de Montagniet parochiæ de Bagnes, ex altera ; cum contentio et discordia verteretur inter dictas partes super eo quod dictus Antonius tenebat et ad se retornaverat hæreditatem, res et bona Joannis Paratii prædicti, quæ quidem res et bona et hæreditatem cum fructibus inde perceptis petebat dictus Joannes a dicto Antonio sibi reddi et restitui. Dicto Antonio super hiis dicente et respondente quod hæreditatem, res et bona tenebat et ad se retornaverat propter defectum usagiatoris, quod non habebat seu habere poterat, ut feudum requirit et facere tenetur, verum etiam propter longam moram quam dictus Joannes fecerat extra patriam, nec de vita sua sperabat. Tandem post multas petitiones et allegationes hinc et inde propositas, per venerabiles viros, religiosos et discretos, videlicet per dnum Franciscum priorem de San-Mauris, fratrem dicti Antonii, dnum G. de Collomberio canonicum et sacristam S. Mauritii Agaun., dnum P. de Fossato curatum de Bagnes et Joannem de Lydes, in quibus se compromiserunt unanimiter dictæ partes tanquam in arbitros seu amicabiles compositores, juramento suo ad sancta Dei evangelia corporaliter præstito, quidquid jure et concordia dixerint, ordinaverint seu promulgaverint super prædictis attendere et fideliter observare (promittentes), dicta discordia sopita est in hunc modum. Videlicet quod dictus Antonius filius dicti dni Joannis de Sancto Mauricio militis reddat et restituat dicto Joanni hæreditatem suam, res suas et bona sua prædicta ubique et quocunque sint seu etiam reperiri poterunt et quocunque nomine censeantur, pro talibus usagiis, servitiis et droituris a dicto Joanne dicto Antonio et heredibus suis reddendis ac etiam faciendis quæ in quodam instrumento cancellariæ Sedun. super hoc confecto plenius continentur, cujus tenor talis est :

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum discordia verteretur inter dnam Margaretam relictam dni Joannis de

Turre et heredes suos, ex una parte, et Joannem dictum Panatium, ex altera, super mutuis petitionibus, tandem per venerabilem virum Giroldum abbatem S. Mauritii Agaun., dnum P. curatum de Bagnes, Willelmum domicellum ejusdem loci mistralem et Jacobum de Lydes, in quibus unanimiter compromiserunt tanquam in arbitros et amicabiles compositores, corporali juramento promittentes quidquid dicerent et concordarent jure vel concordia, attenderent et fideliter observarent, sopita extitit in hunc modum. Videlicet quod dictus Joannes Panatius homo ligius esset prædictæ dnæ Margaretæ et heredum suorum et quod annuatim dictus Johannes Panatius et heredes sui dnæ Margaretæ et heredibus suis præfatis reddant quinque sol. et quatuor den. Maur. et quatuor ficheletos et duas partes unius quartanæ, medietatem siliginis et medietatem ordei, et tres sol. et quatuor den. placiti, omni alia tallia, exactione, adjutorio cessante. Præterea si clama fieret coram dna Margareta et herede suo ab aliquo de dicto Joanne Panatio et heredibus suis, et secundum bonum, pacem, usum vel iuris ordinem convinceretur juxta clamam, teneatur solvere dictæ dnæ Margaretæ et heredibus suis secundum delicti quantitatem. Item dicimus et ordinamus nos arbitri prædicti quod si dicta dna Margareta et heredes sui a dictis Johanne Panatio et heredibus suis usagium suum non possent habere, prædictos Johannem et heredes suos vadiare debere et ipsa vadia retinere debent, donec ab ipsis de dicto usagio contigerit et esset plenarie satisfactum. Si vero contigerit dictam dnam et heredes suos guerram habere, dictus Joannes et heredes sui dictam dnam et heredes suos in terra tenentur propriis sumptibus adjuvare; si vero extra vellent ipsos ducere, tenentur eisdem necessaria manutenere. Item si dictus Joannes vel heredes sui dictam dnam vel heredes suos in rebus propriis offenderent vel ipsos indebite molestarent, in præsentia sua sive in curia debent ipsos convenire et de hoc quod evinceren-

tur in curia sua satisfactionem facere, ipsos vadiare debent et vadia retinere, prout superius est expressum. Inde rogavit pars utraque cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur: ven. vir Giroldus abbas S. Mauritii Agaun., dnus Petrus curatus de Bagnes, Willelmus domicellus, Jacobus de Lydes, arbitri predicti, et Joannes de Sancto Brancherio clericus, qui hanc cartam levavit, vice Normandi cantoris et cancellarii Sedun., vice cujus ego Aymo de Lentz juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Vologium, anno Dni M.CC.LXVII, XII kl. martii, imperio vacante, Henrico episcopante.

Ordinaverunt etiam et promulgaverunt dicti arbitri quod dictus Joannes Panaterius dicto Antonio pro bono pacis et nomine intragii det, solvat XXX sol. Maur., quos confessus est se dictus Antonius a dicto Joanne Panaterio habuisse in bona pecunia numerata. Præterea dictum est quod dictus Joannes debet morari infra limites infrascriptos, videlicet a montibus Montis Jovis usque ad lacum Lausannensem et usque Leucam. Et si forte, quod absit, dictus Joannes Panaterius extra limites prænominatos per tres annos continuos moratus fuerit, quod ad patriam seu limites prædictos reversus seu moratus non fuerit, possit et valeat dictus Antonius sua propria auctoritate, elapso dicto termino seu præfixo, hereditatem, res et bona dicti Joannis capere et tenere tanquam rem suam propriam; item quod ubique moretur infra limites prædictos, semper homo ligius dicti Antonii et heredum suorum, et usagia solvere et reddere teneatur eisdem modis et conditionibus supra in instrumento contentis; item quod filii dicti Joannis Panaterii, quos de uxore sua legitima procrearet et haberet, ubique sint infra limites prædictos, dicti Antonii sint homines modis et conditionibus supra scriptis; si vero sine herede legitimo ipsum Joannem decedere contigerit, medietas bonorum mobilium remaneat dicto Antonio et heredibus suis, et

de alia medietate possit disponere dictus Joannes ad suam voluntatem. Dixerunt autem dicti arbitri quod dictus Joannes Panaterius donet et concedat dicto Antonio quoddam casale situm in cista (l. crista) de Montagnet, subtus grangiam dicti Joannis Panaterii, in quo possit dictus Antonius domum ædificare et continere, tali conditione apposita quod si dictus Joannes in dicto casali prius domum ædificaverit quam Antonius predictus, pro non dato habeat et dicto Joanni remaneat pacifice et quiete. Ad hoc fuerunt testes vocati P. de Portu Bacii (l. Porta Bacii) domicellus, W. de Lubyer, Aymonetus de Rida et Mauritius de Umbiez. In cuius rei testimonium nos prædictus judex, ad preces dictarum partium nobis per dictum P. de Pratorey oblatas, sigillum curiæ dicti dni comitis duximus præsentibus apponendum. Actum apud Bagnes, XI kl. maii, anno Dni M.CC. nonagesimo sexto.

1088

Testament d'Antoine Grand, de Sion.

Sion, 1296, 27 mai.

Archives de Valère, F. 98.

Ego Anthonius filius quondam Warneri Magni civis Sedun. testamentum nuncupativum dispono in hunc modum. Constituo heredem meam Anthoniam vxorem meam, et post decessum ipsius Gothefredum fratrem meum. Item lego ecclesie beate Marie Virginis quadraginta sol. Maur. censuales, quos michi debet Rodulphus de Turre domicellus. Item dno B. Sedun. episcopo IIII^{or} lb. Maur. semel, de quibus debet michi XL sol. Maur. Item confratrie Sancti Spiritus Sedun. dimidium

modium siliginis redditus aut sex libras Maur. semel, de quibus emantur dicti VI fisch. siliginis, et debent recipere annuatim duos confratres. Item confratrie beate Marie Virginis sex fisch. siliginis censuales, et debent recipere duos confratres annuatim. Item lego nouo hospitali sito in vico prati dni episcopi duos fisch. siliginis redditus vel XL. sol. semel. Item assigno Anthonie vxori mee nomine dotis sue XXX lb. Item lego duabus filiis meis quas habui a Margareta de Aent scilicet Comitisse et future filie seu filio meo de quo aut de qua grauida est dicta Margareta, vineas quas acquisiui a Jacobo de Grimisolio consanguineo meo. Actum Seduni, VI kl. junii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo sexto, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante. Iterato hoc testamentum confirmauit VI kl. julii, anno Dni M°CC° nonagesimo VII, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1089

Jaquet Quartéry vend une vigne à Lionette de Monthey.

Saint-Maurice, 1296, 5 août.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XI, 452, ex arch. Agaun., Majus minut. fol. CLXXXVI.

* Notum sit, etc., quod Jaquetus Quarterii burgensis de Sancto Mauricio, de laude expressa Amphelisie uxoris sue, vendidit Lyonete de Montheolo, filie quondam mistralis Ville nove, vineam suam de Montjou cum torculari et tinis ipsius torcularis, que vinea sita est juxta vineam Mauricii Quarterii en Convalous, pretio LXV lb. Maur. Actum apud Sanctum Mauricium, dominica ante festum beati Laurentii, anno Dni M°.CC°.XC°. sexto.

1090

Perrette d'Ayent donne tous ses biens à sa sœur Marguerite.

Sion, 1296, 8 septembre.

Copia litterarum de Ayent., fol. VII verso.

Notum, etc., quod ego Perreta filia quondam Amedei de Aent domicelli eiecta ab omni avoeria dedi Margarete sorori mee omnia bona mea mobilia et immobilia, campos, prata, vineas, domos, nemora, redditus, census, seruicia, placita, homines feudatarios, etc. Testes: Ludouicus de Marclop, Petrus de Brigues monachi, Johannes Chaberti de Aent, Johannes de Bliuigno mistralis et Petrus de Vernamesia clericus, etc. Actum Seduni, VI idus septembris, anno Dni M°CC° nonagesimo sexto.

1091

Sentence arbitrale entre la commune de Saint-Maurice et maître Jacques de Peraviso au sujet des immunités cléricales.

Saint-Maurice, 1296, 2 novembre.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Nos Gedeon de Aqua bella judex in Gebennesio et Chablasio pro illustri viro dno A. comite Sabaudie notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod cum lis seu causa uel questio esset et verteretur seu esse et verti speraretur coram nobis dicto judice inter Guifredum de Sancto Mauricio clericum et Petrum Bebu syndicos et procuratores vniuersitatis hominum de Sancto Mauricio, nomine dicte vniuersitatis,

ex vna parte, et magistrum Jacobum dictum de Perauiso de dicto loco, ex altera, super eo quod dicti syndici nomine quo supra dicebant et asserebant quod cum dictus magister Jacobus esset et eciam pater quondam dicti magistri Jacobi et eius antecessores fuissent habitator, burgensis, habitatores et burgenses dicti loci et in dicto loco et eius territorio teneret et possideret, tenuissent et possedissent domos, campos, vineas, possessiones, redditus et alia bona immobilia et vteretur et vsi fuissent foro, pascuis, nemoribus et aliis juribus quibus ceteri burgenses et habitatores dicti loci vti consueuerunt, ideo dicebant dictum magistrum Jacobum et omnem eius posteritatem secundum rerum suarum et possessionum facultatem debere conferre cum ceteris burgensibus et habitatoribus dicti loci ad soluendum honera, debita, pensitationes vniuersitatis predicte, et quia dictus magister Jacobus contra consuetudinem antecessorum suorum iniuste cessauerat ad conferendum in predictis, ideo dicti syndici petebant a dicto magistro Jacobo IX lb. Maur. pro receptis tempore retroacti. Ad quod respondebat dictus magister Jacobus quod licet sui antecessores in predictis conferre consueuerint et licet in dicto loco et eius territorio teneat et possideat, ut predictum est, tamen ad conferendum in predictis et predicto modo dicebat minime se teneri propter priuilegium clericale quod se habere dicebat, non obstante quod vxorem habeat, cum ipse cum virgine contraxisset, dicens clericos cuiusconque status conditionis existant esse ab huiusmodi collationibus, muneribus, honeribus et aliis ciuilibus prestacionibus tam de iure ciuili quam de iure canonico esse totaliter excusatos. Tandem post multas altercaciones et post multa verba hinc inde proposita dicte partes nomine quo supra, de communi consensu ac eorum spontanea voluntate, super predictis et de predictis se compromiserunt in nos Gedeonem predictum, non ut iudicem, sed ut in priuatam personam, et Petrum de Serra Valle domicel-

lum, castellanum Sancti Mauricii, tanquam in arbitros et amicabiles compositores, volentes et concedentes quod nos predicti arbitratores super predictis possimus pronunciare, arbitrari et diffinire, eciam iuris ordine non seruato et eciam sine litis contestacione et eciam sine scriptis. Promittentes igitur ad inuicem dicte partes stare, parere et hobedire nostre diffinitioni, arbitramento et amicabili composicioni. Qua propter nos predicti Gedeon et P. arbitratores et amicabiles compositores, ut supra, vestigia arbitratorum sequentes, habito tractu cum partibus, inter predictas partes amicabiliter componentes, partibus presentibus, volentibus et consencientibus, attendentes eciam quod huiusmodi priuilegia per predictum magistrum Jacobum allegata tantum hiis clericis conceduntur qui ad sacrosanctas ecclesias obsecundant et in diuinis misteriis sedulum prestant officium, et non hiis qui per seculum deuagantur et sunt desides circa diuina ministeria, taliter pronunciamus, arbitramur et amicabiliter inter dictas partes duximus componendum, scilicet quod dictus magister Jacobus et omnis sua posteritas plene et sine aliqua diminucione seu retempcione pro futuro tempore secundum facultatem et quantitatem patrimonii sui teneatur conferre, sicut quilibet alius burgensis seu habitator dicti loci, in omnibus et singulis suprascriptis et in ceteris honeribus dicte vniuersitatis, prout ipsa contigerit euenire, et sit de cetero rectus, purus et merus burgensis dicti loci quo ad honores et honera et omnia alia atque singula. Item quod pro retemptis preteriti temporis dictus magister Jacobus det et soluat dictis syndicis nomine quo supra viginti quinque sol. Maur. semel, et pro tanto super predictis et aliis dependentibus ex premissis de cetero sit pax, finis atque concordia inter partes predictas. Que omnia et singula dicte partes intelligentes nomine quo supra voluerunt, emologauerunt et confirmauerunt et per stipulacionem ad inuicem promiserunt et iurauerunt attendere firmiter et

seruare et contra non venire. In quorum omnium robur et testimonium nos dictus judex sigillum curie dicti dni comitis presentibus duximus apponendum. Et fuit actum inter dictas partes quod propter suprascripta bona dicti dni Jacobi non essent deterioris condicionis quam ante dictum compromissum. Datum apud Sanctum Mauricium, die veneris in crastinum festi Omnium Sanctorum, anno Dni M°.CC°. nonagesimo sexto.

Sceau pendant: S CVRIE COM SABAVD I(N) CHABLASIO ET GEBENESIO.

1092

Grégoire de Simplon prête hommage à l'évêque de Sion.

1296, 5 novembre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Gregorius de Simplono fecit homagium episcopo Bonifacio pro feudo de Ponziro, et credit quod placitum sit 13 lb. de morte D. Vlrici et 13 lb. de morte Marcuardi. Joannes comes de Narres redditor pro ipso Gregorio pro faciendo quod debebit ille. 1296, nonis nouembris.

1093

Partage des biens communaux entre Bex et Saint-Maurice.

Saint-Maurice, 1296, 23 novembre.

Archives de la ville de Saint-Maurice, Original et copie vidimée.

Articuli intentionales pro parte burgensium Sancti Mauricii Agaun. producti.

Intendunt probare coram vobis dno G(uilliermo) de Aqua-

bella judice in Chablasio pro dno comite Sabaudie Petrus Bebo et Wifredus clericus, burgenses de Sancto Mauricio, defensores et defensorio nomine custodum nemorum ville dicti loci, contra Burnetum generum Rodulfi Bornio ad defensionem dictorum custodum articulos infrascriptos.

I. Primo quod nemora que sunt versus Lauetum subtus Morcles in quibus dictus Burnetus dicit se pignoratum fuisse per dictos custodes, sunt de pascuis et vsamentis infra terminos et confines pascuorum ville de Sancto Mauricio.

II. Item quod confinatio seu limitatio pascuorum et nemorum ville Sancti Mauricii et parrochie de Bacio que olim fuit facta prout dictus Burnetus confessus est, fuit facta a triginta annis citra.

III. Item quod si reperiatur dictum Burnetum seu predecessores suos vsos fuisse pascuis et nemoribus ville de Sancto Mauricio, quod hoc fuit tantum quando pascua et nemora de Sancto Mauricio et de Bacio erant communia, scilicet ante dictam limitationem.

IIII. Item quod dictus Burnetus seu predecessores sui a quibus habuit causam, vt dicit, fuerunt post dictam limitationem aliquotiens inventi in dictis nemoribus de Sancto Mauricio a custodibus ipsorum nemorum ligna scindentes seu boscherantes vel ligna scissa ibidem portantes.

V. Item quod pignorati fuerunt a dictis custodibus ratione predicta et quod marciauerunt seu redemerunt vadia sua a dictis custodibus.

VI Item quod de predictis est vox et fama publica inter vicinos et notos.

Nec astringunt se ad probandum omnia et singula predicta, nisi ad ea tantum que poterunt et que sibi sufficiunt de predictis.

Suivent les dépositions des témoins, au nombre de dix-neuf; j'omets ce qui concerne le fait particulier de Burnet et ne présente aucun intérêt, et je me borne à extraire les détails relatifs à la séparation des biens communaux de Bex et de Saint-Maurice.

Depositiones testium super predictis articulis examinatorum.

Primus testis.

Siluester de Bacio testis productus, juratus et interrogatus super primo articulo intentionis dicit ipsum esse verum. Interrogatus quomodo scit, respondet quod ipse qui deponit fuit presens ad conuiandum et limitandum nemora et pascua inter illos de Bacio et illos de Sancto Mauricio, et dicit quod in dicto conuiamento et limitatione fuit dictum et ordinatum pro illis de Bacio et de Sancto Mauricio quod a torrente de Curseto descendendo inferius versus laz Fontaneta seu Chinaleta de Conualou vinee quondam Petri Bouet, et a dicta Chinaleta tendendo et transversando uersus les Goletes usque ad Fontaneta de Furchis, iusta stratam publicam a parte Sancti Mauricii, esse et remanere pascuum commune illorum de Sancto Mauricio, et a dictis terminis versus Bacium remanere pascuum illorum de Bacio. Interrogatus quis fecit dictas confinationes seu limitationes et de cuius mandato, respondit quod pro parte illorum de Bacio fuerunt presentes dnus Willermus de Porta et dnus Guifredus de Bacio, milites, W. de Bacio domicellus, Jaquetus de Boullo pro illis de Blonay cum Pe. mistrali de Blonay, qui erant pro tota communitate de Bacio, item P. salterus de Bacio pro dna de Cossonay, item Martinus de Rovereas, P. Faber, Mauricius de Coster pater dicti testis quondam, et fuerunt quatuor jurati de Bacio et quinque de Sancto Mauricio, videlicet W. de Bacio, Martinus, P. Faber et Mauricius supradicti, et pro illis de Sancto Mauricio Mauricius Bochi, W. Jollent, P. Ramus des Donzel, Vdricus Chamore et Walterus Antonyn, presentibus pluribus de

Sancto Mauricio et predictis de Bacio et pluribus aliis, Ancermo de Amesino castellano Chillionis et Johanne de Berno castellano Monteoli, a triginta annis citra et sic communitates de Sancto Mauricio et de Bacio se tenuerunt pro contentis. Super secundo articulo respondit vt in primo. De loco vbi facta fuit dicta limitatio, respondit quod apud Lavetum circa festum beate Marie Magdalenes.

Secundus testis examinatus.

Girodus Chaffardi de Montez super I° et II° articulis respondit vt Siluester primus testis, et addit quod credit quod Johannes de Blonay fuit presens; excipit quod non recolit vtrum dnus Valnerus fuerit.

Quintus testis.

Nicoletus de Vaudo super I° et II° articulis respondit vt primus testis, hoc addito quod dicit quod dnus W. de Augusta fuit presens et P. de Molendino de Bacio.

Sextus testis.

W. Vacherini super I° et II° articulis respondit idem quod primus testis et addit quod Johannes de Blonay et dnus P. et dnus Henricus milites fuerunt presentes in dicta visitatione et limitatione.

Septimus testis.

Mauricius de Baignes addit quod Huguetus de Chillione fecit litteram super limitatione et conuiatione.

Sententia per prefatum dnum judicem Chablasii lata in fauorem burgensium S^ti^ Mauricii Agaun.

Questio lis seu causa vertebatur coram nobis G. de Aquabella, judice in Chablasio et Gebennesio pro dno comite Sa-

baudie, inter, etc. nos pro tribunali sedentes talem ferimus sententiam, scilicet quia pronunciaui dictos custodes iuste pignorasse dictum Burnetum, etc. Datum apud Sanctum Mauricium cum appositione sigilli curie dicti dni comitis, die veneris ante festum beate Katherine, anno Dni M°.CC°. nonagesimo sexto.

1094

Testament de Pierre de Montjovet, chanoine de Sion.

Valère, 1297, 28 février.

Archives de Valère, F. 13.

* Ego Petrus de Montjovet canonicus Sedun., infirmus corpore, testamentum meum nuncupatiuum condo in hunc modum. Lego capitulo Sedun. terciam partem tocius hereditatis mee. Item lego Aymoni famulo meo domum meam quam acquisiui a Petro Bynfa, ita quod idem Aymo teneatur soluere annuatim IIII^{or} fischilinos siliginis capitulo Sedun. Item lego super camera mea noua sita in Valeria, in qua iaceo, IIII^{or} sol. cens., quam cameram edificaui funditus, videlicet quod ille qui eam tenebit, teneatur soluere altari Sancti Michaelis, Sancti Johannis et altaribus que construxerunt dnus Petrus sacrista et Petrus de Herdes in Valeria, cuilibet XII den. annuatim. Item dno episcopo centum sol. semel. Item lego hospitali Sancti Johannis euuangeliste vnum lectum garnitum, et hospitali B. Marie infra ciuitatem V sol. semel. Item quicunque tenebit decimam quam emi ab Aymone fratre meo apud Gronna, teneatur soluere annuatim ecclesie beati Stephani de Granges duos fisch. silig., item vnum fisch. silig. ecclesie Sancti Jacobi eiusdem loci et vnum ecclesie de Gronna et ecclesie de Lenz vnum fisch. silig. annuatim. Item ecclesie de

Chaler XII den. semel. Item confratrie B. Marie Sedun. vnum fisch. frumenti cens. Item maladerie Sedun. II sol., recluso Sedun. VI den., curato meo Sedun. V sol et vicariis II sol. semel. Item abbacie Sancti Mauricii Agaun. XX sol. semel.; domui Montis Jouis totidem. Item fratribus Minoribus et Predicatoribus Lausan. cuilibet illorum X sol. semel. Item capitulo Sedun. lego omnia acquisita et mobilia mea, legatis et clamoribus meis ac debitis integre primitus persolutis, ita quod teneantur soluere annuatim in die anniuersarii mei canonicis XV sol. et cetero clero V sol., hiis videlicet qui interfuerint vigiliis et missis. Item teneantur soluere in dicta die XII den. annuatim, videlicet IIII^{or} candelas ardentes super tumba mea et III panes in missa matutinali, et totidem candelas et totidem panes et candelas in maiori missa. Item in die obitus mei omnibus canonicis qui intererunt sepulture mee XVIII den. Maur., sacerdotibus XII den., dyaconibus VI den., baccalariis IIII^{or} den., clericis minoribus duos den. Item volo quod sex mulieres offerant panes et candelas, et denarii offerantur similiter in die obitus mei ad omnes missas. Item volo quod quicunque tenebit prebendam meam, quod soluat canonie mee septem lb. et X sol. Maur. vel tamdiu teneat faisandam vinee de Poillier quod solutus sit de dictis VII lb. et X sol., cum ego emerim faisandam predictam pro precio memorato. Item heredem meum instituo Aymonem fratrem meum in ceteris omnibus bonis meis. Executores meos constituo dnum Petrum decanum et dnum Petrum sacristam in ecclesia Sedun. Testes : Anthonius Huboldi, Petrus de Vesbia, Ybletus de Gresie, canonici Sedun., dnus Willermus de Petra castri vicarius Sedun., Aymo de Monjovet familiaris meus, Nicholaus de Vesbia rector maladerie, clericus dni Petri sacriste, etc., et ego magister Martinus cancellarius capituli, etc. Actum in castro Valerie, II kl. marcii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo VII°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1095

Le chapitre de Sion, pour un cens de 15 L., cède à la vidomnesse Nantelma les possessions que lui avait léguées le sacristain Pierre de Rarogne.

Sion, 1297, 9 mars.

Archives de Valère, Registrum II Martini de Seduno.

Notum, etc., quod nos P. sacrista, Jo. cantor, totumque capitulum ecclesie Sedun., considerata euidente vtilitate nostra, conuocatoque ipso capitulo propter hoc specialiter, dedimus in feudum et ad censum perpetue pro XV lb. Maur. annuatim nobis soluendis Seduni in festo beati Martini, sub condicionibus infrascriptis, nobili mulieri dne Nantelme vicedomine Sedun. res et possessiones quas nobis dederat et legauerat dnus Henricus vicednus quondam Sedun. et sacrista ecclesie Sedun. pro remedio anime sue, prout in eius testamento plenius continetur. Quas XV lb. promittit eadem dna Nantelma soluere et reddere annuatim in termino supradicto et assignat ipsas XV lb. percipiendas super possessionibus predictis, insuper super omnibus rebus, jurisdictione et dominio quas et quod habet in valle de Chousom, vbicumque sit et quocumque nomine censeatur. Precipiens et volens eadem dna Nantelma per presentem cartam quod maior de Chousom, nuncius suus, mistralis, seu faysendarii sui presentes aut qui pro tempore fuerint, eidem capitulo, mistrali eorum, seu certo nuncio eorum dictas XV lb. persoluant termino supradicto, uel ex tunc possint intrare, apprehendere, tenere et possidere auctoritate propria sine clama aut strepitu judicis vsque ad plenam solucionem pecunie suprascripte res et possessiones predictas, quocienscunque annorum deficeret dicta dna Nantelma in solucione pecunie memorate. Ita tamen quod si dnus Willelmus senes-

calcus aliquas peciarum de dictis possessionibus vellet recipere pro IIII^{or} den. Maur. censualibus, in quibus sibi tenemur annuatim, et Hugo de Rarognia cui adfeudata fuit alias quedam pecia de possessionibus predictis, cum omnes pecie sint appreciate et taxate, quod tantum caderet de dictis XV lb. quantum appreciate forent dicte pecie et taxate, si forte conuicti foremus in iudicio ab Hugone de Rarognia supradicto, et sibi ipsa eadem dna Nantelma ferre garenciam teneatur. Testes: magister Jo. clericus dni episcopi, Humbertus de Ganio, P. janitor Valerie, Stephanus matricularius Valerie, Ybletus de Gresiaco, Thomas et Petrus de Vesina, Anthonius Hubol, can. Sedun. et magister Martinus cancellarius qui hanc cartam recepit in capitulo, VII ydus marcii, anno (M.CC.) nonagesimo VII°.

Nantelma, fille de Girold de La Tour, avait épousé Rodolphe de Rarogne, frère du sacristain Henri, et vidomne de Sion.

1096

Perrette d'Ayent donne tous ses biens à Jacques de Mar, chevalier, qui, de son côté, devra lui fournir la nourriture et l'habillement.

Saillon, 1297, 23 mars.

Archives de Valère, Registr. II Martini de Seduno.

Ego Perreta filia quondam Amedei de Aent domicelli dono donatione facta inter vivos dno Jacobo de Mar militi C lb. Maur., in quibus michi tenetur Soffredus de Chamosum domicellus, olim maritus meus, nomine dotis mee, et XXXIII sol. et VIII d. qui michi debentur annuales supra tallia mense episcopalis de Syrro, item vineam meam de Glo, item II jugera campi, insuper quicquid habeo ex parte patris meis in toto

albergamento meo et quicquid eidem dare possum amplius de consuetudine aut de jure. Ipse vero michi tenetur in victu et vestitu ministrare secundum quod sibi videbitur expedire, aut maritare me secundum quod honeste poterit, aut sue placuerit voluntati. Testes : Nantelmus de Aent, Jo. de Mar, Jo. de Montez domicellus filius Bosonis, et dnus P. curatus de Letron, qui hanc cartam leuauit, apud Saillon in castro, X kl. aprilis, anno (M°.CC°) nonagesimo VII°, Adolpho regnante, B. episcopante.

1097

Soffred de Chamoson reconnaît devoir 100 L. à Perrette d'Ayent.

Sion, 1297, 24 mars.

Archives de Valère, Registr. II Martini de Seduno.

Ego Soffredus de Chamosum domicellus confiteor debere Perrete filie quondam Amedei de Aent domicelli, alias vxori mee, nomine dotis ipsius Perrete, C lb. Maur., quas promitto soluere dno Jaco. de Mar militi nomine ipsius Perrete annuatim in Rogacionibus X lb. Maur., quousque dicte C lb. eidem fuerint persolute. Hec omnia laudauit Perreta predicta, presentibus Nantelmo de Aent domicello, Jo. de Mar, Jo. filio Bosonis de Montez, quorum laudem recepit dnus P. curatus de Leytron.

Testes : dnus P. curatus de Leytron, dnus P. curatus de Magi, dnus Anselmus de Saxons miles, Humbertus de Gauyo et Nantelmus de Aent domicellus. Seduni, IX kl. aprilis, anno Dni M°CC°. nonagesimo VII°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1098

Guillaume, sénéchal de Sion, donne des terres en fief à Thomas de Nendaz.

Sion, 1297, 7 avril.

Archives de Valère, Registr. II Martini de Seduno.

* Ego Willelmus senescallus Sedun., laudatione Helique vxoris mee, Jacobi et Petri filiorum meorum, dedi in feudum, pro XV sol. Maur. censualibus et vna galina uel IIII den. et II sol. placiti, Thome de Neynda pratum meum situm apud Campum siccum, item duas pecias prati versus Rodanum. Seduni infra ecclesiam cathedralem, VII idus aprilis, anno Dni M°CC° nonagesimo VII, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1099

Le curé de Viége abandonne, sous certaines conditions, une partie des redevances qui lui sont dues à quelques-uns de ses paroissiens.

Viége, 1297, 10 avril.

Cartularium ecclesiæ Vespiæ, pag. 14, N° XVI.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Nycolaus curatus de Vespia, natione de Aragnon, considerans vtilitatem predicte ecclesia mee, de voluntate, laudatione et consensu reuer. in Christo patris Bonifacii episcopi Sedun. et decani Girardi Valerie patroni dicte ecclesie, dedi et concessi in feudum seu feuda perpetua, prout inferius declaratur, pro me et successoribus meis : primo oblaciones annuales de Staldun, de Sausa, de Grangiis, cum participibus eorum dimisi in feudum

albergamento meo et quicquid eidem dare possum amplius de consuetudine aut de jure. Ipse vero michi tenetur in victu et vestitu ministrare secundum quod sibi videbitur expedire, aut maritare me secundum quod honeste poterit, aut sue placuerit voluntati. Testes : Nantelmus de Aent, Jo. de Mar, Jo. de Montez domicellus filius Bosonis, et dnus P. curatus de Letron, qui hanc cartam leuauit, apud Saillon in castro, X kl. aprilis, anno (M°.CC°) nonagesimo VII°, Adolpho regnante, B. episcopante.

1097

Soffred de Chamoson reconnaît devoir 100 L. à Perrette d'Ayent.

Sion, 1297, 24 mars.

Archives de Valère, Registr. II Martini de Seduno.

Ego Soffredus de Chamosum domicellus confiteor debere Perrete filie quondam Amedei de Aent domicelli, alias vxori mee, nomine dotis ipsius Perrete, C lb. Maur., quas promitto soluere dno Jaco. de Mar militi nomine ipsius Perrete annuatim in Rogacionibus X lb. Maur., quousque dicte C lb. eidem fuerint persolute. Hec omnia laudauit Perreta predicta, presentibus Nantelmo de Aent domicello, Jo. de Mar, Jo. filio Bosonis de Montez, quorum laudem recepit dnus P. curatus de Leytron.

Testes : dnus P. curatus de Leytron, dnus P. curatus de Magi, dnus Anselmus de Saxons miles, Humbertus de Gauyo et Nantelmus de Aent domicellus. Seduni, IX kl. aprilis, anno Dni M°CC°. nonagesimo VII°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1098

Guillaume, sénéchal de Sion, donne des terres en fief à Thomas de Nendaz.

Sion, 1297, 7 avril.

Archives de Valère, Registr. II Martini de Seduno.

* Ego Willelmus senescallus Sedun., laudatione Helique vxoris mee, Jacobi et Petri filiorum meorum, dedi in feudum, pro XV sol. Maur. censualibus et vna galina uel IIII den. et II sol. placiti, Thome de Neynda pratum meum situm apud Campum siccum, item duas pecias prati versus Rodanum. Seduni infra ecclesiam cathedralem, VII idus aprilis, anno Dni M°CC° nonagesimo VII, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1099

Le curé de Viége abandonne, sous certaines conditions, une partie des redevances qui lui sont dues à quelques-uns de ses paroissiens.

Viége, 1297, 10 avril.

Cartularium ecclesiæ Vespiæ, pag. 14, N° XVI.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Nycolaus curatus de Vespia, natione de Aragnon, considerans vtilitatem predicte ecclesia mee, de voluntate, laudatione et consensu reuer. in Christo patris Bonifacii episcopi Sedun. et decani Girardi Valerie patroni dicte ecclesie, dedi et concessi in feudum seu feuda perpetua, prout inferius declaratur, pro me et successoribus meis : primo oblaciones annuales de Staldun, de Sausa, de Grangiis, cum participibus eorum dimisi in feudum

perpetuum Johanni matriculario de Staldun et heredibus suis pro quinque libris et decem sol., pro homagio ligio, super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus sitis in tota terra Vallesii et etiam de certis feudis prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur. Item dimisi predictis de Staldun cum participibus eorum, videlicet de Sausa, de Grangiis et de Runsy, donam olei seu luminis pro dimidio sextario olei mensure de Vespia. Item dimisi illis de Torbio et comparticipibus eorum donam olei etiam pro dimidio sextario olei seruicii perpetui, annuatim reddendum in festo b. Martini uel duplum in crastino. Item dimisi illis de Monte Sysicz cum participibus eorum oblationes annuales pro decem et septem sol. Maur. seruicii, soluendis in festo beati Martini uel duplos in crastino. Item dimisi illis de Terminone ab inferioribus domibus superperius et comparticipibus eorum etiam predictas oblaciones annuales pro quadraginta sol. Maur. seruicii, soluendis prout supra. Hoc adiecto cum aliqualis discordia esset inter me predictum curatum et predictos parrochianos meos de Terminone pro obuencionibus, oblacionibus, candelis uel datis in libro aniuersariorum et aliis oblacionibus quocumque nomine censeantur, scilicet in capella seu in ecclesia b. Theodoli, concordatum est et in pactum est expressum deductum perpetue inter dictas partes, videlicet quod predicta capella seu ecclesia b. Theodoli debet esse de predictis obuencionibus et oblacionibus decenter illuminata et residuum debet perpetue percipere predictus curatus, prout jus et consuetudo ordinat et concedit. Item dimisi predictis de Terminone donationem olei, prout supra, pro vna quartana olei et duobus frustis terre cum vno casali adiacenti, soluendum prout supra. Item dimisi illis de inferioribus domibus et comparticipibus eorum predictas oblaciones annuales pro decem sol. Maur. seruicii, soluendis prout supra. Que omnia supradicta predictis de Staldun, de

Torbio, de Sysicz, de Terminone, de Sausa et de inferioribus domibus cum particibus eorum debent et promiserunt dare et omni anno omnia supradicta michi predicto curato de Vespia, scilicet medietatem in festo b. Martini et aliam medietatem in festo appariciouis Dni uel duplum in crastino, excepto oleo quod debent soluere in festo b. Martini. Et si predicti deficerent, quod absit, in predicta solucione.... ex tunc predictus curatus potest eis propria auctoritate ponere cessum et interdicere diuina.... Testes: Joscelmus comes de Blandra maior de Vespia, Johannes domicellus filius Willermi dni Jacobi militis, Anthonius domicellus filius quondam dni Petri militis, Willermus et Jacobus de Lauota, Petrus et Jacobus fratres Aspere de Staldun, Anselmus Asper de Grangiis, etc. et ego Petrus perpetuus vicarius de Wyle juratus cancellarie Sedun. etc. Actum apud Vespiam, in ecclesia b. Virginis Marie, decima die mensis aprilis, anno Dni M°CC. nonagesimo septimo, imperio vacante, Bonifacio episcopante.

1100

Pierre de Morestel reconnaît tenir de l'évêque de Sion tout ce qu'il possède dans la châtellenie de Granges.

1297, 26 avril.

Archives de la ville de Sion, copie abrégée.

Petrus de Morestello recognovit se tenere in feudum ab episcopo Sedun. et eius mensa episcopali omnia que habet penes castellaniam de Granges tam in monte quam in plano. Datum anno Dni M.CC.XCVII, VI kl. maii, Bonifacio episcopante.

1101

Pierre de Gruyère prête hommage à Boniface, évêque de Sion.

1297, 26 mai.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II. — M. D. R. XXIII, 356.

Petrus de Grueria fecit fidelitatem, salva fidelitate dni ducis (leg. comitis) Sabaudie et Rudolphi fratris sui, rev. in Christo patri dno Bonifacio, episcopo Sedun. et cepit in augmentum feudi sui antiqui 10 lb. Mauric. terre sue site en Oes, de laude fratris suis Rodulphi. Testes: dnus Petrus sacrista, dnus Uldricus, dnus Franciscus, canonici, dnus Ebalus, dnus Willelmus seneschallus, Willelmus de Plantata, Reinaldus de Martigniaco, milites, Aymo de Challand, Gyrardus de Corberes, Willelmus de Nus, Godofredus de Morgia, Petrus de Monteis, Willelmus vicednus Martigniaci, *Normandus cantor*. 7 cal. iunii, 1297.

Le chantre Normand est mort en 1285.

1102

Quittance d'Amédée V, comte de Savoie, en faveur de Boniface, évêque de Sion.

Chambéry, 1297, 1er juin.

Archives de Valère.

Nos Amedeus comes Sabaudie notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis quod cum reuerendus in Christo pater dnus Bonifacius Dei prouidentia episcopus Sedun. teneretur nobis in mille ducentis libris paruorum Turon. ex causa mutui, et in centum lb. Geben. ex causa venditionis

frumenti et bladi facte a nobis bone memorie quondam dno Petro predecessori suo, et in nonaginta lb. Maur. quas debebat nobis soluere idem dnus episcopus pro fidelitate quam sibi fecimus seu nomine placiti. Item cum prefatus dnus episcopus teneretur nobis in nonaginta lb. Maur. pro fidelitate quam feceramus dno Petro quondam Sedun. episcopo memorato. seu ex causa placiti. Et sic facta summa summarum tenebatur nobis dictus dnus episcopus, omnibus debitis computatis et compensatis, in mille ducentis lb. paruorum Turon., in centum lb. Geben. et in nouies viginti lb. Maur. ex causis predictis, nos prefatus comes confitemur et ex certa sciencia recognoscimus nos habuisse et recepisse a dicto dno episcopo plenam et integram solucionem de dictis summis pecuniarum et qualibet earumdem in bona pecunia numerata. Renuntiantes, etc. Quittamus, etc. In cuius rei testimonium presentem paginam tradidimus dicto dno episcopo sigilli nostri maioris munimine roboratam. Datum apud Chamberiacum, die sabbati prima die mensis junii, anno Dni millesimo CC° nonagesimo septimo, indicione decima.

Le sceau est tombé.

(Voy. pag. 405, N° 1012.)

1103

Pierre Lyonet de Granges remet une vigne en gage à Pierre de Mura.

Sion, 1297, 9 juin.

Registr. II Martini de Seduno.

Petrus Lyoneti de Granges vendit titulo pignoris, pro IIII^{xx} lb. Maur. solutis dno episcopo pro fideiussione quam fecit in manu dicti dni episcopi pro Willelmo de Hendilisper domicello, Petro de Mura ciui Sedun. clausum suum totale vi-

nee de Oez. Testes: dnus B. episcopus Sedun., dnus Ebalus frater eius, dnus Willelmus de Plantata, dnus Raynaldus de Martigniaco, milites, Ay. filius dni Ebali predicti, Boso mistralis dicti dni episcopi, Johannes cirurgicus de Alio. Datum Seduni, anno Dni M.CC.XCVII, V idus junii.

1104

Testament de Borgésa, veuve de Warner, portier de la cour épiscopale.

Sion, 1297, 15 juillet.

Archives de Valère.

* Ego Borgesa relicta Warneri janitoris quondam curie dni episcopi Sedun. testamentum meum per nuncupationem ordino in hunc modum. Lego ecclesie B. Marie Sedun. sex fischilinos siliginis cens.; item hospitali nuper edificato infra muros Sedun. in vico de Prato vnum fisch. silig. cens.; item curato meo Sedun. V sol. Maur. semel et dno Johanni fratri suo III sol. Heredes meos instituo Michaelem et fratrem suum, filios meos. Testes: Girardus medicus, etc. Actum in domo testatricis, idus julii, anno Dni M°.CC° nonagesimo VII°, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1105

Catherine de Mœrell vend à Jacques Buos le quart du droit d'*erbata* dans l'alpe des Safènes.

Châtillon, 1297, 24 septembre.

Archives de Valère, Registr. cancel. Sedun.

* Catharina filia quondam Willermi de Morgia superiori

domicelli, laudatione Willermi dicti Baa mariti sui, vendit pro IV lb. et X sol. Maur. Jacobo dicto Buos, filio quondam Ludouici dicti Buos de Graniols, quartam partem juris et vsagii dicti *erbata*, quod dictus Willermus de Morgia habuit in alpe des Safenes, in parrochia de Morgia superiori. Datum apud Castellionem, anno Dni M.CC.XCVII, VIII kl. octobris.

1106

Aymon de Morestel vend un cens à Pierre Jornal.

Sion, 1297, 17 octobre.

Archives de Valère, Registr. II Martini de Seduno.

Notum, etc., quod ego Aymo de Morestelz domicellus, laudatione Francisse vxoris mee et Willelmete matris sue vxoris Willelmi fratris mei et Ysabelle et Perroule sororum mearum, quarum laudem recepit dnus Raymundus curatus de Granges, presentibus testibus dno Willelmo vicario Sedun. dicto de Petra castri, etc., apud Granges, XIIII kl. nouembris, et laudatione Willelmi predicti fratris mei, cuius laudem recepit dnus P. de Fossato curatus de Baignes, vendidi et finaui imperpetuum pro CV sol. Maur. P(etro) Jornali ciui Sedun. dimidium modium siliginis cens. in territorio de Bramo(sio). Testes : Willelmus dictus Neynda, Jo. de Morestelz, Jo. filius Ro. Pelliparii de Granges et mag. Martinus, qui hanc cartam tenauit. Seduni, XVI° kl. nouembris, anno (M°CC°) nonagesimo VII°, Adolpho regnante, B. episcopante.

Jo. de Morestelz et Jo. filius Ro. predicti redd. de laude. Iste Willelmus potest reemere infra festum b. Martini anno currente nonagesimo VII°.

1107

Les frères Jacques et Jean de Grimisuat vendent à la commune de Sion la moitié de la maison du sel, dans cette ville.

Sion, 1297, 13 décembre.

Archives de la ville de Sion, Livre de copies, P. W. fol. 34. — Arch. de Valère, Reg. II Mart. de Seduno.

* Ego Jacobus filius quondam Johannis de Gremisolio ciuis Sedun., laudatione Johannis fratris mei, et ego dictus Johannes, de consensu predicti Jacobi fratris mei, laudatione etiam Johannete vxoris mei Johannis, vendidimus pro triginta lb. Maur. nobis solutis et pro II sol. seruicii et pro IIII sol. placiti burgensibus ac communitati Sedun. dimidiam domum de la Sonneri cum medietate cellariorum et operatoriorum ibidem contiguorum pro indiuiso, cum edificiis et pertinentiis omnibus eorumdem, que domus sita est juxta carreriam publicam tendentem versus macellum, excepta camera quam olim tenebat Bornetus Pelliparius vnacum medietate vsagiorum dicte camere, et alia medietas vsagiorum ipsius camere vendite dictis burgensibus cum alia venditione supradicta. Testes: dnus Petrus curatus de Magy, Albus maior de Heremencia, etc. Actum Seduni, idus decembris, anno Dni M°CC° nonagesimo septimo, Adolpho regnante, Bonefacio episcopante.

1108

Pierre, curé de Mage, vend une vigne et un pré à Jean Chandelin.

1297.

Archives de Valère, Registr. II Mart. de Seduno.

Ego P. curatus de Magi vendidi et finaui perpetue pro XXI

lb. Maur. michi solutis et pro III sol. seruicii facturis P. de Turre domicello vicedno de Contez et VI sol. placiti qui presentem cartam laudauit, etc., Johanni Chandelin ciui Sedun. vineam de la Planchi et pratum cum grangia infra sita.

Cet acte sans date se trouve dans le registre entre deux actes de l'année 1297.

1109

Testament de Boson de Chaley.

Chaley, 1298, 11 mai.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 333, ex arch. Gerundæ.

* Testamentum Busonis de Schalex, filii quondam Uldrici de Bluvinolio. Heredem instituit fratrem suum uterinum Uldricum de Bluvinolio, et Felisim uxorem suam instituit usufructuariam bonorum suorum. Sepulturam eligit in ecclesia Sancti Martini de Girunda, cui dat XII den. annuatim. Testes Johannes de Leuca ordinis Fratrum Minorum, Petrus nepos suus eiusdem ordinis, Petrus curatus de Chalex. Datum apud Chalex, anno Dni M.CC.XCVIII, V idus maii.

1110

Nantelme d'Ayent vend au chapitre de Sion des hommes et des droits dans la vallée d'Hérens.

(1292 - 2 juillet 1298.)

Archives de Valère.

* Ego Nantelmus de Ayent domicellus, laudatione Margarete matris mee et Amedei fratris mei, vendidi pro decem et sep-

tem lb. Maur. capitulo Sedun. Willermum Talant de Sueng hominem meum ligium, Petrum dictum Pleysent de la Fassy et filios a la Sorda de la Fassi et usagia debita ab ipsis et eorum comparticipibus in valle de Heroens ratione albergamenti Amedei de Ayent domicelli, patris dicte Margarete matris mee. Item vendidi dicto capitulo omne jus quod habeo in valle de Heroens ratione albergamenti de la Sala de Ayent. Quam venditionem teneor dicto capitulo in allodium garentire. Testes : Marchus de Vex presbiter, rector altaris Sancti Jacobi in ecclesia inferiori, Willermus rector capelle Sancti Theodoli, Petrus curatus de Magi. Datum Seduni, Adolpho regnante, Bonifacio episcopante.

L'empereur Adolphe de Nassau ayant régné de 1292 à 1298, c'est entre ces deux dates que l'acte ci-dessus doit être placé.

1111

Statuts de la commune de Saint-Maurice au sujet des forêts et des pâturages.

Saint-Maurice, 1298, 4 août.

Archives de la ville de Saint-Maurice.

Statuit vniuersitas burgensium ville Sancti Mauricii ad honorem illustris viri, carissimi dni sui, dni Amedei comitis Sabaudie et vtilitatem comitatus Sabaudie, considerata vtilitate communi et dicte vniuersitatis, quod nullus cindat nemora a cruce de Octans infra ab vtraque parte Rodani in monte et in plano vsque ad Guletum Curseti [1], excepto nemore Roselli, ad vendendum, donandum et extrahendum extra dictos fines, et quod nullus vendat nemus et fustam aliquam scissam uel non scissam, operatam uel non operatam alicui extra dictos ter-

[1] Le Courset, rivière qui se jette dans le Rhône, vis-à-vis de Saint-Maurice.

minos commoranti, et quod nullus ignem ponat in juribus et nemoribus intra dictos fines seu exertum faciat. Item quod nullus abroscet folia, scindat ramos ad pascendum capras sub pena seu banno sexaginta sol. Maur. soluendorum dno comiti predicto, quod incurrat venditor, scissor, emptor, portator, exertator, combustor et abroscator, tociens quociens contra dictum statutum aliquid de predictis facere aptentarent. Si vero aliquis comittens dictum bannum occasione predicta vel aliqua occasione de predictis soluendo non fuerit (sic), punitur corporaliter secundum quod castellano videbitur faciendum. Fusta autem quecumque sit et cuiuscumque generis, siue operata siue non operata sit, que contra predictum statutum scissa fuerit, donata vel vendita, ipso facto cedat vtilitati dicte vniuersitatis, ita tamen quod in dicta fusta forestarii seu custodes habeant quinque sol. et eorum credatur juramento super commissione dicte fuste. Si vero dicti forestarii seu custodes negligentes fuerint in custodia jurium seu nemorum predictorum, et aliquis de dicta vniuersitate fustam aliquam scissam contra dictum statutum inueniret et eam occuparet vel nunciaret castellano et procuratoribus dicte vniuersitatis, vult dicta vniuersitas quod occupator vel nunciator habeat dictos quinque sol. ordinatos pro forestariis illa vice. Item statuit predicta vniuersitas quod nullus morans extra dictos terminos nec eciam intra dictos terminos qui pasqueare non debet in pascuis dicte vniuersitatis, animalia vel pecudes non immitat in pascuis dicte vniuersitatis intra dictos fines sub pena seu banno duodecim den. pro animali grosso soluendorum dicto dno comiti et quatuor den. soluendorum custodibus, et sub pena seu banno quatuor den. pro minuto animali soluendorum dicto dno comiti et unius den. soluendi custodibus. Et declarat dicta vniuersitas quod licet illi de Optans morentur intra dictos fines, non tamen pasqueare debent ab aqua dou Triens inferius. Item licet illi de Veraucza intra

dictos fines morentur, non tamen pasqueare debent in pascuis dicte vniuersitatis de plano sub pena et bannis predictis. Et debent durare statuta quousque per dictam communitatem seu vniuersitatem fuerint reuocata. Quibus statutis ordinatis ut supra ego Johannes Luyseti castellanus Sancti Mauricii pro predicto dno comite, ad preces et requisicionem magistri Jacobi de Parauiso clerici, Vuyffredi clerici, procuratorum seu sindicorum dicte vniuersitatis, vice et nomine predicti dni comitis auctoritatem prestiti et decretum et ea prout jacent preconizari feci per preconem communem dicte ville per dictam villam, prout moris est, sub modo et forma, bannis et penis predictis, exceptis dumtaxat animalibus et pecudibus venientibus ad nundinas dicte ville et reddeuntibus ab eisdem. In quorum omnium robur et testimonium ego dictus castellanus sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum et datum est hoc die lune post festum beati Petri ad vincula, anno Dni millesimo ducentesimo nonagesimo octauo.

Ces statuts sont reproduits dans une charte de confirmation d'Amédée VIII, comte de Savoie, du 12 juillet 1400; je les publie d'après cette charte.

1112

Testament d'Antoinette au Grand, fille d'Aymon de Châtillon, chevalier.

Sion, 1298, 20 août.

Archives de Valère, F. 124.

'Ego Anthonia ou Grant ciuis Sedun., filia dni Aymonis de Castellione militis, testamentum condo in hunc modum. Lego pro exequiis meis faciendis centum sol. capitulo Sedun.; item curato meo viginti sol.; item dno Aymoni patri meo centum sol.; item XL sol. confratrie B. Marie Sedun., et alios XL sol.

confratrie Sancti Spiritus Sedun. ; item ecclesie de Magy XX sol. semel, et alios XL sol. ; et dnum Petrum de Magy curatum dicte ecclesie executôrem huius testamenti facio ; item sorori mee Leonarde centum sol. et vestes meas meliores ; item capitulo Sedun. XXX lb., ita quod Jacole sorori mee soluant XX sol. Maur. In ceteris bonis meis heredes instituo sorores meas et fratrem meum. Actum Seduni, XIII kl. septembris, anno Dni M°CC° nonagesimo VIII°, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1113

Pierre de La Tour reconnaît avoir reçu 80 L. pour la dot de sa femme Marguerite.

1298, peu après le 29 septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 375, ex arch. Agaun.

* Petrus de Turre, filius quondam Johannis de Turre militis, recognoscit se recepisse pro dote Margarete uxoris sue LXXX lb. Maur. a Jacobo mistrali de Sallione, patre dicte Margarete, quas assignavit super rebus suis in Bacio, etc. Datum Agauni, anno Dni M.CC.XCVIII.... post festum beati Michaelis.

1114

Accord entre Boniface, évêque de Sion, d'une part, et Marguerite, veuve de Jacques Métral, jadis châtelain de Martigny, Jaquette leur fille, et le donze Jean, dit de Leydecot, de Viége, second mari de la ses dite Marguerite, de l'autre.

Sion, 1298, 20 octobre.

Archives de Valère, C. 131.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum discordia seu

questio esset inter venerabilem in Christo patrem dnum Bonefacium Dei prouidentia episcopum Sedun., nomine suo et mense episcopalis Sedun., ex vna parte, et Margaretam relictam Rodulphi Mistralis quondam castellani Martigniaci, Jaquetam eorum filiam et Johannem dictum de Leydesot de Vesbia domicellum, maritum nunc ipsius Margarete, presentem, consencientem, laudantem et auctoritatem suam prestantem, ex altera, super eo quod dicta Margareta, Jaqueta et Johannes petebant ab ipso dno episcopo quadringentas et viginti tres libras Maur., quas predictus Rodulphus Mistralis dicebatur posuisse et expendisse pro custodia et melioratione castri Martigniaci et pro constructione stupe Montis ordei, ad quod respondebatur per dictum dnum episcopum quod ipse non tenebatur ad solutionem tocius pecunie supradicte, cum jam ipsi jugales recepissent solutionem seu quictationem de octoginta vna libris Maur. ex vna parte, et de sex viginti libris dicte monete ex altera. Tandem dicte partes mediantibus amicis ad talem concordiam peruenerunt, videlicet quod dnus episcopus predictus nomine suo et mense episcopalis Sedun. tenetur et promisit dare et soluere predictis jugalibus vel eorum alteri seu heredibus vel mandato eorumdem centum nonaginta libras Maur. per terminos infrascriptos, videlicet vsque ad festum Apparitionis Dni proximo veniens decem libras Maur. in denariis vel nummatis, et deinde in eodem festo Apparitionis Dni anni proximo subsequentis quadraginta libras, ac deinde in dicto festo Apparitionis annis singulis proximo et continue subsequentibus quadraginta libras jam dicte monete vsque ad plenam solutionem de centum nonaginta libris Maur. supradictis. Quas centum octoginta libras, laudatione capituli Sedun., idem dnus episcopus prefatis jugalibus et Jaquete predicte assignauit et assignat super taillia sua de Vesbia ; que si non sufficeret annuatim ad solutionem dictarum quadraginta librarum vsque ad plenam solutionem

dicte summe pecunie, assignat eisdem illud quod deficeret de dictis quadraginta libris super aliis bonis suis eiusdem loci ; mandans et precipiens prefatus dnus episcopus tenore presentis carte Jocelino maiori de Vesbia vel alii maiori, si quis esset, vt ipsi de taillia predicta respondeant dictis jugalibus et heredibus seu mandato vel assignato eorumdem vsque ad plenam solutionem dictarum centum octoginta librarum Maur. soluendarum per terminos, vt supra per ordinem continetur. Qua solutione facta predicti jugales et dicta Jaqueta et Johannes maritus ipsius Jaquete vel eorum heredes cartam vnam sufficientem vel publicum instrumentum confessionis, pacis, finis et remissionis de predicta solutione facta et receptione pecunie supradicte eidem dno episcopo et mense episcopali Sedun. quam cito comode poterunt post dictam solutionem facere teneantur. Et insuper idem dnus episcopus pro se et eius successoribus debet et tenetur dictos iugales et dictam Jaquetam et eorum heredes seruare penitus indempnes erga capitulum Sedun. de quinquaginta libris Maur. semel pro vno seruitore in ecclesia beate Marie Sedun. inferiori perpetue statuendo, et de testudine de lignis abietinis in naue ecclesie beati Theodoli facienda. Item tenetur ipsos seruare indempnes de vno seruitore in capella Sancte Trinitatis in curia episcopali Sedun. perpetue statuendo vsque ad valorem quinquaginta librarum Maur. semel, que dictum capitulum petebat et dicti coniuges dicebant se ad ea non teneri. Item idem dnus episcopus pro se et eius successoribus, laudatione dicti capituli, predictos iugales et ipsam Jaquetam et eorum heredes de omnibus et singulis que posset ab ipsis petere quoquomodo ratione et nomine dicti Rodolphi Mistralis, absoluit penitus sicut melius potuit et quittauit. Pro vniuersis autem et singulis supradictis prefati coniuges Johannes et Margareta et dicta Jaqueta pro se et eorum heredibus fecerunt et faciunt finem, pacem et quictationem prefato dno episcopo et mense episco-

pali ac capitulo predicto super petitione sua de quadringentis et viginti tribus libris Maur. et de omnibus et singulis aliis que possent petere ab ipso dno episcopo et ecclesia Sedun. occasione dicti Rodulphi, nomine et ratione custodie, melio-rationis et operis predictorum et alio quoquomodo, saluo jure feodi si quod petere intendunt et habent a dno episcopo vel capitulo supradictis, et specialiter dnos Johannem de Chamo-son tunc cantorem et Jacobum de Nouilla canonicum ecclesie Sedun., syndicos tunc capituli memorati, et omnes et singulos fideiussores et obsides qui de predictis vel predictorum aliquo tenebantur penitus absoluerunt. Promittentes reddere et res-tituere eidem capitulo omnia instrumenta, litteras que et quas inde habent, volentes et consencientes quod ex nunc dicta instrumenta sint irrita penitus et quassata et de cetero nullius roboris obtineant firmitatem. Vniuersa autem et sin-gula supradicta iurauerunt iidem jugales et dicta Jaqueta et Johannes maritus dicte Jaquete pro se, eorum heredibus per juramenta sua ad sancta Dei euuangelia corporaliter prestita attendere totaliter et seruare, et nunquam futuris temporibus contra predicta vel aliquod predictorum per se vel per alium contraire. Inde rogauerunt dicte partes cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur : dni Petrus sacrista, Thomas cantor, Vldricus de Daillieto, canonici ecclesie Sedun., dnus Willer-mus de Stipulis, dnus Willermus curatus de Ridda, dnus Pe-trus Balli legum professor, Aymo de Chalant nepos dni epi-scopi predicti, Franciscus Quarteri et magister Martinus ca-nonicus et cancellarius Sedun. qui hanc cartam leuauit, vice dicti capituli Sedun., vice cuius ego Nicholaus de Besua cle-ricus eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum apud Sedunum, in veteri aula curie episcopalis, XIII kl. nouembris, anno Dni M°.CC° nonagesimo VIII°, Alberto regnante, Bonefacio episco-pante.

1115

Sentence arbitrale au sujet du legs fait au chapitre de Sion par le chanoine Pierre de Montjovet.

Sion, 1298, 3 novembre.

Archives de Valère.

* Cum Petrus de Monteioueto quondam canonicus Sedun. legasset capitulo Sedun. terciam partem hereditatis sue, omnia acquisita sua et omnia mobilia sua, et Aymo de Monteioueto domicellus, ipsius frater, assereret hanc donationem stare non posse, ut pote primitus factam fuisse filio suo Francisco, Anthonius Huboldi et Petrus de Vesbia canonici Sedun., arbitratores electi a partibus, pronunciauerunt, non obstante dicti Ay. absencia, quod dicta legata dicto capitulo remaneant in pace. Actum Seduni, III° nonas nouembris, anno Dni M°CC°XC°VIII°, sub sigillis arbitratorum.

Le sceau d'Antoine Huboldi porte une aigle aux ailes éployées.

1116

Aymon de Morestel, donzel, vend un cens à Jacques de Leytron.

Sion, 1298, 19 novembre.

Archives de la ville de Sion.

* Notum sit quod ego Aymo de Morestello domicellus, filius dni Petri de Morestello militis, laudatione Francise vxoris, quam laudem recepit Nycholaus Reynaldi castellanus de Granges, presentibus testibus Johanne de Mar, Aymone de Ardon, Wyberto dou Perrey, uendidi pro XXXIII lb. Maur.

Jacobo de Leytron, genero Petri Chiurillot, et Alix vxori sue sexaginta sol. censuales in quibus michi tenetur Michael des Agietes ciuis Sedun. super prato et virgulto cum grangia quod tenebam apud Chamsec, quod ad censum tenebat a me et Willelmo fratre meo pro centum sol. redditus, et qui centum solidi cesserunt in partagium meum. Testes: Petrus de Vesbia canonicus Sedun., dnus Raynaldus de Martigniaco, dnus Ludouicus de Sirro, milites, Jacobus Magistri, Willelmus de Morestello frater meus et magister Martinus, qui hanc cartam leuauit. Actum Seduni, XIII kl. decembris, anno Dni M°.CC°. nonogesimo VIII°, Alberto regnante, Bonefacio episcopante.

1117

Convention entre le curé de Viége et les habitants de la vallée de Saas au sujet de la desservance de la chapelle de Saint-Barthélemy, dans cette vallée, par un vicaire perpétuel.

Viége, 1298.

Archives de Valère, Liber litterarum ecclesiæ de Vesbia, fol. 34, N° XXXVI.

Instrumentum institutionis ecclesie de Sausa.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Nycolaus curatus ecclesie de Vespia, nacionis de Aragnon, motus pietate et considerans pericula itineris et discrimina viarum parrochianorum meorum de Sausa, ad requisicionem eorumdem, concessi et dedi quod possint et debeant habere in capella beati Bartholomei in eadem valle constructa perpetuum vicarium qui eis celebret diuina et amministret eis omnia sacramenta ecclesiastica, ita tamen quod dictus vicarius instituatur per me dictum curatum qui nunc sum et qui pro tempore fuerit, et teneatur predictus vicarius in institucione sua quod erit

fidelis dno episcopo et mense episcopali Sedun. et eius curiis et eciam curato de Vespia qui nunc est et qui pro tempore fuerit, perpetue obediens erit dicto curato in omnibus licitis et honestis. Et est factum inter nos quod predicti parrochiani de Sausa, videlicet a nemore quod dicitur Martinswalt infra debent dare et soluere omni anno predicto curato de Vespia, pro obuencionibus predicte capelle que pertinebant ad predictum curatum de Vespia, sex libras Maur.. soluendas medietatem in festo beati Martini aliam vero medietatem in Apparicione Dni vel in crastino. Et si deficerent in predicta solucione, ex tunc predictus curatus potest eis propria auctoritate ponere cessum et interdicere diuina, prout nos dicti contrahentes nobis et nostris successoribus perpetue ex pacto conuenimus. Quarum sex librarum predicta communitas de Sausa debet soluere quinque libras numeratas et vicarius viginti sol. annualiter terminis quibus supra. Retinens eciam sibi dictus curatus oblaciones annuales in predicta valle de Sausa et den. olei seu luminis et jura matricularii ecclesie de Vesbia et de Staldun. Et si, quod absit, contingeret eos in predicta valle seu capella beati Bartholomei esse sine vicario ob mortem dicti vicarii, uel quod non reperiretur vicarius qui non vellet moram contrahere propter defectum seu tenuitatem reddituum seu obuencionum, ex tunc predictus curatus Vespie debet et tenetur predictis parrochianis suis de Sausa per vicarios suos amministrare omnia sacramenta ecclesiastica, sicut et prius solebat amministrare dum non habebant capellam uel vicarium. Et ex tunc predictus curatus, illo tempore quo carerent vicario, debet recipere omnes obuenciones mortuariorum et aliorum quorúmcumque, quocumque nomine seu vocabulo censeantur, sicut et antea quam haberent vicarium seu capellam solebat recipere. Hoc addito si predictus vicarius deficeret, omnino ex tunc non tenerentur predicto curato in predictis sex libris, sed recipere et recuperare deberet ob-

uenciones sicut ab aliis parrochianis suis. Retinens eciam sibi predictus curatus de Vespia quod predicti parrochiani sui de Sausa veniant ad festa seu ad solempnitates omnes ad que illi de Staldun veniunt ad matricem ecclesiam de Vespia, et quod contribuant et contribuere teneantur cum predictis de Staldun et aliis parrochianis predicte parrochie de Vespia pro necessitatibus omnibus ecclesie' predicte de Vespia. Est eciam actum et conuentum inter predictas partes scilicet, curatum et parrochianos suos de Sausa, quod si idem curatus ob defectum vicariorum indigeret vnius vicarii, quod absit, tunc predictus vicarius de Sausa debet venire apud Vespiam et deseruire predicto curato de Vespia et eius ecclesiis seu capellis et obedire mandatis sicut ceteri vicarii sui, et hoc in quolibet mense per octo dies. Ad hec fuerunt testes presentes vocati et rogati vir nobilis et potens Joscelinus comes de Blandra maior de Vespia, Johannes domicellus filius Willermi dni Jacobi militis, Willermus et Jacobus de Lauota, Petrus Aspere et Jacobus frater eius de Staldun, Petrus de Juxta montem de Sausa et plures alii fide digni, et ego Petrus de Wyle perpetuus vicarius de Vespia, qui hanc cartam, etc. Cui si quis, etc. Actum Vespie, in domo predicti curati de Vespia, anno Dni M°CC nonagesimo octauo, imperio vacante, Bonefacio episcopante.

1118

Mort de Nicolas d'Ernen, curé de Viége.

(Vers 1298.)

Liber litterarum ecclesio de Vespia, pag. 116.

Obiit pius et discretus vir dnus Nycolaus curatus huius ecclesie de Vespia, nacione de Aregnon, pro cuius beneficiis

soluere debent curati eius successores oracionis debitum. Ipse enim fecit fieri magnum et nouum Antiphonarium et nouum Psalterium et vnum Capitulare nouum. Item emit decimam vini et tocius primauere sitam ultra aquam Vispa. Item refecit domum ecclesie per bellum nobilis viri Petri de Turre destructam et igne hostili vastatam.

Ce curé de Viége paraît dans les chartes de 1275 à 1298.

1119

Etiennette, veuve de Richard de Pine, vend la moitié de deux moulins à son beau-frère Guillaume.

Sion, 1299, 15 février.

Archives de Valère.

* Stephaneta relicta Richardi de Pine carpentarii, ciuis Sedun., laudatione Perreti et Johanneti filiorum suorum, vendit, pro debitis mariti sui soluendis, pro XX sol. solutis et pro redditu et vsagiis capituli faciendis Willermeto de Pine, fratri quondam dicti mariti sui, medietatem duorum molendinorum sitorum contigue in aqua de Seduna. Testis magister Nycoletus rector scolarum Sedun. Datum Seduni, anno Dni M.CC.XCIX, XV kl. martii, imperio vacante, Benefacio episcopante.

1120

Accord entre maître Martin, curé et chanoine de Sion, et son frère Guillaume au sujet d'une dîme.

Sion, 1299, 13 février.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod cum discordia

verteretur inter magistrum Martinum curatum et canonicum ecclesie Sedun., ex vna parte, et Willermum fratrem suum, filium quondam Agnetis Cosanderi, ex altera, super quadam vinea sita en Lentina, sub vinea Bosonis Casteyn, que fuit quondam Petri Arember et Alix salterisse cui dederat, quam vineam emerat idem magister a magistro Alberto et cui magistro Alberto vendiderat dnus Aymo de Castellione miles, cui dno Aymoni dederat Alix salterissa de Sancto Mauricio, soror dicti militis, et quam vineam dictus Petrus Aremberti dederat dicte Alix, prout in cartis inde confectis plenius continebatur. Quam vineam calumpniabatur et petebat dictus Willermus magistro Martino fratri suo, asserens sibi datam fuisse a dicto Petro Aremberti patre suo jam elapsis XXX^a^ annis. Tandem dicta discordia consilio proborum virorum sopita est in hunc modum, videlicet quod dictus Willermus filius Petri Aremberti absoluit, finauit et quittauit perpetue dicto magistro Martino et suis heredibus vineam memoratam. Insuper recognouit idem Willermus quod omnia bona matris dicti Willermi mobilia, que dictus Willermus tenet ad presens, sint dicti magistri Martini et ab ipso magistro Martino habere causa mutui recognoscit. Dictus vero magister Martinus ex gracia speciali et intuitu pietatis, dum fidelis extiterit idem Willermus fratri suo predicto, victum suum dedit dum eidem placuerit. Item dimisit ex gratia speciali eidem Willermo ad uitam ipsius Willermi pro vestimentis suis domum existentem in pede saxi de Turre, retro domum de la Cleua en la Cyta. Testes: dnus Petrus curatus de Magi, dnus Johannes Boniamici presbiter, dnus Johannes Martini presbiter et Petrus de Vernamiesa clericus, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, vice capituli Sedun. cancellariam tenentis, vice cuius ego Nycholaus de Aragnon juratus super hoc eam scripsi. Cui si quis, etc. Actum Seduni, XII kl. marcii, anno Dni M°CC° nonagesimo nono, Adolpho regnante, Bonifacio episcopante.

1121

Le chapitre de Sion donne un fief au donzel Jocelin de Viége.

Valère, 1299, 1er mars.

Archives de Valère, C. 16.

* Notum sit quod nos Johannes decanus, Petrus sacrista, totumque capitulum Sedun. in feudum perpetuum concessimus pro XX sol. Maur. censualibus Jocelmo de Vesbia domicello et maiori eiusdem loci totale feudum quale tenebat olim a nobis Willelmus de Phulynzel de Vesbia apud Vesbiam, videlicet vineam que vocatur Imner Wyngarton cum insula et appendiciis eius sitam subtus et supra viam qua itur apud Staldon, et ipse tenetur facere vsagia alia que debentur supra vinea memorata. Testes: Johannes Herpos mistralis capituli, Nycholaus de Maladeria, dnus Stephanus matricularius et Peterlinus de Vesbia, dni Johannes et Vldricus de Leucha, dnus Nycholaus de Rarognya, Jacobus de Augusta, canonici Sedun., et ego magister Martinus cancellarius capituli Sedun., qui hanc cartam leuaui et scripsi. Actum Valerie, kl. marcii, anno Dni M°CC° nonagesimo IX°, Alberto regnante, Bonifacio episcopante.

1122

Accord entre Isabelle de La Bâtia, fille de Jacques Albi, et Aymon de Challant, d'une part, et Guigone, veuve du chevalier Jacques d'Anniviers, d'autre part.

Granges, 1299, 3 mai.

Arch. cant. du Vallais, Registrum R. cancell. Sedun., pag. 33.

* Notum, etc., quod cum discordia verteretur inter nobiles

videlicet Ysabellam de la Bastya, filiam quondam Jacobi Albi domicelli, et Aymonem filium dni Ebali de Chalant, ex una parte, et nobilem dnam dnam Guigonam vxorem quondam dni Jacobi de Aniuesio militis, tutorio nomine puerorum suorum susceptorum a dicto dno Jacobo, ex altera, super eo quod dicta Ysabella et Ay. petebant a predicta dna Guigona res infrascriptas, videlicet decimam quam tenet Giroldus Daual, redditus et totum vsagium ipsius decime, sex sol. Maur. quos debet Johanneta Martelessa, tres modios siliginis et vnum modium ordei quos debebat Borcardus Danz et quos nunc debet Nicholaus de Castro de Syrro, dimidium modium siliginis, duos sol. seruicii, XV sextarios vini et hominium ligium quos debebat Aymo de Verbes, dominium septem fossoratarum que jacent sore Lua, quam vineam tenet Guia relicta Ay. Balistarii de Aniuesio, dominium trium fossor. vinee in dicto loco, quas tenebat li Barilloz, et hominium ligium cum vsagiis suis, viginti duo sextarios vini, tres modios et dimidium silig., XV sol. seruicii, hominium ligium et talliam ad misericordiam, que omnia debent heredes Reimundi de Heyroules, feudum a la Manchota, quod feudum est IIII^or^ sectariorum prati, quod pratum tenent dnus Ludouicus doul Mares miles et Theodolus maior de Syrro, quamdam vineam que iacet in Glareto de Vila iuxta vineam sutoris de Laques, dimidium modium vini quem debebat et reddebat Rodulphus Cambrey, vnam libram piperis quam debebat Vldricus de Grangia, XV sext. vini, dimidium modium silig., que omnia debebant heredes Jaqueti de Sancto Ginesio, duos sol. seruicii et talliam ad misericordiam que debebat Aymo Calamel, IIII sextarios vini quos debebat Iy Chynanyus et IX den. seruicii, XVIII feschel. silig., hominium ligium, dimidium modium vini, sex sol. seruicii, que omnia debebat filius Bertholdi de Vila, et omnia vsagia que debebat quondam Bertholdus dou Soler de Vila et Willelmus Groscollon, tres feschel. silig.,

vnum caponem, quos debent heredes Alyer de Torrente, duos fesch. silig. quos debet hospicium de la Dereysy, octo den. seruicii quos debebat ly Ros de Myejo, hominium ligium, IIII^{or} sol. seruicii cum aliis vsagiis, que debent heredes Willelmi Bouçan, hominium ligium, tres fesch. grumallorum, II sol. seruicii quos debet Ay. Barrilloz, sex den. seruicii quos debent ly Ryondela, sex den. seruicii quos debebant heredes Petri dicti Mala Dyniria, vnam libram piperis seruicii quam debebat W. de Vineis et domum suam prestabilem et reddibilem per vnum mensem in vindemiis pro vino suo reponendo, vnum modium silig. quem debet Brunus Portet, duo jugera campi sita en Gubyn iuxta campum ecclesie de Gironda, tres fossor. vinee sitas inter duo castra iuxta lo Lousselet, vineam sitam iuxta lo Lousselet de Bonier, iuxta vineam maioris de Syrro que fuit quondam Aymonis de Montana, item dimidium modium silig., VIII° sext. vini, tres fesch. grumallorum, hominum ligium, que omnia debet ly Falconoula, item sex sext. vini quos debebat Perreta ly Ryondela, duos den. seruicii quos debebat ly Roz de Plan Syrro et Jo. frater eius, decimam de Darnona cum redditu et vsagiis ipsius decime quam tenet heres Willelmete Fornery de Syrro, duos sol. seruicii, hominium ligium, que debebat Petrus Grenon, quatuor fesch. silig. quos debebat Martinus de Aula et eius confratres, quatuor fesch. grumallorum quos debet ly Guya, et vnam canaberiam sitam en Putyer iuxta pratum Ludouici de Aula et sex den. seruicii et totum feudum et vsagia que tenebat et debebat quondam Aymo de Montana apud Vercorens, terras assas quas tenet albergamentum de Aniuesio uel alter nomine ipsius albergamenti, Petrum Alegro cum vsagiis suis, Petrum filium quondam Ludouici deys Olches cum vsagiis suis, Brunum de Prato cum vsagiis suis et Petrum lo Duc cum vsagiis suis, Petrum filium Johannis Forner cum vsagiis suis, feudum et usagia que debebat et tenebat qđondam Mar-

tinus dou For, Martinum de Crista filium Petri de Prato cum vsagiis suis, feudum et vsagia que debebat et tenebat Johannes mistralis de Vercorens. Item petebant dicta Ysabella et Ay. a dicta dna Guigona CCL lb. Maur. quas dicebant dictam dnum Ja. de Aniuesio quondam percepisse et habuisse tenendo bona dicte Ysabelle, dum gessit administrationem dicte Ysabelle et tutelam ipsius. Item XL lb. Maur. quas dicebant dicti Ysabella et Ay. dictum dnum Jacobum recepisse nomine dicte Ysabelle deys Naamonz de Vercorens. Que omnia dicti Ys. et Ay. dicebant ad se pertinere et habere debere. Dicta uero dna Guigona nomine suo et puerorum predictorum contrarium asserente, petebat a dictis Ysa. et Ay. placita que dnus Henricus Albi leuauit ab hominibus dni Jacobi de Aniuesio predicti tempore quo dictus Ja. posuit in custodia dicti dni Henrici omnia bona sua, que placita leuare non debebat, quare petit pro dictis placitis VII^{xx} lb. Maur. Item petit X lb. quas habuit de communitate de Aniuesio, item X lb. quas habuit de quibusdam orphanis, item predam captam apud Cly et dampna que inde sustinuit dictus dnus Ja. usque ad extimacionem CCC lb. Maur., item mobilia que dictus dnus Henricus habuit et debebat reddere, non reddidit usque ad extimacionem CC lb., item vsagia que dictus dnus Henricus debebat soluere tempore quo dicta bona habebat in custodia et non soluit usque ad extimacionem XL lb., item XXX lb. quas dictus dnus Jacobus soluit burgensibus de Friburgo pro dicto dno Henrico, item XXII lb. pro clientibus quos dictus dnus Ja. mutuauit dicto dno Henrico ad eundum apud Froudenges, quos clientes promisit degrauare, item petit IIII lb. quas dictus dnus Ja. soluit dno episcopo Sedun., Johanni Fontana, Pheliseto de Granges pro dicto dno Henrico, item L sol. quos soluit Borcardo de Mostruez, item XXII sol. quos soluit Willelmo de Turre et Aymoni de Montjouet, item XV lb. pro vno palafredo et uno roncino quos dictus dnus Ja. mutuauit dicto dno Henrico, item XX lb.

pro missionibus quas dictus dnus Ja. fecit pro dicta Ysabelle, item medietatem XXV lb. et X sol. redditus quas debet annuatim Ysabelle et Aymoni predictis mensa episcopalis, que fuerunt quondam albergamenti de Aniuesio, item medietatem omnium rerum quas tenent et possident dicti Ysabella et Aymo apud Syrro, que fuerunt quondam albergamenti de Aniuesio, item XLVIII lb. quas dictus dnus Ja. de Aniuesio quondam mutuauit dicto dno Henrico, prout in quadam littera sigillo dicti dni Henrici sigillata plenius continetur, item C sol. quos dicta Ysabella debebat dicto dno Jacobo de Aniuesio, item XII lb. et X sol. quos dicta dna Guigona mutuauit dicte Ysabelle. Dictis uero Ysabella et Aymone contrarium asserentibus. Tandem dicta discordia sedata fuit de consensu et voluntate partium predictarum per nobilem virum Rodulphum de Verrez in hunc modum, quod predicti Ysabella et Aymo remiserunt et perpetue quittauerunt pro se et heredibus suis, quorum filia sua Katherina impuber erat, omnes res superius expressas et omnes alias actiones quas habebant in hominibus, feudatariis, seruiciis, etc., et rebus omnibus aliis dne Guigone pro se et nomine puerorum suorum pro XLVI lb. Maur., quas predicti Ysa. et Ay. confessi fuerunt se recepisse. Dicta uero dna Guigona, nomine suo et Johannis filii sui cuius tutrix est, Perreta et Agnes filie sue eiecte ab omni auoeria et tutela quantum ad hoc, quarum laudem recepit dnus Reynaldus de Aniuesio sacerdos juratus cancellarie Sedun., quittauerunt et remiserunt dictis Ysabelle et Aymoni quicquid iuris et actionis habebant contra eos, salua tamen legitima encheyty vtrique parti que posset auenire per mortem principalium partium predictarum. Quam quittacionem factam per dictam dnam Guigonam, Perretam et Agnetem et specialiter propter hoc quod dictus Johannes filius dicte dne Guigone impuber erat, reuerendus in Christo pater dnus B. Sedun. episcopus laudauit ac confirmauit, quam laudacionem recepit Seduni, VII°

idus maii, anno ut infra, Nicholaus de Aragnon clericus, presentibus testibus dno Jo. curato de Nas, Rod. de Verrez, Willelmo de Aniuesio, domicellis, Bertholdo salthero de Martigniaco, Reynaldo Morant eiusdem loci, Charuençoz famulo dicti dni episcopi. Renunciantes, etc. Testes, dnus Ebalus sacrista Sedun., dnus Ay. archidyaconus Augusten., dnus Franciscus de Curia maiore, Anthonius Huboldi, canonici Sedun., dnus Nicholaus de Clarens curatus de Bacio, dnus W. curatus de Aniuesio, Bonefacius de Nuus, Perretus de Montez, Jaqueminus de Gigno, domicelli, et Nicholaus de Martigniaco, domicellus, qui hanc cartam leuauit, apud Granges, V nonas maii, anno Dni M°.CC° nonagesimo IX°, Alberto regnante, Bonefacio episcopante.

1123

Rodolphe de La Tour, donzel, vend un pré à Nicolas Palliet.

Sion, 1299, 30 mai.

Archives de Valère.

Notum sit quod ego Rodulphus de Turre domicellus, laudatione Cecilie vxoris mee, pueri mei erant impuberes, vendidi pro XXX sol. Maur. michi solutis et pro VI den. seruicii et pro XII den. placiti Nycholao filio quondam Martini dicti Palliet des Agietes vnam peciam prati sitam en Lagiety, cum arboribus et nemore, iuxta prata que ibidem habeo, a loco qui dicitur Dereysier eys Palliex usque eys Tornyours eys Ririos, in summitate pratorum de Vesonna. Martinus maior de Vex clericus hanc cartam leuauit vice capituli Sedun. Actum Seduni, III kl. junii, anno Dni M°.CC° nonogesimo IX°, Alberto regnante, Bonefacio episcopante.

1124

La commune de Vercorin donne à Jean du Marais un chesal pour y construire un moulin.

1299, 1er juin.

Archives cantonales du Vallais, Registr. R. cancel. Sedun., pag. 18.

Nos probi homines totaque communitas de Uercorens dedimus in allodium Johanni filio quondam Andree dol Mares de Uercorens vnum casale cum eius pertinenciis pro quodam molendino faciendo, situm apud Uercorens, ol Mares in pede de lesclosa, in loco vbi dicitur ol Symer. Item concedimus dicto Johanni totas aquas ad opus dicti molendini a Grossis Lapidibus en anal inferius. Item quod nullus alter potest facere aliquod molendinum vel folonum in confinibus predictis. Testes : W. curatus de Aniuesio, W. de eodem loco domicellus. Datum anno Dni M.CC.XCIX, kl. junii.

1125

Guigone, veuve du chevalier Jacques d'Anniviers, assigne la dot de sa fille Perrette, épouse de Jean de Vinéis, donzel.

Anniviers, 1299, 9 juillet.

Archives cantonales du Vallais, Registrum R. cancel. Sedun., fol. 80.

Notum, etc., quod nobilis dna dna Guigona relicta nobilis viri dni Jacobi quondam dni de Aniuesio militis dedit et concessit in vxorem legitimam Perretam filiam suam, ex legitimis nupciis procreatam et susceptam a milite memorato, nobili viro Johanni de Vineis domicello, presenti et ipsam Perretam

in vxorem suam legitimam suscipienti, dans eidem Johanni marito dicte Perrete nomine et ex causa dotis ipsius Perrete et pro dote octo viginti lb. bonorum Maur. semel, soluendas terminis infrascriptis, sub forma et conditionibus infradictis. In primis promisit dicta dna soluere dicto Johanni vel eius certo nuncio pro dote et ex causa dotis predicte LX lb. bon. Maur. infra festum beati Martini yemale proximo venturum, item XXX lb. Maur. in eodem festo beati Martini sequenti, anno Dni currente M°.CCC° primo, item XXX lb. Maur. in eodem festo anno sequenti reuoluto, item XL lb. Maur. in eodem festo beati Martini continue subsequenti, donec dicte octo viginti lb. sint integre persolute. Actum est autem inter partes predictas quod dictus Johannes dictas LX lb. primo termino soluendas debet ponere et conuertere in releuationem debitorum communium hospicii sui, et ipsas debet assettare dicte Perrete super omnia bona sua et liberorum suorum susceptorum a Jordana quondam vxore sua, ita quod si contingeret dictos liberos petere diuisionem bonorum paternorum tantum primo debeat deduci de parte seu portione bonorum dictorum liberorum que valeret medietatem dictarum LX lb. scilicet XXX lb. et cederet in solutionem dictarum XXX lb. dicte Perrete. Reliquas vero centum lb. dictus Johannes tenetur conuertere in bonis acquisitis. Actum est etiam inter partes quod si dicta dna non posset soluere dictas quantitates pecunie in quolibet dictorum terminorum, ipsa possit et debeat dare dicto Johanni X lb. Maur. annuales et legitime assetare perpetuo in solutionem dictarum XXX lb. apud Sirro vel apud Leucham. De quibus deducantur et cadant XX sol. quociens decem lb. persoluerentur eidem, vel XL sol. si viginti lb., vel LX sol. si triginta lb. soluerentur, et si XL lb. IIII^{or} lb. deducantur in quolibet termino predictorum. Et si solucio dictarum decem vel XX^{ti} aut triginta lb. non fieret a festo beati Galli usque ad festum beati Martini subsequens, dictus Johannes possit per-

cipere et habere quicquid remaneret de dictis X lb. annualibus persoluendis. Si uero, quod absit, contingeret dictam Perretam decedere ante aliquem terminum de predictis sine liberis ab ipso Johanne susceptis, dicta dna vel eius liberi non teneantur ulterius ad solutionem faciendam dictarum quantitatum pecunie in futuris terminis post decessum dicte Perrete. Possit autem dicta dna elapso vltimo termino predictorum usque ad quinquennium continuum tantum rehabere dictas X lb. in toto vel in parte secundum solutiones tunc proportionaliter factas in deductionem dictarum X lb. de redditu infra terminos supradictos. Si autem contingeret, quod absit, dictam Perretam decedere sine liberis ab eodem Johanne susceptis, post decessum ipsius Johannis, medietas dictarum centum lb. vel eius quod solutum esset de ipsis in toto uel in parte vel assignationis vel acquisitionis cuiuslibet reuerti debet seu deuolui ad albergamentum de Aniuesio, alia vero medietas remaneat heredibus dicti Johannis. Actum est etiam inter partes predictas quod dictus Johannes accepit dictam Perretam in vxorem suam et dicta Perreta dictum Johannem in maritum suum ad vtendum et fruendum vicissim in bonis suis secundum consuetudinem hactenus obseruatam ab aqua que dicitur Raspilly inferius, si contingat quod alter alterum superuiuat. Hoc saluo quod dictus Johannes debet facere dicte Perrete bonum assetamentum super bonis suis quod vsufructus quem dicta Perreta deberet percipere in bonis dicti Johannis, si contingeret ipsum precedere sine liberis susceptis ab eisdem, valeat et valere possit et debeat XX lb. Maur. annuatim et non minus, sine aliquo onere debitorum et sine aliqua obligatione. Si vero plus valeret, illud plus cedat in commodum dicte Perrete. Et pro hiis omnibus et singulis predictis firmius attendendis dicta dna et dictus Johannes prestiterunt corporaliter juramenta super sancta Dei euuangelia tactis ipsis et dederunt alter alteri obsides et redditores in-

frascriptos, videlicet dicta dna Vldricum de Syrro, Willelmum de Aniuesio, domicellos, Franciscum Quarteri, Petrum de Aula de Granges et Jacobum Clerici de Aula de Aniuesio. Dictus uero Johannes dedit in manu dicte dne ad opus dicte Perrete et liberorum suorum Anthonium Hubodi canonicum Sedun., Johannem comitem de Vespia filium quondam Willelmi de Vespia, Nycholaum filium dni Jacobi de Vespia militis, domicellos, et Theodolum maiorem de Syrro. Qui quidem singuli predicti viri obligauerunt se obsides et redditores quilibet se in solidum, scilicet dicti obsides dati ex parte dicte dne in manu dicti Johannis, et dicti obsides dati ex parte dicti Johannis in manu dicte dne de attendendis et seruandis vniuersis et singulis conditionibus seu pactionibus supradictis et promiserunt per juramenta sua super sancta Dei euuangelia prestita tenere ostagia personaliter in ciuitate Sedun. ad requisitionem illius partis cui non essent obseruate pactiones predicte seu quelibet predictarum per XV dies continuos, quibus elapsis si non esset obtemperatum pactionibus predictis vel singulis earumdem ab aliqua partium predictarum seu satisfactum a parte parti, secundum quod est superius declaratum, dicti obsides et redditores partis illius que non satisfecisset tenentur alteri parti satisfacere super omnibus et singulis capitulis supradictis. Obsides vero predicti dati ex parte dni Johannis in manu dicte dne promiserunt per juramenta sua predicta se facturos et curaturos, quod dictus Johannes faciet assetamentum predictum de XX lb. predictis pro vsufructu dicte Perrete et de dictis XXX lb. infra festum beati Michaelis proximo venturum; quo elapso si dictus Johannes non fecisset dictum assetamentum, dicti obsides promiserunt modo quo supra tenere personaliter ostagia in ciuitate Sedun. per XV dies continuos ad requisitionem dicte dne, quibus elapsis, si interim non foret factum dictum assetamentum, dicti obsides tenentur ex tunc quilibet in solidum,

quia ad hoc se obligauerunt, facere dicte dne ad opus dicte Perrete bonum assetamentum super bonis suis propriis de XX lb. predictis et etiam de dictis XXX lb. Sciendum autem quod dictus Johannes dedit et assignauit[1]..... sorori sue pro dote seu portione sua octo lb. Maur. annuatim, vel octoginta lb. Maur. semel pro dictis octo lb. super bonis in quibus mater dicti Johannis percipit vsumfructum suum. Inde rogauerunt dicte partes cartam fieri, etc. Testes : dnus Ay. archidiaconus Augustensis, dnus Jo. curatus de Narres et canonicus Sedun., dnus Ludouicus de Syrro miles, W. de Sancto Mauricio clericus, Jo. Rodier, Bertoldus de Olono, domicelli, et plures alii et dnus W. curatus de Aniuesio, qui hanc cartam leuauit, etc. Actum apud Aniuesium, VII idus julii, anno Dni M°.CC°. nonagesimo IX°, Alberto regnante, Bonefacio episcopante.

1126

Concession faite par Werner donzel de Rarogne à ses hommes de Holz.

Viége, 1299, 10 août.

Archives de Valère, Registrum. cancel. Sedun.

° Notum, etc., quod ego Wernherus domicellus de Raronia, laudatione Johannis, Vldrici filiorum meorum, Petri filii quondam Aymonis filii mei, Rodolphus filius dicti Aymonis impuber erat, dedi et quittaui perpetue hominibus meis (*numero 20 ad minus*) morantibus im Holz omne jus cesarie et chiminagia, quibus vulgariter dicitur vsferte, retinendo tamen IX lb. IIII sol. et IX den. seruicii annuatim et totam juredictionem et dominacionem. Testes : Johannes domicellus de Vespia, etc. Actum apud Vespiam, IIII° idus augusti, anno Dni M°CC° nonagesimo nono.

[1] En blanc dans le registre.

1127

Traité de paix entre Boniface, évêque de Sion, et Pierre de La Tour, ratifié par l'empereur Albert.

1299, 15 septembre.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II. Ex libro Raronie.

Pacificatio super guerra que fuit inter episcopum Bonifacium et ecclesiam Sedun. et homines Vallesios, ex una parte, et Petrum de Turre, ex altera, ob reverentiam Alberti regis Romanorum; Petrum de Turre remittit a carceribus liberum, quia si dictus Petrus pacem violaret tunc diversi comites et nobiles milites se obligant quod contra Petrum dicto episcopo et suis successoribus et ecclesie Sedun. consilium et auxilium impertiri et facere guerram dicto Petro, quoties fuerint requisiti, et quod nobiles adiutores Petri de Turre dictam pacem ratificent et guerram facient Petro de Turre, si pacem violaret, et quod procurabunt ratificationem regis, alias se in civitate Sedun. constituent in hostagium usque ad obtentas dictas litteras quarum tenor sequitur.

Albertus Dei gracia Romanorum rex dilecto principi nostro B. D. G. episcopo Sedun. graciam suam et omne bonum. Noveris quod pacem et concordiam ob reverentiam nostre majestatis factam per fidelem et nobilem imperii nostri Henricum comitem de Boeter, Rodulphum Albi castri inter te nomine tuo, ecclesie et capituli tui et hominum coadiutorum et Vallesiorum tuorum, ex una parte, et D. Arnoldum et Walterum fratres duos de Wediswyde milites et Petrum de Turre ratam habemus, precipimus inviolabiliter observare, etc. Datum, etc. Damna remittuntur.

Qui episcopo et Petro sunt adstricti manent ut sunt jure dominii et homagii.

Petrus et Amedeus de Saxon a carceribus episcopi relaxentur.

Promisit Petrus ad sanctissimum Corpus Dni et reliquias quod fidelis erit D. episcopo eiusqoe successoribus et ecclesie Sedun.

17 cal. octobris 1299.

1128

Donation de Guillaume de Lassyuna à la confrérie du Saint-Esprit et à l'église de Sion.

Sion, 1299, 24 septembre.

Archives de Valère.

· Notum sit quod Willermus de Lassyuna in sua vltima voluntate legauit Johanni filio quondam magistri Johannis de Brabant et Agneti filie quondam Petri Borcardi dYndes vxori sue vnam sectoratam et dimidiam prati sitam en Lentina, super(qua) donatione dictus Johannes tenetur soluere confratrie Sancti Spiritus duos sol. et vnum fischelinum siliginis censuales. Item legauit dictis coniugibus campum suum en Clauot, super quo dictus Johannes tenetur soluere annuatim vnum quarteron olei ecclesie beate Marie Sedun. Inde rogauit, etc. Actum Seduni, VIII° kl. octobris, anno Dni M°.CC°. nonagesimo IX°, Alberto regnante, Bonefacio episcopante.

1129

Jacques Crauhart vend à Pierre de La Tour sa part de la dîme de Châtillon

Châtillon, 1299, 27 septembre.

Archives de Valère, Registr. cancel. Sedun.

· Jacobus clericus filius quondam Giroldi dicti Crauhart de

Castellione vendit pro VI lb. Petro filio quondam dni Aymonis militis de Turre quicquid ad ipsum pertinebat in decima in parrochia de Castellione ex parte patris sui, que decima monetur a dicto Petro de Turre. Testis Nicolaus de Vespia domicellus. Datum apud Castellionem, anno Dni M.CC.XCIX, V kl. octobris.

1130

Pierre de La Tour, seigneur de Châtillon, prête hommage au chapitre de Sion.

Valère, 1299, 2 octobre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod in presentia mei leuatoris et testium subscriptorum propter hoc specialiter constitutus nobilis vir Petrus de Turre dnus Castellionis in Valesio fecit, exhibuit et concessit fidelitatem in manu venerabilis viri dni Ebali de Gresiaco sacriste ecclesie Sedun., recipientis vice, nomine et ad opus venerabilis capituli Sedun., saluis tamen fidelitatibus quas dicebat se debere primo videlicet reuerendo in Christo patri dno episcopo Sedun. et subsequenter dno illustri viro dno comiti Sabaudie. Ad hoc fuerunt testes vocati et rogati qui sic vocantur : dnus Johannes de Conches presbiter, dnus Stephanus matricularius Valerie, Willermus de Grimisua, Aymo dErdes, domicelli, Petrus Moyses de Vesbia clericus, Petrus janitor porte ferrate castri Valerie et dnus Petrus curatus de Magi, qui juratus super hoc hanc cartam leuauit, uice capituli Sedun. cancellariam tenentis. Cui si quis, etc. Actum Seduni, infra castrum Valerie, in choro ecclesie, VI nonas octobris, anno dni M°.CC°.XC° nono, Alberto regnante, Bonifacio episcopante. Quam cartam sic postmodum repertam in registro ego Willermus de Ayent clericus ciuis Sedun., juratus dicte cancellarie Sedun., eam

scripsi uice capituli Sedun. cancellariam tenentis. Actum Seduni, XIIII kl. mensis maii, anno Dni M.°CCC°XL° quinto, imperio vacante, Guischardo episcopante.

1131

Pierre de la Tour, seigneur de Châtillon, prête hommage au sacristain de l'église de Sion.

Valère, 1299, 2 octobre.

Archives de Valère, Manuale sacristæ.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod in presencia mei leuatoris cartrarum cancellarie Sedun. et jurati ac testium subscriptorum nobilis vir dnus Petrus de Turre dnus Castellionis in Vallesio fecit, exhibuit et concessit ac humiliter recognouit fidelitatem et homagium de manu et ore vener. viro dno Ebaldo de Gresiaco sacriste Sedun. nomine sacristanie. Testes: dnus Johannes de Conches presbiter, dnus Stephanus matricularius Valerie, Willermus de Grimissolio, Aymo de Herdes, domicelli, Petrus janitor porte ferrate Valerie et dnus Petrus de Magy, qui, etc. Seduni, infra castrum Valerie, in choro ecclesie, VI° nonas octobris, anno Dni M°CC°XC° (nono), Alberto regnante, Bo. episcopante.

1132

Testament de Jacques d'Ayent.

Granges, 1299, 21 novembre.

Copia litterarum de Ayent, fol. 1.

Ego Jacobus de Ayent condo meum testamentum in hunc modum. Primo recommendo animam meam Domino, etc. Secundo eligo sepulturam meam in ecclesia Sancti Jacobi de Granges. Tertio volo debita mea persoluere per executores

meos. Item lego Perreto filio meo et heredibus suis procreatis a Johanneta vxore sua, filia Jorii dicti Chandeleir, quicquid habeo apud Oez a torrente de Portales usque ad torrentem dictum Marcou. Item lego Agneti filie mee quicquid habeo apud Valanczon (versus S. Clementem). Item lego Vulliermo spurio meo quatuor lb. Maur. semel, soluendas ab Agnete. Item lego Perrete filie mee legali quatuordecim lb. Maur. semel. Item lego Johannete spurie mee quatuor lb. Maur. semel super campum meum apud Gronna. Item lego Beatrici spurie mee quadraginta sol. Maur. semel. Item lego ecclesie beati Jacobi de Granges duodecim den. Maur. semel. Item ecclesiis de Chaleir, de Grona et de Sancto Leonardo cuilibet sex den. semel. Item confratrie Sancti Spiritus de Granges seruicium et censum michi debita ab Agnete de Nuce, et duos fischilinos siliginis. Item lego Vulliermete filie mee de Ressy dimidium modium vini semel. Item constituo michi in heredes Perretum et Agnetem pueros meos. Item constituo executores meos dnum Raymondum de Granges curatum et Petrum de Aula. Testes: Vulliermus Quartiers, Brunetus mistralis, Brunus de Lens, Petrus Salomee, Jaquetus Leynyus clericus, Martinus Leysony et Nycholaus de Martigniaco domicellus, qui hanc cartam leuauit, vice capituli. Actum apud Granges, XI kl. decembris, anno dni M°CC° nonagesimo nono, Alberto regnante, Bonifacio episcopante.

1133

Jean Testun et Jaquemette son épouse vendent un cens à maître Martin, chanoine de Sion.

Sion, 1299, 1er décembre.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod nos Jaquemeta

neptis quondam a la Girarda de Sancto Seuerino de Conteyz et Johannes dictus Testun maritus meus vendidimus pro XII lb. Maur. nomine acquisitionis magistro Martino canonico Sedun. vnum modium vini annuatim soluendum in vindemiis. Quam cartam venditionis laudauit vir nobilis Petrus de Turre domicellus, vicedominus de Conteiz et dnus Castellionis in Valesio. Quam laudem fecit dictus Petrus de Turre apud Rotam in Waudo presentibus testibus dno Jacobo capellano suo, jurato cancellarie Sedun., dno Petro de Pres milite, Petro Scoti, Willermo maiore de Leuca, Francisco de Olono domicello. Inde roganimus cartam fieri et testes apponi qui sic vocantur, qui fuerunt in facto nostro: dnus Petrus Amieti, dnus Petrus vicarius de Neynda, sacerdotes, Martinus Jornauz ciuis Sedun., Perretus commistralis de Ayent, Jaquetus Rustioz, Seuerinus Trex la Cresta de Synsina et dnus Jacobus capellanus dicti Petri de Turre qui juratus, etc., vice cuius ego Nicholaus de Besua clericus eam scripsi. Actum Seduni, ante portam ecclesie beate Marie Virginis quo ad factum dictorum venditorum, kl. decembris anno Dni M°CC° nonagesimo nono, Alberto regnante, Bonefacio episcopante.

1134

Jaquette du Palais, du consentement de Martin Cloluis son mari, vend à Nicolas Binfa la moitié de ses maisons situées près de la chapelle de Saint-Théodule, ainsi que la moitié de deux vergers.

Sion, 1299, 28 décembre.

Archives de M. Léon de Riedmatten.

Notum sit quod ego Jaqueta filia quondam Giroldi fratris Jaquete, et Johannis de Palatio, laudatione Martini Cloluis mariti mei, vendidi pro decem lb. Maur. Nicolao Binfa diacono totam proprietatem et successionem seu enchieti tocius medietatis albergamenti uel domorum sitarum inter capellam

beati Theodoli et domum capellanie, cum eorum iuribus et pertinenciis et totam proprietatem et successionem seu enchieti tocius medietatis duorum uiridariorum, quorum unum situm est retro dictas domos inter ortos capituli et viridarium quondam Willermi Fromaget, aliud situm est ultra baltimentum inter viridarium Rodulphi de Olono et uiridarium Johannis Freuuart et plantatas episcopi Sedun. Que res fuerunt quondam Jaquete et Johannis de Palatio patrui mei et fratris dicte Jaquete, in quibus rebus tamquam heres proximior successi et ab ipso Johanne in heredem sum constituta. Datum Seduni, X kl. januarii, anno Dni M°CC° nonagesimo nono, Alberto regnante, Bonifacio episcopante.

1135

Isabelle, veuve de Giroud Chouderon, et ses enfants vendent deux vignes à Martin, prévôt de la maison des pauvres du Mont-Joux.

Vevey, 1299, 23 décembre.

Archives du canton de Vaud, Vallais, lay. 879, N° 8, copie.

Nos Ysabella relicta Giroudi dicti Chouderon burgensis de Viuiaco, Jaquerius, Perrussodus et Perroula liberi eorumdem, de laude Perrete de Corcellis sororis mee dicte Ysabelle, vendidimus dno Martino ven. preposito domus pauperum Montis jouis, ementi vice dicte domus, duas vineas nostras sitas in territorio de Vauz (una juxta aquam Viuisiam) pro sexaginta et sex lb. bon. Laus. Quasquidem vineas tenebamus in feodum a predicta domo. Saluo censu qui debetur annuatim hospitali de Viuiaco, et una cupa vini persoluenda quolibet anno leprosis de Burie. Sub sigillo Girardi de Orons decani de Viuiaco, et Jacobi presbiteri curati de Viuiaco. Datum et actum Viuiaci, anno Dni M°CC° nonagesimo nono, die mercurii post festum beati Thome apost., mense decembris.

1136

Dépositions de divers témoins, au sujet d'une somme de 25 L. empruntée par Ulric, fils de Pierre de Combes, de Rarogne.

1299, 23 mai, et 1308, 28 janvier.

Archives de Valère, Registrum cancell. Sedun.

Notum, etc., quod coram me Petro de Luceria capellano ecclesie de Vespia, jurato cancellarie Sedun., habita super hoc speciali auctoritate reuerendi in Christo patris ac dni Bonifacii Dei gratia Sedun. episcopi, comparuerunt diuersis temporibus, diebus et annis testes infrascripti a Rodulpho de Cumbis producti ac a me iurati, examinati et recepti super articulis infrapositis dixerunt per suum iuramentum ea que secuntur. Primus ergo testis videlicet nobilis vir Warnherus de Rarognia domicellus examinatus apud Rarogniam, X kl. junii anno Dni M°.CC°. nonagesimo nono, Aldolpho regnante, Bonifacio episcopante, juratus, requisitus super eo si quondam Petrus de Combis de Rarognia fecerit fideiussionem pro Vldrico filio suo, prout dicitur, dicit quod sic et in manus suas. Item requisitus si idem Petrus obligauerit pro ipso Vldrico filio suo alias personas et fideiussores, dicit quod sic. Item requisitus quos, dicit quod plures, videlicet Walcherum Lupum de Castellione, Anselmum et Bertholdum de Vnderbekken, Willermum ab Broy et Johannem in der Gufron. Item requisitus pro quanto, dicit quod pro XX quinque lb. Maur. Item requisitus cuius fuerit pecunia, dicit quod cuiusdam Lombardi, videlicet dni Ottonis de la Warda. Item requisitus quis mutuauerit hanc pecuniam, dicit quod ipse Wernherus nomine Lumbardorum mutuauit eam dicto Vldrico. Item requisitus si dictus Vldri-

cus de Cumbis promiserit dictum patrem suum et fideiussores seruare indempnes, dicit quod sic. Item requisitus si aliquam garentiam super hoc fecerit ei seu obligauerit, dicit quod sic, videlicet quicquid habuit uel ad ipsum pertinebat in terris seu possessionibus quibuscunque, tam ex parte patris seu matris sue, apud Cumbas uel alibi aut quocumque locorum, et insuper quicquid sibi in futurum deuolui posset aut deberet iure successionis cum fratribus suis, quia tunc temporis indiuisi erant. Item requisitus si dna Margaretha relicta dicti Petri de Combis inhiberet et contradiceret dno Petro de Rarognia bona et possessiones mariti sui, cum ea sibi usurpare et attrahere vellet, dicit quod sic. Item requisitus si dicta pecunia creditori soluta fuerit per dictum Vldricum, dicit quod non. Item requisitus quis eam soluerit, dicit quod post multa dampna et grauamina dicta Margaretha post mortem prefati Petri de Cumbis mariti sui et Rodulphus filius suus coacti fuerunt soluere dictam pecuniam et accessiones que super creuerant et fideiussores eximere ab omni dampno. Item requisitus fuit de tempore quo hec facta sunt, dicit quod circiter LX[a] annos uel quasi. Item requisitus quomodo dicte possessiones deuenerunt ad manus prefati dni Petri de Rarognia militis, dicit quod sub quadam conuentione sibi ad tempus commisse fuerant, ut per illud tempus eas coleret et teneret et debita persolueret, sed nichil soluit. Addens quod fructus dictarum possessionum per primos tres annos valuerunt, deductis expensis, XXXIIII lb. et amplius. Item ad hoc amplius adicit quod idem dnus Petrus de Rarognia miles quadam vice postmodum apud Mannenberg, infirmatus et penitentia ductus, prefato Vldrico de Combis omnia libere restituit et remisit, petens ab eo humiliter de illato sibi dampno et iniuria pleniter indulgeri. Item requisitus de tempore huiusmodi restitucionis, dicit quod credit esse XXII annos uel quasi.

Testes huic depositioni presentes : dnus Jacobus curatus de Raronia, Petrus ab Mund gener predicti Warnheri de Rarognia, Johannes zem Nuesche ab Mont. Item W°. ab Broy secundus testis examinatus apud Narres, anno Dni quo supra, VI kl. augusti, iuratus, requisitus concordat per omnia cum predicto, addens quod sepius inhibuit et interdixit prefato dno Petro de Rarognia militi possessiones sepefati Vldrici de Combis, cum de fideiussoribus vnus esset, quia nichil sibi soluebat. Excipit etiam quod restitutioni premisse non interfuit nec vidit, sed ex fama bene audiuit. Testes huic depositioni presentes : Johannes filius Lombardi de Saxo, Giroldus Freydo de Simplono, Jordanus famulus dni Johannis curati de Narres. Item Anthonius Wichart de Leucha testis tercius requisitus concordat per totum cum premissis, preter quod non interfuit restitutioni nec vnus de fideiussoribus fuit. Item Petrus Salthers de Raronia testis quartus requisitus concordat cum premissis per totum, preter quod non interfuit restitutioni possessionum et bonorum Vldrici de Combis, ut premissum est, et adiecit quod interfuit et vidit quod dna Margareta relicta Petri de Combis contradixit et inhibuit dno Petro de Rarognia militi bona Petri mariti sui apud villam et in villa de Combis ante portam domus sue. Testes huic depositioni presentes : dnus Petrus de Lauota capellanus de Vespia, W°. de Lauota, Johannes de Aragnon, W°. de Plathea et dnus Petrus de Luceria predictus, qui hanc cartam leuauit. Actum et datum in ultimorum testium videlicet tercii et quarti depositione, V° kl. februarii, anno Dni M°.CCC°.VIII°, Alberto regnante, Bonifacio episcopante.

1137

Março de Saxo, major de Naters, se met volontairement sous la tutelle du donzel Jean de Viége.

Sion, 1300, 11 janvier.

Archives de Valère.

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod Março de Saxo maior de Narres, filius quondam Stephani de Saxo domicelli, considerans sue conditionis defectum et ignoranciam, non vi, non dolo ductus, non coactus, non illectus, sed spontaneus pro sua euidenti vtilitate et necessitate, se et sua bona vniuersa, mobilia et immobilia, quecunque sint et quocunque nomine seu vocabulo censeantur, submisit gubernationi seu regimini, auoerie seu cure dilecti consanguinei sui Johannis de Vespia domicelli dicti de Leydesot. Dans eidem Johanni plenam et liberam potestatem ac administrationem generalem et speciale mandatum agendi, defendendi, etc. Promisit autem dictus Johannes bona fide corporaliter prestita vtilia facere et inutilia pretermittere, etc. Hec autem omnia approbauit Reuerendus in Christo pater dnus Bonifacius Dei gratia Sedun. episcopus usque ad beneplacitum suum. Promittens idem Johannes de Vespia in manu dicti dni episcopi presentis et recipientis, per juramentum suum ad sancta Dei euuangelia corporaliter prestitum, jurisdicionem ipsius dni episcopi existentem sub maioratu de Narres fideliter exercere et homines et jura eiusdem dni episcopi et ecclesie Sedun. in omnibus et per omnia pro posse totaliter obseruare, durante cura et administratione supradictis. Inde rogauerunt Março et Johannes predicti cartam fieri et testes apponi, qui sic vocantur : dnus

Johannes dou Dallie canonicus Sedun., magister Johannes de Insula clericus dni episcopi predicti, Franciscus Quarteri et ego Amedeus de Reyna clericus, qui juratus super hoc hanc cartam leuaui et scripsi, vice capituli Sedun. cancellariam tenentis. Actum Seduni, in curia episcopali, III idus januarii, anno Dni M°CCC°, Alberto regnante, Bonefacio predicto episcopante.

1138

Nantelme d'Ayent, donzel, donne un avantage de 10 L. de revenu aux enfants qu'il a de sa femme Amphélise, fille de Guillaume, sénéchal de Sion.

Sion, 1300, 14 janvier.

Copia litterarum de Ayent, fol. VIII verso.

Notum, etc., quod ego Nantelmus de Ayent domicellus do et dedi in auantagium heredibus quos habeo ab Anfelisa uxore mea, filia dni Vulliermi senescalci Sedun. militis, decem libras Maur. redditus quas assigno super sex lb. et duobus sol. Maur. redditus quas mihi debet Aymoneta matertera mea ratione hereditatis quondam Petri de Ayent auunculi mei, item super duobus modiis vini redditus quos michi debet dicta Aymoneta de vinea de Synyesy ratione dicte hereditatis. Item do dictis heredibus in auantagium Johannem Chalbert hominem meum. Item do dictis heredibus in auantagium vnacum dictis decem lb. et homine casamentorum (sic) ad me pertinentium in castro de Ayent. Testes: Vulliencus prior de Lenz, Cristinus Ponthoner, Michael frater eius, Anselmus de Mar, ciues Sedun. et Nicholaus clericus, etc. Actum Seduni, XIX kl. februarii, anno Dni M°CCC°.

1139

Donation d'Antoine de Lens à l'hospice du Mont-Joux.

Lens, 1300, 15 mars.

Archives du Grand Saint-Bernard.

Notum, etc., quod ego Anthonius de Lenz clericus, filius quondam Odonis de Crista, do post decessum meum in helemosinam domui seu hospitali pauperum Montis Jouis pratum meum de Liruns, situm iuxta pratum ecclesie de Lenz. Testes: Brunetus mistralis de Lenz, Willincus prior de Lenz, Vldricus frater dicti prioris. Actum apud Lenz, infra ecclesiam, idus martii, anno Dni M°CCC°, Alberto regnante, Bonefacio episcopante.

1140

Hommage prêté à l'évêque de Sion par Jean, comte de Viége.

1300, 15 mars.

Documents sur le Vallais (M. Bordier), tom. II.

Johannes comes de Vespia, filius Willelmi comitis, fecit fidelitatem et homagium ligium episcopo Bonifacio et cepit in feudum homagii ab episcopo turrim quam emit a Manfredo. Quod si faceret dictus Johannes guerram vel allegationem, quod omnia bona ipsius essent commissa. Item episcopus dedit in feudum seu augmentum feudi 60 sol. annuales super pedagio Brige. 1300, idus martii.

1141

Amédée de Rarogne vend une pièce de terre à Pierre, son frère naturel.

Rarogne, 1300, 6 avril.

Archives de Valère, Registr. cancel. Sedun.

* Amedeus filius quondam dni Uldrici de Rarognia militis, laudatione Hugonis de Rarognia patrui et tutoris ipsius, vendit pro XVII sol. Maur. sibi solutis et VI den. seruicii et pro duobus den. placiti Petro fratri suo naturali frustrum terre in dien Bongartun inter terram quondam Thome de Rarognia domicelli et terram Petri Salteri. Cartam leuauit Willermus vicarius de Rarognia. Datum apud Rarogniam, anno Dni M.CCC, VIII idus aprilis.

1142

Sentence arbitrale entre le chapitre de Sion et Aymon de Montjovet, au sujet du testament du chanoine Pierre de Montjovet.

Sion 1300, 19 avril et 10 septembre.

Archives de Valère, B. 78.

* Anno a natiuitate Dni millesimo tricentesimo, indictione tercia decima, tercio decimo kal. may, in ciuitate Sedun. ante ecclesiam beati Theodoli, in mei notarii et testium presencia constituti dnus Vldricus de Dallyeto canonicus Sedun., nomine suo et procuratorio nomine vener. capituli Sedun. ecclesie, ex vna parte, et Aymo de Montjouet domicellus et Beatrix eius vxor, nomine suo et Franciści filii sui, ex altera,

cum discordia verteretur inter ipsos, tandem dicte partes compromiserunt se in arbitros, videlicet dnus Vldricus in Vuillermum de Sancto Mauricio clericum, et dicti coniuges in dnum Thomam de March canonicum Sancti Mauricii Agaunensis, concorditer medium eligendo dnum Nicholaum curatum de Bacio. Cuius compromissi testes fuerunt dnus Bonifacius de Sarro, dnus Johannes de Dallyeto, canonici Sedun., Nicholaus castellanus de Granges, filius dni Renaldi de Martigniaco militis et plures alii. Quiquidem Vuillermus de Sancto Mauricio et dictus dnus Nicholaus pronunciauerunt in hunc modum, anno quo supra, die sabbati post natiuitatem B. Marie virg., dicti arbitri super eo quod dictus procurator proponebat contra dictos coniuges quod cum Petrus de Monioneto quondam canonicus Sedun. legauisset dicto capitulo in testamento suo terciam partem hereditatis sue et omnia acquisita sua ac omnia mobilia sua, instituendo Aymonem predictum fratrem suum heredem suum in ceteris bonis suis, et dictus Aymo nollet dictam hereditatem diuidere dicto capitulo uel in ea concordare, petebat dictus procurator dictam hereditatem sibi diuidi et terciam partem sibi assignari, computatis tamen in ea tercia parte sex vel septem hominibus quos dictum capitulum de dicta hereditate tenebat; petebat etiam dictus procurator omnia acquisita dicti Petri et omnia mobilia sibi legata, cum jam dudum idem Aymo dictam hereditatem adierit, sibi reddi et restitui cum fructibus inde perceptis quos extimat triginta lb. Ad que omnia predicti coniuges responderunt se non teneri, negando narrata. Lite igitur contestata ex parte dicti procuratoris fuit coram ipsis arbitris productum in modum probationis quoddam instrumentum confectum in modum testamenti dicti Petri per manum magistri Martini gerentis vices in cancellaria nomine capituli Sedun., in quo continetur quod dictus Petrus legauit dicto capitulo terciam partem hereditatis sue et omnia mobilia et acquisita sua, instituendo

dictum Aymonem heredem suum in ceteris bonis suis. Sed ex parte dictorum coniugum contra testamentum ipsum excipiendo propositum quod suspectum erat, pro eo quod leuatum erat per manum dicti magistri Martini, qui scripture uel confessioni alicuius in facto suo minime credi debebat. Item et dato quod dictum testamentum valeret, propositum fuit quod secundum consuetudinem terre Valesii nullus poterat dare inter viuos uel causa mortis ultra terciam partem bonorum suorum, quin due partes ad propinquiores libere manere deberent. Item petebant centum lb. Maur. sibi refundi, in quibus dictus Petrus tenebatur eisdem ex causa mutui. Item prepositum fuit quod dictus P. antequam conderet dictum testamentum dicto Francisco ipsorum filio donauerat inter viuos omnia bona sua; item quod promiserat dicto Aymoni proprio iuramento quod hereditatem suam non minueret vltra valorem quinque solid. annualium. Quas exceptiones negauit dictus procurator. Tandem hodierna die nos arbiter et mediator, habita diligenti inquisitione, quia intentionem dictorum coniugum in nullo inuenimus sufficienter fore probatam, exceptiones eorum friuolas reputantes, de consensu peritorum pronunciamus sententialiter dictum testamentum valere et ipsum capitulum petitionem suam sufficienter probasse, precipientes dictis coniugibus ut ipsi dictam hereditatem diuidant dicto capitulo et terciam partem vna cum acquisitis et mobilibus omnibus quondam dicti Petri reddant, dictis coniugibus et Francisco eorum filio tam super dictis centum lb. quam super donatione facta dicto Francisco, ut asseritur, silencium perpetuum imponentes. Quam sentenciam dictus procurator capituli approbauit. Testes: dnus Petrus prior Sancti Jacobi de Granges, dnus Stephanus de Lugduno, ordinis sancti Benedicti, eius socius, dnus Petrus de Magi, Petrus de Vernamiesa, Petrus Escotier clerici, Waltherrus de Bodima, Petrus de Columberio domicellus et plures alii. Et ego Petrus de

Friburgo, Lausan. dyocesis, clericus, etc. Et nos prefati dnus Ncholaus medius et Vuillermus de Sancto Mauricio arbiter sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Seduni, ut supra.

Ad maiorem autem omnium premissorum roboris firmitatem nos officialis curie Sedun., in cuius presencia facta et pronunciata fuerunt omnia supradicta, sigillum dicte curie nostre presentibus litteris duximus apponendum.

Les trois sceaux pendant à des cordons en fil vert.

Le sceau de la cour de Sion représente une tête d'évêque mitrée, devant laquelle est un bâton pastoral, avec la légende : † S CVRIE SEDVNENSIS.

1143

Boniface, évêque de Sion, donne en fief une maison confisquée à Anselme de Saxon, chevalier.

Sion, 1300, 31 avril.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 419, ex arch. Valer.

* Bonifacius Sedun. episcopus, laudante capitulo, pro se et pro vicedominatu cuius vices gerit quoad presens, laudatione quoque Willermi senescalci, Aymonis de Gresiaco maioris et Johannis dou Noer, vendit cuidam ciui Sedun. pro LXII lb. domum et grangiam sitas Seduni, que fuerunt quondam Anselmi de Sassons militis et sibi ceciderunt in commissum ob crimem lese majestatis, pro quo morti traditus est. Eadem domus fuit quondam Anthonii lo Pre, qui etiam cecidit in commissum quondam Petro predecessori dicti Bonifacii pro crimine lese majestatis, quod commisit in predictum episcopum Petrum, machinando in mortem ipsius. Datum Seduni, anno Dni M°.CCC°, II kl. maii.

1144

Donations d'Aymon de Saint-Paul à sa femme et à la confrérie du Saint-Esprit, à Sion.

Sion, 1300, 1er août.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Aymo de Sancto Paulo ciuis Sedun., consideratis gratis seruiciis et curialitatibus michi a Clarmonda uxore mea impensis, dono donatione facta inter viuos eidem Clarmonde terciam partem tocius hereditatis mee, item quicquid sibi amplius de jure et de consuetudine dare possum, ita tamen quod viginti quinque lb. Maur. quas ab ipsa de dote habui in ipsa donatione includantur. Lego etiam post decessum meum confratrie Sancti Spiritus de Seduno tres fisch. siliginis censuales, quos assigno super domo mea deys Abandonaz. Actum Seduni, in domo dicti Aymonis, kl. augusti anno Dni M°.CCC°, Alberto regnante, Bonifacio episcopante.

1145

Pierre de La Tour, de Saint-Maurice, vend une maison à son frère Girold.

Saint-Maurice, 1300, 27 septembre.

An. Jos. de Rivaz, Opera hist. XII, 876, ex arch. Agaun.

* Petrus de Turre de Sancto Mauricio domicellus, de consensu Margarete uxoris sue, vendit Giroldo fratri suo domum suam que vulgariter Turris dicitur, inter monasterium Agaun. et vicum quo itur versus Chablo, pro XXV lb. Maur. Datum apud Sanctum Mauricium, anno Dni M.CCC, V kl. octobris.

1146

Donation de Jean de la Chéneau à la confrérie du Saint-Esprit, à Sion.

Sion, 1300, 8 novembre.

Archives de Valère.

* Notum sit quod ego Anselmus filius Johannis de Canali de Vercorens, proponens sedem apostolorum Petri et Pauli personaliter visitare, legaui confratrie Sancti Spiritus Sedun. inter cetera legata in meo testamento contenta vnum fischilinum siliginis censualem. Actum Seduni, III nonas nouembris, anno Dni M°.CCC°, Alberto regnante, Bonifacio episcopante.

1147

Testament de Borcard de la Cuva.

Sion, 1300, 12 novembre.

Archives de Valère, F. 146.

* Ego Borcardus dictus de la Cuua sacerdos, rector altaris B. Johannis Bapt. in ecclesia B. Theodoli, testamentum meum nuncupatiuum facio in hunc modum. Heredem meum instituo in bonis meis paternis Philippum fratrem quondam Johannis de Croso de Nas et alios si plures reperirentur ad quos bonorum meorum successio pertinet. Item lego pro dote vnius ydonei seruitoris sacerdotis seruientis perpetue horis canonicis in ecclesia B. Marie inferioris Sedun. et pro vno altari construendo in ipsa ecclesia ad opus ipsius seruitoris quadraginta lb. Maur. super mobilibus meis, item grangiam meam apud Malam Curiam, quam acquisiui ab Aymone de Morestel

